an eſſentia ſit generatiõis termin⁹. Et circa hoc tria
facit. Nam ꝑmo mouet ⁊ determinat queſtionẽ. Se
cundo inducit inſtantiaꝝ obiectionẽ. Et tertio qua=
rundã ſubdit autoꝛitatũ expoſitionẽ. Primum agiẗ
a ꝑncipio diſtinctionis vſqꝫ ibi. Predictis aũt videẗ
eſſe contrariũ. Secundũ ab inde vſqꝫ ibi. Oſtendiẗ
quoqꝫ ex illis. Tertiũ vo ab inde vſqꝫ ad finez toti⁹
diſtinctionis. In ſpeciali vo ſentẽtia mgr̄i ſtat ſum=
marie in tribus ꝓpoſitionib⁹: quarũ pꝛima eſt hec.
Diuina eſſentia nõ eſt generãs neqꝫ generata. Et ꝓ
batur ſic. Illud nõ eſt concedendũ quo cõceſſo ſeq̃
retur eſſentiã diuinã nõ eſſe eſſentiã: vel eandez rem
generaſſe ſeipam: vel eſſe a ſeipa genitã: ſed eſſentiã
diuinam oꝛiginare ſeu eſſe genitam eſt hmõi: igitur
Tenet argumentũ: ⁊ maioꝛ eſt nota: ſed minoꝛis ꝓ
bationem mgr̄ in lr̄a introducit ſic querẽdo. An hu
iuſmodi ꝓpoſitiones ſint ꝯcedende. Pr̄ genuit diui
nam eſſentiam. Diuina eſſentia genuit filiuz. Diuina
eſſentia non eſt generata: nec creata. Et reſponden
do dicit intentũ ſuũ .ſ. ꝙ diuina eſſentia nõ ſit geni=
ta nec generat: qđ ꝓbat tribus rõibus: quaꝝ prima
eſt talis. Omne qđ generaẗ relatiue diciẗ. igiẗ ſi eẽn
tia diuina generaẗ: relatiue diciẗ: quod falſum ẽ: qꝛ
tunc nõ ſignificaret abſolute ſubſtantiã. Scđa ratio
taẗ eſt. Pater eſt diuina eſſentia. ſi igiẗ pater genuit
diuinam eſſentiã: tunc genuit ſeipm. ⁊ illud iterũ ſta
re non poteſt. Tertia ratio talis eſt. Pater per diui
nam eſſentiam hꝫ eſſe. ſi igitur pater genuit diuinaz
eſſentiam: tunc pr̄ haberet eſſe ꝑ illud qđ eſt genera
tum ab ipo. quod eſt falſum. qꝛ generatũ a generan
te habet eſſe: ⁊ nõ generatus a genito. Addit etiam
mgr̄ qđ ſimili mõ ꝓbat Aug⁹. ꝙ pater non eſt ſapi=
ens ſapientia genita: ſi eñ pater eſſet ſapiẽs ꝑ illam
ſapiam quam genuit: cũ idem ſit ei ſape ⁊ eſſe: ſeq̃ẗ
ꝙ haberet eſſe ꝑ illud ⁊ ab illo qđ genuit: quod non
põt ſtare. Secũda ꝓpoſitio. Quãꝙ filius ⁊ ſpũſſan
ctus non ſint aliud ꝙ ipa diuina eſſentia: tamen pro
ducti ſunt ambo realiter. Hãc ꝓpoſitionẽ mgr̄ inue
ſtigat obijciendo cõtra hoc qđ dictum eſt. ſ. ꝙ pr̄ nõ
genuit diuinã eſſentiam. Nam dicit paẗ genuit illud
qđ ipe eſt: ſed illud quod ipſe eſt: eſt diuina eſſentia.
igiẗ genuit diuinam eſſentiam. Et mgr̄ rñdet ꝙ illa
Pater genuit id qđ ipe eſt: ſic debet itelligi. i. pater
genuit filiũ: eo ꝙ eſſentialiẗ eſt idem cũ ipo. Tandẽ
oſtenſo ꝙ non eſt concedendũ ꝙ eſſentia genuit filiũ
eo ꝙ ſequereẗ idem generaſſe ſeipum: mgr̄ exponit
autoꝛitates ſanctoꝛũ. ſ. Auguſtini ⁊ Hylarij que vi
dentur ꝑdictis obuiare dicẽs ꝙ eſſentia filij ſit de eſ
ſentia patris. He autoꝛitates ſunt ſic exponẽde ſeu
intelligende. Filius ꝗ eſt eſſentia: eſt de pr̄e ꝗ eſt eſ=
ſentia: ⁊ ſic de alijs. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Filius
⁊ ſpũſſanctus ſunt ꝓducti: non tamen de nihilo: ſed
de aliquo: licet non de aliquo materialiter. Hanc ꝓ
poſitionem ꝓbat magiſter exponẽdo autoꝛitates di

centes patrem de ſua ſubſtantia filiũ genuiſſe. Et dicit q̄ hmōi autoritates ſunt ſic exponēde. Pr̄ genuit filium de ſua ſubſtantia. ⁊ nō genuit eum de nihilo. ſed genuit talem q̄ eſt eiuſdē nature cū ipſo Hanc expoſitionē mgr̄ ꝯfirmat ꝑ multas autoritates que patent in littera. igitur ⁊c̄.

Utrum pater voluntate genuit filium an neceſſitate. et an volens vel nolens ſit deus. a

DI. VI

Preterea queri ſolet vtrũ pater genuerit filiũ volũtate an neceſſitate? De hoc Oroſius ad Aug. ita ait. Volũtate genuit pr̄ filium: vel neceſſitate: ſ nec volũtate: nec neceſſitate: q2 neceſſitas in deo nō ē: p̄ire volũtas ſapiam n̄ potuit. Quocirca vt Aug. ait in. xv. li. de tri. Ridēda eſt dialetica Eunomij: a quo eunomiani heretici orti ſunt. Qui cũ non potuiſſet intelligere nec credere voluiſſet vnigenitũ dei filium ꝟbũ dei eſſe natura. i. de ſba patris genitũ nō nature vel ſbe dixit eſſe filiũ. ſ filiuȝ voluntatis dei. volēs aſſerere accedentē deo voluntatem: qua gigneret filiũ. ſic nos aliq̄n aliq̄d volum⁹ qđ antea nō volebamus ꝓpt̄ qđ mutabil' intelligit̄ nr̄a natura. qđ abſit vt in deo eſſe credam⁹ Dicam⁹ ḡ verbum dei eſſe filiũ dei natura: nō voluntate vt docet Augu. in xv. li. de tri. vbi quedā catholicũ heretico reſpondentem commēdat dicens. Acute ſane quidā rn̄dit heretico ꝟſutiſſime interroganti: vtrũ deus filiuȝ volēs vel nolens genuerit: vt ſi diceret nolēs: abſurdiſſima dei miſeria ſeq̄ret̄. Si autem volēs ꝯtinuo qđ intēdebat ꝯcluderet ſcȝ nō nature eſſe filiũ: ſ volũtatis. At ille vigilantiſſime viciſſim q̄ſiuit ab eo. vtrum de⁹ pr̄ volēs aut nolens ſit de⁹. vt ſi rn̄deret: nolēs. ſeq̄ret̄ grādis abſurditas ⁊ miſeria: quā de deo credere mag̃ eſt inſania Si aũt diceret: volēs. rn̄deret̄ ei. ḡ ⁊ ipſe volũtate ſua deus eſt: nō natura. Quid ḡ reſtabat niſi vt obmuteſceret ſua interrogatiōe obligatũ indiſſolubili vinculo ſe videns. Ex p̄dictis docet̄ nō eſſe ꝯcedendũ q̄ de⁹ volũtate vl' neceſſitate. vl' volēs vel nolēs ſit de⁹. Itē q̄ volũtate vl' neceſſitate vl' volens vel nolens genuerit filium.

Auguſti.

Opinio cuiuſdam heretici.

Oppoſitio contra predicta. b

Sȝ contra hoc opponit̄ ſic Volũtas dei eſt natura ſiue eſſentia dei. q2 nō ē aliud deo eſſe. aliud velle: et ideo ſicut vna eſt eſſentia triũ ꝑſonarũ. ita ⁊ vna volũtas. Si ḡ de⁹ natura de⁹ eſt: et volũtate deus eſt: ⁊ ſi ꝟbum dei natura filius dei eſt: ⁊ volũtate fili⁹ dei eſt. Hoc autem facile ē refellere. Nā ⁊ p̄ſcia dei ſiue ſcientia q̄ ſcit vl' p̄ſcit bona ⁊ mala: diuina natura ſiue eſſentia eſt: ⁊ p̄deſtinatio ſiue voluntas eius eadē diuina eſſentia eſt. nec eſt aliud deo ſcire ⁊ velle q̄ eſſe. ⁊ cũ ſit vnum ⁊ idē ſcia dei vl' volũtas. nō t̄n d̄r de voluntate quicquid d̄r de ſcia ⁊ ecōuerſo. nec omnia illa ſua volũtate deus vult q̄ ſua ſcientia ſcit. cũ ſua ſcia nouerit tā bona q̄ mala volũtate aũt non velit niſi bona. Scientia q̄ppe dei ⁊ p̄ſcia de bonis eſt ⁊ malis. volũtas ꝟo ⁊ p̄deſtinatio de bonis eſt tm̄. ⁊ t̄n vnũ ⁊ idē in deo eſt ſcia ⁊ voluntas ⁊ p̄ſcientia ⁊ p̄deſtinatio. Ita cũ vnũ ſit natura dei ⁊ volũtas. dicit̄ tamen pater genuiſſe filiũ natura: non voluntate: ⁊ eſſe deus natura: nō voluntate.

Reſponſio

Qualiter itelligenda ſint illa verba pr̄ nec nolēs nec volens de⁹ eſt nec volēs nec nolēs genuit filiũ. c

Predicta t̄n ꝟba quibus prudenter dictũ eſt: q̄ deus pater nec volens nec nolens eſt deus: nec nolēs nec volēs genuit filiũ ſiue volũtate ſiue neceſſitate: ex tali ſenſu vident̄ accipiēda: vt voluntatē p̄cedentē vl' accedētē: intelligamus q̄liter Eunomius intelligebat. Non enĩ ipſe de⁹ eſt volũtate p̄cedēti vl' efficiēti vel volēs p̄uſq̄ deus. nec volũtate p̄cedēti vel accedēti genuit filiũ. nec p̄us volens q̄ generās genuit filiũ. nec p̄us generans q̄ volēs genuit filiũ. volens t̄n genuit: ſic potēs genuit. ⁊ bonus genuit filiũ. ⁊ ſapiens genuit: ⁊ hmōi. Si enĩ pr̄ ſapiēs ⁊ bonus dicit̄ genuiſſe filiũ: cur non ⁊ volens? Cũ ita ſit deo idem eſſe volētem qđ eſt eſſe deum ſicut idem eſt eſſe ſapientē qđ eſt eſſe deum. Dicam⁹ ḡ q2 pr̄ ſicut ſapiēs. ita volens genuit filiũ. ſed nō volũtate p̄cedenti vel accedenti. Queȝ ſenſum apit Augu. et ꝯfirmat ita dicēs ſup ep̄lam ad Eph'. De filio dei. i. dn̄o nr̄o Jeſu xp̄o ſcriptũ eſt: q2 cũ p̄re ſꝑ fuit: ⁊ nunq̄ euȝ vt eſſet paterna voluntas preceſſit. ⁊ ille quidem natura filius eſt.

Hylarius in li. de ſynodis Eos q̄ dicunt de nō extantibus eſſe filiuȝ dei. ſilr̄ qui dicũtq̄ neq̄ cōſilio neq̄ voluntate pater genuerit filium: anathematizat ſācta eccl'ia. Iteȝ ſi q̄s nolēte patre dicat natum filiũ: anathema ſit Nō enim nolente patre coact⁹ pater vl' naturali nec̄itate ductus cũ nollet genuit filium. ſed mox vt voluit ſine tēp̄e et impoſſibiliter ex ſe vnigenitũ demonſtrauit.

Hec eſt diſtictio ſexta In qua magiſter oſtēſo q̄ eſſentia diuīa nō poſſit eē termin⁹ generatiōis. incipit agere de potētia generātis. Circa qđ tria facit. Primo oñdit quō pr̄ nec voluntate nec neceſſitate filiũ genuit. Scđo contra illud replicādo rōe q̄daȝ obijcit. Tertio poſt digreſſionē ad p̄ncipa

le intentū redit. Primum iſtoꝝ facit a pͥncipio diſtin
ctionis vſqꝫ ibi. Sed cōtra hoc opponit̄. Scdm vo
ab inde vſqꝫ ibi. Predicta tñ vba ⁊c̄. Tertiū ab in-
de vſqꝫ ad finem diſtinctiōis. In ſpēali mgr̄i ſenten-
tia in hac diſtinctōe ſtat in trib⁹ ꝓpoſitiōibus. qua-
rum pͥma eſt hec. Nō eſt catholice ſentiendū deū pa
trem genuiſſe filiū neceſſitate cogēte aut volūtate ꝑ
cedēte. Et ꝓbat̄ ſic. Illud nō ē catholice ſentiendū
quo ↄceſſo ſeqͥt̄ deuꝫ aut eſſe miſeꝝ aut mutabilē. ⁊
filiū dei nō eſſe naturalē filiū: ſꝫ pr̄em genuiſſe filium
neceſſitate cogēte: aut volūtate antecedēte ē hmōi.
igit̄ illud nō ē ſentiendū. Argumētū ē notū ⁊ maioꝛ
ſꝫ minoꝛē ponit mgr̄ in textu: rn̄dendo ad queſtionē
iſtā. Utrū pr̄ genuit filiū ex neceſſitate aut volūtate
Mgr̄ rn̄dendo dicit. Nec genuit eū neceſſitate. qꝛ ſi
ſic. tūc genuerit eū nō potuit eū nō generare. tūc ne
ceſſitas coactiōis caderet ī deū: qđ nō eſt dicendū cū
ipē ſit ſumme liber. Nec volūtate. ſ. añcedēte. ſ. ꝙ ꝑ
us vellet filiū generare ꝙ ipm genuit: vt ſi ſtaret in
ei⁹ libera ptāte vt generaret ſi vellet: ⁊ non genera-
ret ſi nollet. qꝛ ſic caderet mutabilitas in deū: qđ eſt
incōueniens. Iſta patēt in lr̄a autoꝛitate bt̄i Augu.
Scda ꝓpoſitio ē hec. Ex diuine nature ⁊ volūtatis
idēptitate argui nō pōt filiū natura eē filiū volūtate
Iſtam ꝓpoſitioneꝫ ꝓbat mgr̄ in lr̄a ſoluendo argu
mentū hereticoꝝ: qđ faciūt in iſta materia dicētes.
In diuinis idē ſunt natura ⁊ volūtas. Si igit̄ pr̄ ge
nuit filiū natura: videt̄ etiā ꝙ genuit ipm voluntate
ad qđ mgr̄ rn̄dēdo dicit. Ex quo in diuinis natura ⁊
volūtas differūt rōe vel cōnotato. ideo nō obſtat ꝙ
ſint idē idēptitate abſoluta. nō tñ ſunt idē idēptita-
te foꝛmali. qꝛ aliqđ pōt cōuenire nature qđ nō ↄue-
nit voluntati. ⁊ ꝑ ↄñs nō ē incōueniēs filiū eſſe filiuꝫ
natura ⁊ nō volūtate. Et ↄfirmat hoc ꝑ ſile. Nā vo-
lūtas dei ⁊ ſcia eius ſunt idē. ⁊ differunt rōe vel con
notatiōe. qꝛ ſcia ↄnotat aliqͩ eſſe in deo qđ nō ↄno
tat volūtas. ⁊ ecōtra. qꝛ rōe ſcie ſue cōuenit deo ſci-
re ⁊ cognoſcere malū. nō tñ rōne volūtatis ſue ↄue
nit ſibi velle ⁊ appꝛobare malū. ⁊ ita ē ī ꝓpoſito igi
tur ꝓpoſitio vera. Tertia ꝓpoſitio. Solū nc̄citas
incōmutabilitatis ac volūtas cōmunicabilitatis cō
currunt ad eternā filij dei generationē. Iſta ꝓpoſi
tio ꝓbat̄ ſic. Illa nc̄cio ↄcurr̄it ad etnā filij dei ꝓdu
ctionē: ſine qb⁹ ipoſſibile eſt deū eē deū. ſꝫ de⁹ nc̄cio
eſt de⁹ nc̄citate incōmutabilitatis. ⁊ volūtate cōica-
bilitatis. igit̄ iſta duo ad ꝓductiōeꝫ filij dei ↄcurrūt
Tenet argumētū ⁊ maioꝛ: ſꝫ minoꝛē ponit mgr̄ ī te
xtu ſaltē ſnīalit̄ vbi repꝛhēdit quēdā hereticū q̄ dixe
rat pr̄em generaſſe filiū volūtate ꝑcedēte vl̄ añcedē
te vel efficiēte: ⁊ ſic pꝛius fuiſſe volens ꝙ generans:
qđ falſum eſt. igit̄ pꝛopoſitio apparet vera.

Hic querit̄ an pater potuerit vel voluerit gignere filium. a

DI. VII b

Hic ſolet queri

a quibuſdam: vtrum pater po-
tuerit vl̄ voluerit generare filiū
Si enim inquiūt potuit vel voluit genera
re filium. ergo potuit aliquid ⁊ voluit: qđ
nec voluit nec potuit filius. Nam fili⁹ nec
potuit nec voluit generare filium. Cui ver
ſutie facile reſpōdemus dicētes. poſſe vel
velle generare filium: nō eſt aliqͩ poſſe vl̄
velle ſubiectum potētie vel voluntati. Eſt
tñ aliq̄ potentia vel volūtas. ſ. poſſe vl̄ vel
le gignere filiū. ⁊ iō diſtinguēda eſt intelli-
gentia ꝓpoſiti vbi: poſſe vel velle gignere
filiū. ⁊ poſſe vl̄ velle aliqͩ. Neqꝫ eñ gene-
ratio filij aliqͩ eoꝛū eſt: q̄ ſubiecta ſunt di-
uine potētie ⁊ volūtati: nec eſt aliqͩ inter
oīa vel de oībus: ſ ſup oīa ⁊ añ oīa. Non
eñ añ voluit vl̄ potuit ꝙ genuit. ſicut nec
añ fuit ꝙ genuit qꝛ ab eterno fuit ⁊ ab eter
no genuit. Ex ſimili ꝙ h̄ videre poſſum⁹.
Pr̄ eñ pōt eſſe pr̄: ⁊ vult eſſe pr̄. fili⁹ auteꝫ
nō pōt nec vult eſſe pr̄. ẛ pr̄ pōt vl̄ vult eē
aliqͩ qđ non pōt vel vult eſſe filius nō ſeq̄
tur: qꝛ eſſe pr̄em nō eſt eſſe aliqͩ: ſ pōt eſſe
ad aliquid vt in ſequenti oſtendet̄.

Ponit quedam verba Augu. vñ pōt moueri auditoꝛ. b

Sed vehementer

nos mouet qđ Augu. ait in. j. li. ꝫ Maxi-
minum: qui aſſerebat patrem potētioꝛem
eſſe filio: eo ꝙ filiū genuit deū creatoꝛē fili⁹
aūt non. dicebatqꝫ patrē potuiſſe gignere:
nō filiū: ⁊ ideo potentioꝛē eſſe filio. Ad qđ
reſpondēs Augu. dicere videt̄ ꝙ fili⁹ etiā Auguſti.
potuit gignere. volēs oſtendere patrē eſſe
non potentioꝛē filio: his verbis. Abſit vt
ideo potētioꝛ ſit pater filio: ſicut putas. qꝛ
creatoꝛē genuit pater. filius aūt nō genuit
creatoꝛem. neqꝫ eñ non potuit: ſ non opoꝛ
tuit. Uide ⁊ diligenter attende hec verba
nō eñ nō potuit: ſ nō opoꝛtuit. Uidet̄ eñ Auguſti.
dicere ꝙ filius potuit gignere: ſ non opoꝛ
tuit: ⁊ ita potuit qđ non opoꝛtuit. Quare
aūt non opoꝛtuit: ſubdit dicens. Immode
rata eñ eſſet diuina generatio ſi genitus fi
lius nepotem gigneret patri. quia ⁊ ipē ne
pos niſi auo ſuo pꝛonepoteꝫ gigneret. Fm
veſtram mirabilem ſapientiam: impotens
diceret̄. Similiter etiam ille ſi nepotē non
gigneret auo ſuo. ⁊ ꝓnepotem pꝛoauo ſuo
non a vobis appellaretur omnipotens: nec
impleretur generationis ſeries. ſi ſemp al-
ter ex altero naſceretur. nec eam perficeret
vllus ſi non ſufficeret vnus omnipotens.
Itaqꝫ omnipotentem genuit filium patris
natura: non fecit.

Opponitur pꝛedictis verbis Auguſtini. c

Hoc autē videtur

quibuſdam non poſſe ſtare. ſcilicet. ꝙ fili⁹
potuerit gignere. Si eñ potuerit filius gi-
gnere potuit eſſe pater: ⁊ ſi potuit eſſe pa-
ter: potuit ergo eſſe pater vl̄ ſui vel patris

vel ſpiritusſācti: vel alicuius alius. Sꝫ ali
us: non. quia nullus alius ſemꝑ fuit. Nec
patris. quia pater eſt ingenitus ⁊ innaſci/
bilis Nec ſui: quia nulla res ſe ipām gigne
re poteſt. Nec ſpiritusſancti: quia naſci nō
potuit. Si enim naſci potuit: potuit eſſe fi
lius ⁊ ita mutabilis eſſe potuit.

Hic queritur quomodo intelligē
da ſint. d

Quō ergo accipie-
tur quod ſupra dictū eſt: non eniꝫ non po/
tuit gignere. ſed nō oportuit: quaſi potuit
ſed non oportuit. Nō eſt nobis perſpicuū
aperire quomodo ſit hoc verū: ⁊ ideo ſub
ſilentio potius eſſet pretereundum: niſi me
ſuꝑ hoc aliq̄d loq̄ cogeret inſtātia q̄rētiū.

Hic aperitur ex quo ſenſu accipi
enda ſint. e

Poteſt ergo ſic in-
telligi. Non eñ non potuit. ſed non opor/
tuit. id eſt. nō ex impotentia ſui fuit ꝙ fili⁹
nō genuit. ſed ei nō cōueniebat. ſicut deus
filius nō eſt deus pater: nec tamen h̄ ex im
potentia ſui eſt. Nam ⁊ pater ſimiliter nō
eſt filius: nec hoc eſt ex impotentia patris.
Sed querit Maximinus arrianorūꝫ epi-
ſcopus. Unde ergo eſt ꝙ pater nō poteſt
eſſe filius: vel filius pater? Non vtiqꝫ ex i/
potentia. ſed pater proprietate generatōis
pater eſt: qua oportet eū non eſſe filium. et
filius proprietate natiuitatis fili⁹ eſt: qua
oportet eum nō eſſe patrem. de quibus ꝓ-
prietatibus poſtea plenius tractabitur.

Utrum pater natura ſit potēs gi-
gnere filium. et an hoc ſit aliqua
potentia que ſit in filio. f

Iteꝫ querit̄ a qui-
buſdam. Si pater potens ſit natura gigne
re filium ⁊ an hec ſit aliqua potētia q̄ ſit in
filio? Ad qđ dicimus: q2 pr̄ nō eſt potens
niſi natura. ius eñ potentia natura eſt vl̄
eſſentia. At inquiunt illi. Si potēs ē gigne
re: hꝫ ḡ potentiam gignendi. Fili⁹ aūt non
hꝫ potentiam gignendi ſi non pōt gignere
hꝫ ḡ aliquā potentiā pr̄ quam non hꝫ fili⁹
Non ſequit̄. Eandem eñ potentiā hꝫ pe/
nitus filius quā ⁊ pater. qua pr̄ potuit gi-
gnere ⁊ filius gigni potuit. Eadem eñ po-
tentia eſt in filio: qua potuit gigni que eſt i
Oppoſitio. patre qua potuit gignere Sed contra hoc
opponit̄. Aliud eſt poſſe gignere: aliud eſt
poſſe gigni. q2 aliud eſt gignere: aliud gi/
gni. Hoc diſtinguendū eſt. Si eñ cū dicit̄
aliud eſt poſſe gignere: aliud poſſe gigni.
aliā ſignifices potentiā qua pater potēs ē
gignere ⁊ aliā qua filius potens eſt gigni:
falſus eſt intellectus. Si aūt dicas patrem
poſſe habere aliam ꝓprietatem ſiue notio/
nem qua genitor eſt. ⁊ filium alium qua ge
nitus eſt verus eſt intellectus. Aliam eniꝫ
habet pater proprietateꝫ qua pater eſt. ali
am filius qua filius eſt.

Quomō ſit intelligendum filius
habet vel non habet potentiā ge-
nerandi. g

Ita etiā cū dicitur
filius nō habet potentiā generandi quam
pater habet duplicit̄ intelligi pōt. Si eniꝫ
dicatur non habet filius potentiā generā/
di quam ⁊ pater. ſcꝫ qua potens ſit ad ge/
nerādū. id eſt. vt genuerit vl̄ vt generet ſic̄
pater: verum eſt. Si vero intelligatur ſic.
nō habet potentiā qua poſſit gigni: vel ge/
nitus eſſe qua eadē pater potens eſt vt ge-
nuerit vel vt gigneret: falſum eſt. Sicut di
citur: pater habet potentiā qua poteſt eſſe
pater. filius vero non habet potentiā qua
poſſit eſſe pater ⁊ ecōuerſo. filius habet po
tentiam qua poteſt eſſe fili⁹. pater vero nō
habet potentiā qua poſſit eſſe filius. habꝫ
ergo aliquam pater quam non habet fili⁹:
⁊ econuerſo. Abſit. quia eadem eſt poten/
tia patris qua poteſt eſſe pater. et filij qua
poteſt eſſe filius. Ita etiā eadem eſt volū/
tas: qua pater vult eſſe pater non filius. et
filius vult eſſe filius nō pater. ⁊ eadem eſt
voluntas filij qua vult eſſe genitus et pa/
trem genuiſſe. ⁊ patris qua vult eſſe geni-
tor ⁊ filium genitum eſſe.

Iſta eſt ſeptima diſtictio. In qua
magiſter oſtēſo qualit̄ pater genuit filiū quo ad vir-
tutem ſeu potentiā intelſectualē. hic oñdit de poten
tia eius generandi naturali. Et circa hoc tria facit.
Primo inquirit: an potentia generandi ſit in filio?
Secūdo oſtendit ꝙ non generare nō ſit impotentia
in ipſo filio. Tertio reddit rationē de ſuo dicto. Pri
mum facit a principio diſtinctiōis vſqꝫ ibi. Sꝫ vehe-
menter nos mouet. Scđm ſubiūgit vſqꝫ ibi. Item q̄
ritur a quibuſdam. Tertiū ꝟo ab inde vſqꝫ ad finē
diſtinctionis. In ſpeciali ſententia magiſtri ſumma-
rie ſtat in tribus ꝓpoſitiōibus. quaꝝ prima eſt hec
Non eſt ſimplicit̄ quid: ſed eſt ad aliq̄d patrē poſſe
aut velle filium generare. Iſtam ꝓpoſitionem ꝓſe-
quitur magiſter querens an pater potuit ⁊ voluit fi-
lium generare. Si ſic: ergo pater voluit ⁊ potuit ali
quid quod non potuit nec voluit filius. Uel oportet
etiam filiū poſſe ⁊ velle generare. qđ eſt incōueniēs

Uel oportet dicere ꝙ filius ſit impotens. Huic difficultati rñdet mgr̃ dicens. ⁊ dato ꝙ pater poſſet generare ⁊ non filius. adhuc nõ ſequeret̃ patrē aliq̃d poſſe quod non poſſet filius: q: poſſe ⁊ velle patrem generare nõ eſt ꝓprie aliq̃d ſed ad aliquid. ergo nõ poſſe ⁊ non velle generare non arguit impotentiam in filio. vt aſſumit̃ in queſtione p̄dicta Pro huius argumenti euidentia ſciendũ eſt ꝙ q̄cquid ē in diuinis eſt eſſentia vel relatio. ⁊ ergo quicq̃d conuenit deo: hoc conuenit ſibi vel relatione eſſentie. ⁊ tũc eſt commune tribus ꝑſonis. vel relatiõe relatiõis. ⁊ tũc nõ oportet ꝙ quodlibet tale ſit cõmune trib⁹ perſonis Cum ergo poſſe generare non ſit aliq̃d in diuinis .i. non eſt aliquid ſpectans ad eſſentiam ſed potius ad aliquid ſpectans. id eſt ꝑtinens ad relationem .ſ. ad paternitatem: non eſt inconueniens ꝙ non conueniat filio. q: illa ꝓprietas .ſ. paternitas nõ ſpectat ad filium. ⁊ ꝑ conſequens hec ꝓpoſitio prima eſt vera Secunda ꝓpoſitio eſt hec. Q filius non poteſt nec vult generare. Hoc nõ debemus ſibi ad impotentiã ſed potius ad conditionis proprietatem imputare. Hanc propoſitionẽ ꝓbat mgr̃ autoritate beati Auguſtini dicẽtis. ꝙ filius potuit generare: ſ; nõ oportuit ip̄m generare. eo ꝙ tunc inordinata ⁊ ſuperflua fuiſſet diuina generatio. ſi filius genitus nepotẽ generaret patri. Et dicit poſtea magiſter ꝙ iſta verba Auguſtini ſunt ſic intelligenda. non eñ non potuit ſed non oportuit. id eſt non conueniebat proprietati eius qua eſt filius ⁊ non pater. que ꝓprietas deſineret q̄ cito generaret. Et concludit ꝙ ſicut non arguit impotentiã in patre ꝙ non poteſt eſſe filius: ita econtra non eſt impotentie in filio ꝙ non poteſt eſſe pater. Tertia propoſitio eſt hec. Unam ⁊ eãdem et equalem potentiam generandi fore in patre et filio poſſumus affirmare. Iſtam ꝓpoſitionem mgr̃ inueſtigat inquirendo: an potentia generandi in p̄re ſit aliqua potentia in filio. Et reſpondet ꝙ vna ⁊ eadẽ ſit potentia qua pater poteſt generare. ⁊ qua filius poteſt generari: cum in patre ⁊ filio non ſit niſi vna ſapientia natura ⁊ potentia. Uel ſic reſpondet mgr̃ ꝙ potentia generandi cum natura dicit ꝓprietatem referendo igitur intellectum ad proprietatem nõ eſt potentia generãdi in filio. quia ſic eſt aliud poſſe generare: et poſſe generari. referendo vero ad naturam idem ſunt. igitur.

De veritate ⁊ proprietate ⁊ incõmutabilitate ⁊ ſimplicitate eſſentie dei. a

DI. VIII

Hunc de veritate ſiue ꝓprietate ſiue incõmutabilitate atq; ſimplicitate diuine nature ſiue ſ̄be ſiue eſſentie agendũ eſt.

Auguſti. Eſt itaq; deus vt ait Augu. in. v. li. de trinitate: ſine dubitatione ſuba. vel melius ē appellatur eſſentia. quam greci vſiam vocant. Sicut eñ ab eo q̄d eſt ſape dicta ē ſapientia. ⁊ ab eo q̄d eſt ſcire dicta eſt ſciẽtia ita ab eo q̄d eſt eſſe dicta eſt eſſentia Et q̄s magis eſt q̄ ille qui dixit famulo ſuo Ego ſum q̄ ſum: ⁊ dices filijs iſrl̃. qui ē miſit me ad vos. Ip̄e vere ac ꝓpre dicitur eſſentia cui⁹ eſſentia nõ nouit p̄teritũ vel futurum

Vñ hiero. ad marcellã ſcribens ait. Vñ hiero. ad Marcellã ſcribẽs ait De⁹ ſolus qui exordiũ non h;: vere eſſentie nomen tenuit. q: in eius compatiõe q̄ vere ē q: incõmutabilis eſt quaſi nõ ſunt q̄ mutabilia ſunt. De quo eñ dicit̃ fuit. non eſt. et de quo dicit̃ erit: nondũ eſt. De⁹ aũt tm̃ ē qui non nouit fuiſſe vel futurum eſſe. Solus ergo deus vere eſt: cuius eſſentie comparatum noſtrum eſſe non eſt.

Qualiter intelligenda ſint verba Hiero. querendum eſt. b

Hic diligenter aduertendũ eſt: quomõ intelligi debeant illa v̾ba Hiero. ſ. deus tm̃ eſt: ſi non nouit fuiſſe vel futurũ eſſe. tanq̄ nõ poſſe dici d̾ deo fuit vel erit. ſed tantũ eſt cũ de eo ſcriptum frequenter reperiamus. fuit ab eterno. fuit ſꝑ: ⁊ erit in ſecula: ⁊ hmõi. Unde videt̃ q: non eſt tm̃ dicendũ de deo fuit: vel eſt: vel erit. Si eñ diceret̃ tm̃ fuit: putaret̃ ꝙ deſierit eſſe. Si diceret̃ tantũ eſt: putaret̃ ꝙ non ſemꝑ fuerit: ſed eſſe ceperit. Si tantu; diceret̃ erit: putaret̃ non eſſe modo. Dicatur ergo quia ſemꝑ fuit: eſt ⁊ erit. vt intelligatur quia nec cepit: nec deſijt: nec deſinit nec deſinet eſſe. De hoc Aug. ſuꝑ Iohannem ita ait. Cu; de ſempiterna re ꝓprie dicatur eſt. ſm̃ nos bñ dicit̃: fuit ⁊ erit. fuit quia nunq̄ deſijt. erit: q: nunq̄ deerit: eſt quia ſemꝑ eſt. non p̄terijt: quaſi quod non maneat. nõ orietur: quaſi quod non erat. Auguſti. Cum ergo noſtra locutio per tempa varietur. de eo vere dicunt̃ v̾ba cuiuſlibet temporis. qui nullo tempe defuit vel deeſt. vel deerit. ⁊ ideo nõ eſt mirũ ſi de ſpũ v̾itatis veritas loquens dixit ꝑ futurum. Quecũq; audiet loquet̃. Audiet .ſ. ab eo a quo ꝓcedit. Audire illius eſt ſcire. idem et iã eſſe A quo ergo eſt illi eſſentia. ab illo audientia. id eſt ſcientia: que nõ eſt aliud q̄ eſſentia Audiet ergo. dixit de eo quod audiuit ⁊ audit. id eſt quod ſemꝑ ſciuit: ſcit ⁊ ſciet Ecce hic dicit Augu. verba cuiuſlibet tẽporis dici de deo. ſed tñ ꝓpe eſt. Illud ergo quod Hiero. dicit ita intelligendũ eſt. Hic aperit quõ ſint intelligenda. Nõ nouit fuiſſe vel futurũ eſſe: ſed tm̃ eſſe id eſt cum dicitur de deo ꝙ fuit vel erit. nõ eſt intelligendu; ꝙ preterierit vel futurus ſit: ſed ꝙ exiſtat ſimpliciter ſine aliquo tẽporali motu. Licet enim verba ſubſtantiua diuerſorum temporum de deo dicant̃. vt fuit: erit: eſt. erat non tamẽ temporales motus eſſe diſtinguunt. ſcilicet preteritu; vel futurũ. vel preteritũ imperfectum. vel p̄teritũ ꝑfectum. vel p̄teritum pluſq̄ꝑ/

fectum:ſed eſſentiā ſiue exiſtentiā ſue diui/
nitatis ſimplicit̄ inſinuāt. Deus ergo ſol᷒
Hylarius. ꝓprie dicit̄ eſſentia vel eſſe: Vñ Hylarius
in. vij. li. de tri. ait. Eſſe nō ē accidēs deo.
ſed ſubſiſtens veritas ⁊ manēs cauſa. ⁊ na
turalis generis proprietas.

Hic de incōmutabilitate. c

Dei etiā ſoli᷒ eſſen

tia incōmutabilis dicitur proprie. ꝙa nec
Auguſti. mutatur nec mutari poteſt. Unde Augu.
in. v. lib. de trinita. Alie inquit eſſentie vl̄
ſubſtantie capiunt accidētia quibus in eis
fiat vel magna: vel quantacumqꝫ mutatio
Deo aūt aliꝗd huiuſmodi accidere nō pōt
⁊ ideo ſola ſubſtātia vel eſſentia que eſt de/
us incōmutabilis eſt. cui ꝑfecto maxīe ac
veriſſime competit eſſe. Quod enim muta
tur:non ſeruat ipſum verum eſſe. et quod
mutari poteſt:etiam ſi nō mutetur: poteſt
quod fuerat non eſſe. Ideoqꝫ illud ſolum
quod non tantum nō mutatur. verūetiam
mutari omnino non poteſt: veriſſime dici/
tur eſſe. id eſt ſubſtantia patris ⁊ filij ⁊ ſpi/
rituſſancti. Ideoqꝫ apoſtolus loquens de
deo ait. Qui ſolus habet immortalitatem
Auguſti. Ut eniꝫ ait Auguſtinus in libro p̄mo de
Que ſit vera trinitate. Cum anima quodāmodo imor/
immortalitas talis eſſe dicatur ⁊ ſit. non diceret apoſto/
ꝗ in ſolo crea lus. ſolus deus habet imortalitatē. niſi ꝙa
tore eſt. vera immortalitas incōmutabilitas ē quā
nulla poteſt habere creatura. quoniam ſo=
Jacobus. lius creatoris eſt. Unde Jacob᷒ ait. Apđ
quem nō eſt tranſmutatio:nec viciſſitudi/
nis obumbratio. Et Dauid Mutabis ea
⁊ mutabunt̄:tu aūt idem ipſe es. Jō Au/
guſti. ſuper Geñ. dicit. ꝙ deus nec per lo/
ca nec ꝑ tpa mouet̄. creatura xͦo ꝑ loca et
tempora. Et per tempora moueri eſt ꝑ af/
fectiones commutari. Deus autē nec loco
nec affectione mutari poteſt: qui per pro/
phetam ait. Ego de᷒ ⁊ non mutor: qui eſt
immatabilis ſolus. vnde recte ſolus dicit̄
habere immortalitatem. In omni eñ mu=
tabili natura (vt ait Auguſti. cōtra Ma/
ximinum) nōnulla mors eſt ipſa mutatio.
quia facit aliquid in ea non eſſe quod erat
Unde ⁊ ipſa anima humana que ideo dici
tur immortalis: quia ſm modū ſuum nun
ꝙ̄ deſinit viuere. habet tamē quandā mor
tem ſuam. quia ſi iuſte viuebat et peccat:
moritur iuſticie. ſi peccatrix erat ⁊ iuſtifi/
catur:moritur peccato. Ut alias eius mu/
tationes taceam. de quibus modo longuꝫ

eſt diſputare. Et creaturarum natura cele=
ſtiū mori potuit. quia peccare potuit. Nā
⁊ angeli peccauerunt: ⁊ demones facti ſūt
quorum eſt dyabolus princeps: ⁊ qui nō
peccauerunt peccare potuerunt. ⁊ cuicūqꝫ
rationali creature preſtatur vt peccare nō
poſſit:non eſt hoc nature proprie: ſed dei
gratie. Et ideo ſolus deus (vt ait apoſto/
lus) habet immortalitatem. qui non cuiuſ/
ꝙ̄ gratia:ſed natura ſua. nec potuit nec po
teſt aliqua conuerſione mutari. nec potuit
nec poterit aliqua mutatōne peccare Pro
inde vt ait Augu. in. j. li. de tri. Subſtanti
am dei ſine vlla commutatione mutabilia
facientem: ⁊ ſine vllo ſuo temporali motu
temporalia creantem intueri et noſſe. licet
ſit difficile oportet. Vere ergo ac ꝓprie im
mutabilis eſt ſola diuinitatis eſſentia:que
ſine ſui mutatione cūctas ꝯdidit naturas.

Hic de ſimplicitate. d

Eadēqꝫ ſola ꝓprie

ac vere ſimplex eſt. vbi nec partiū nec ac/
cidentium:nec quarūlibet formarum vlla
eſt diuerſitas ſiue variatio vel multitudo
Ut autem ſcias quomō ſimplex ſit illa ſub Quare crea=
ſtantia: te docet Auguſti. in. vj. li. de trini. tura ſit multi=
Animaduerte primo: quare omnis crea/ plex ⁊ nō ſim
tura ſit multiplex: ⁊ nullo modo vere ſim/ plex
plex: ⁊ primum de corporali poſtea de ſpi/
rituali creatura. Corporalis vtiqꝫ creatu/ Hic de corpa
ra ex partibus conſtat. ita vt ſit ibi alia ꝑs li oñditur ꝗre
minor: alia maior. ⁊ maius ſit totū ꝙ̄ que/ ſit ſimplex.
libet pars. ⁊ in vnoquoqꝫ corpore aliud ē
magnitudo: aliud color: aliud eſt figura.
Poteſt eñ ⁊ minuta magnitudine mane/
re idem color ⁊ eadem figura. ⁊ colore mu
tato manere eadem figura: ⁊ eadeꝫ magni
tudo. Ac ꝑ hoc multiplex eſſe cōuincit̄ na
tura corporis. ſimplex aūt nullo modo.

Hic de ſpūali creatura oñdit quō
ſit multiplex ⁊ non ſimplex. e

Creatura quoqꝫ

Auguſti
ſpūalis vt eſt aīa: in compatiōe quidē cor/
poris eſt ſimplex. ſine comparatione xͦo cor
poris eſt mltiplex ⁊ nō ſimplex. Que ideo
ſimplex dicit̄ reſpectu corpis. qꝛ mole non
diffundit̄ ꝑ ſpaciū loci: ſꝫ in vnoqꝫ corpe ⁊
in tota aīa eſt. ⁊ in ꝗlibet eius pte tota eſt.
Et iō cū ſit aliꝗd in quauis exigua pticlā
corpis qđ ſentiat aīa. ꝙuis nō fiat in toto
corpe: illa aūt tota ſentit. qꝛ totam nō latet
Sed tñ nec in ipa aīma vere ſimplicitas ē

Cum em̄ aliud ſit artificioſum eſſe. aliõ in/
ertem. aliud acutum. aliud memorē. aliud
cupiditas. aliud timoꝛ. aliud letitia. aliud
triſticia. poſſuntq; hec ⁊ alia hmōi inume/
rabilia in aīe inueniri natura. ⁊ alia ſine
aliis. ⁊ alia magis. alia minus. Manife=
ſtum eſt nō ſimplicē ſ; m̄ltiplicē eſſe naturā
Nihil em̄ ſimplex mutabile ē. oīs aūt crea=
tura mutabil' eſt. nulla ḡ creatura vere ſim
plex eſt. Deus vo ⁊ ſi multiplex dicat. ve
re tm̄ ⁊ ſumme ſimplex eſt. Dr em̄ magnus
bon⁹. ſapiēs. btūs. ver⁹. ⁊ q̄cq̄d aliõ nō in
digne dici videt. ſed eadē magnitudo ei⁹
eſt que ſapia. Nō em̄ mole magn⁹ eſt: ſ; vir
tute. ⁊ eadē bonitas q̄ ſapia ⁊ magnitudo
⁊ veritas. ⁊ non eſt ibi aliud ipm btm̄ eſſe
⁊ aliud magnū. aliud ſapientē: aut verum
aut bonum: eſſe aut omnino eſſe.

Quõ de⁹ ſimplex.

Qualiter deus cum ſit ſimplex multiplex tamen dicatur. f

Hic diligenter no=
tādum eſt cū dicat Aug. ſolum deum vere
ſimplicez eſſe. cur dicat eūdē multipliciter
dici? Sed hoc nō ꝑpter diuerſitatem acci/
dentiū vl' partiū dicit: ſed ꝑpter diuerſita
tē ac multitudinē noīm: que de deo dicun=
tur. q̄ licet multiplicia ſint. vnum tm̄ ſignifi
cant. ſ. diuinā naturā. Hec em̄ non ita acci
piunt cū de illa incōmutabili eternaq; ſub
ſtātia incōpabilit' ſimpliciore q̄; ē hūan⁹
animus dicunt. quemadmodū cū de crea
turis dicunt. Unde Augu. in. vi. libro de
trini. Deo inquit, eſt hoc eſſe quod eſt foꝛ/
tem eſſe: vel ſapientem eſſe: vel iuſtum eſſe
⁊ ſi q̄d de illa ſimplici m̄ltiplicitate vl' mul
tiplici ſimplicitate dixeris. quo ſubſtantia
eius ſignificet. Hūano aūt aīo non eſt hoc
eſſe quod eſt foꝛtem eſſe. aut prudentē. aut
iuſtum. Poteſt enim eſſe animus: ⁊ nullaz
iſtarum habere virtutem.

Auguſti.

Tāta ē dei ſimplicitas q̄ nulli pre dicamentoꝛum ſubiicitur. g

Qd autem in natu
ra diuina nulla ſit accidentium diuerſitas
nullaq; penitus mutabilitas: ſ; pfecta ſim=
plicitas: oſtendit Augu. in. v. li. de tri. di.
Intelligamus deū quantū poſſum⁹: ſine
q̄litate bonū. ſine q̄titate magnū. ſine indi/
gentia creatorē. ſine ſitu pſidentē. ſine ha/
bitu oīa ꝯtinentē. ſine loco vbiq; totum
ſine tp̄e ſempiternū. ſine vlla ſui mutatiōe
mutabilia facientē, nihilq; patientē. Quiſ=
q̄s deū ita cogitat. ⁊ ſi nōdū pōt oīno inue
nire q̄d ſit. pie tm̄ caueat q̄tū pōt aliq̄d de
illo ſentire qd nō ſit. Ecce ſi ſubtilit' inten=
das: ex his atq; pdictis apit' illa predica/
menta artis dialetice dei nature minime cō
uenire q̄ nullis eſt ſubiecta accidentibus.

Auguſti.

Q deus nō pꝛopꝛie ſed abuſiue di= citur ſubſtantia. h

Unde nec pꝛopꝛie
dicit' ſuba vt Aug. oñdit in lib. vii. de tri. Auguſti.
Sicut ab eo qd eſt eſſe appellat' eſſentia. ita
ab eo qd eſt ſubſiſtere ſbam dicim⁹. ſi tm̄ di
gnum eſt vt de⁹ dicat' ſubſiſtere. Hoc eniz
de his rebus recte intelligit': in q̄bus ſub=
iectis ſunt ea q̄ in aliq̄ ſubiecto eſſe dicunt'.
ſic' in coꝛpe coloꝛ aut foꝛma. Coꝛpus enim
ſubſiſtit. ⁊ iō ſuba eſt. Res vo mutabiles
neq; ſimplices ꝑp̄e dicunt' ſube. De⁹ aūt
ſi ſubſiſtit vt ſuba ꝑpꝛie dici poſſit. ineſt in
eo aliq̄d tanq̄; in ſubiecto. ⁊ nō eſt ſimplex
Nephas aūt eſt dicere: vt ſubſiſtat deus:
⁊ ſubſit bonitati ſue. atq; illa bonitas non
ſubſtantia ſit: vel potius eſſentia. Neq; ip
ſe deus ſit bonitas ſua. ſed in illo ſit tanq̄;
in ſubiecto. Unde manifeſtum eſt cū abu/
ſiue ſubſtantiam vocari. vt nomine vſita/
tioꝛe intelligatur eſſentia. quod vere ac ꝑ/
pꝛie dicitur: ita vt foꝛtaſſe ſolum deum dici
opoꝛteat eſſentiam. Eſt enim vere ſolus:
quia incommutabilis eſt.

Q non eſt aliquid in deo quod nō ſit deus. i

Huius autez eſſen
tie ſimplicitas ac ſinceritas tāta eſt q̄ non
eſt in ea aliq̄d qd nō ſit ipa. ſ; idē eſt hñs et
qd habet'. Un̄ Hylarius in. vii lib. de tri. Hylarius.
ait. Nō ex compoſitis de⁹ q̄ vita ē ſubſiſtit
neq; q̄ vtus eſt ex infirmis cōtinet'. neq; q̄
lux eſt ex obſcuris coaptat'. neq; q̄ ſpūs ē
ex diſparib⁹ foꝛmat' eſt: totū qd in eo ē vnū
eſt. Idem in. viii. li. de trini. Nō humano Idem.
mō ex cōpoſitis de⁹ eſt: vt in eo aliõ ſit qd
ab eo habet'. ⁊ aliud ſit ipe q̄ habeat. ſ; to=
tum vita eſt. natura. ſ. perfecta ⁊ infinita. ⁊
non ex diſparibus conſtituta. ſed viuēs p
totum ipa. De hoc eodem Boetius in pꝛi Boetius.
mo li. de tri. ait. Quo circa hoc vere vnuz
eſt in q̄ nullus numerus. nullū in eo aliud
pter id quod in eo eſt. neq; enim ſubiectuz Auguſti.
fieri poteſt. Augu. quoq; in lib. de fide ad
petrum dicit. In dei ſubſtātia nō eſt aliq̄d
qd nō ſit ſubſtātia: q̄ſi aliõ ſit ibi ſubſtātia

aliud qꝺ accidit ſubſtãtie Sꝫ qcq̃d ibi itel‑ligi poteſt ſubſtãtia eſt. Verũ hec dici poſſunt facile ⁊ credi. videri aũt niſi puro corde omnino non poſſunt. Item Aug. i. xv. li. de tri. Sic habet in natura vniuſcuiuſqꝫ triũ: ꝙ ꝗ habet hoc ſit qꝺ hꝫ. ſicut immutabilis ſimplexqꝫ ſba. Unde Iſidorus ait

Iſidorus.

Deus ſimplex dicit: ſiue nõ amittẽdo qꝺ habet. ſeu nõ aliud hꝫ qꝺ nõ eſt ipſe. ⁊ aliꝺ qꝺ in ipſo eſt. Et cum tãte ſimplicitatis atqꝫ ſinceritatis ſit natura diuina. eſt tñ in ea trinitas pſonaꝝ. Uñ Augu. in li. xj. de ci. ait. Non ꝓpter hoc naturam ſummi boni ſimplicem dicimus. qꝛ eſt pater in ea ſolꝰ: aut filius in ea ſolus. aut ſpũſſanctus in ea ſolus. i. qꝛ ẽ ſola iſta nominũ trinitas: ſiue ſubã pſonarm: ſicut Sabelliani putauert Sꝫ ideo ſimplex dicit qꝛ eſt hoc quod habet: excepto ꝙ relatiue queqꝫ pſona ad alteram dicit: nec eſt ipſa. Nam vtiqꝫ pr̃ habet filiũ: ad quem relatiue dicit. nec tamẽ ipſe eſt filius. ⁊ filiꝰ hꝫ pr̃em. nec tñ ipſe eſt pater. In quo ꝟo ad ſemetipſm dicitur: nõ ad alterũ hoc eſt quod habet: ſic ad ſeipſm dicitur. viuus habendo vitã. ⁊ eadem vita eſt ipſe. Ꝓpter h vtiqꝫ natura hec dicit ſimplex qꝺ nõ ſit aliud hñs. ⁊ aliud id qꝺ habet: ſicut in ceteris rebꝰ eſt. Nõ eñ hñs liquorẽ: liquor eſt. nec corpꝰ color: nec aĩa eſt ſapia Ecce quãta eſt idẽptitas. Q̃ta eſt vnitas. immutabilitas. ſimplicitas. puritas diuine ſubſtãtie: iuxta infirmitatis noſtre valitudinem aſſignauimus.

Iſta eſt diſtinctio octaua huiꝰ primi libri In qua oſtenſo quid tenendũ ſit de veritate gignẽtis: agit de natura coĩcata ꝑ actũ generatiõis Et q̃tũ hoc ꝯcernit materiã pñtis diſtĩctiõis: tũc diuiditur in tres ꝑtes. In prima oſtendit diuine eſſentie veritatẽ. In ſecunda eius nature immutabilitatem. In tertia eius ſimplicitatem. Primũ facit a pͥncipio diſtinctionis vſqꝫ ibi. Dei etiam ſolius eſſentia Secundũ ab inde vſqꝫ ibi. Eademqꝫ ſola ꝓprie ſimplex eſt. Tertium ab inde vſqꝫ ad finem diſtinctiõis Et hec eſt ſentẽtia magiſtri in generali. In ſpãli ꝟo ſentẽtia in hac diſtinctione ſummarie ꝯtinet in tribꝰ ꝓpoſitionibꝰ: quaꝝ pͥma eſt hec. Dũtaxat deus proprie hꝫ eſſentie veritatẽ ſine alicuiꝰ nõ actualitatis admixtione. Et ꝓbat ſic. Illud habet ꝓprie eſſentie veritatem ſine alicuius nõ actualitatis admixtione. cuius eſſe reptum eſt ſꝑ eſſe. i. eternaliter. ⁊ qꝺ eſt ſine p̃teritione ⁊ futuritione. ſed ſolus deus eſt hmõi. igit ipſe ſolus hꝫ eſſentie veritatẽ ſine alicuiꝰ nõ actualitatis admixtione. Tenet conſequentia. et maior. ſꝫ minorẽ ꝓbat mgr̃ in lr̃a ꝑ hoc ꝙ eſſentia a ꝟbo eſſendi nomen ꝓprium hꝫ Eſſentia enim deriuatur a ꝟbo. ſum es eſt. Et confirmat ꝑ hoc qꝺ eſſe diuinũ nõ nouit p̃teritũ neqꝫ futurũ. Scꝺa propoſitio eſt hec. Solus deus hꝫ eterne ꝑmanẽtie ſtabilitatem abſqꝫ cuiuſuis mutabilitatis variatõe. Et ꝓbatur ſic. Illud ꝟtualiter hꝫ eterne ꝑmanẽtie ſtabilitatem qꝺ eſt ipſm ſuũ eſſe: ⁊ qꝺ impoſſibile eſt alit ipſm diſponi ꝙ eſt: q̃cũqꝫ etiã diſpoſitiõe. ſed ſolus deus eſt hmõi. ergo ꝓpoſitio vera. Argumentum apparet bonũ. ⁊ maior vera. Et circa minoris ꝓbationẽ ꝓcedit mgr̃ in textu ſic. Et ꝓponit pͥmo dei eſſe omnino eſſe immutabile. qꝺ ꝓbat pͥmo ꝑ hoc ꝙ diuinũ eſſe eſt veriſſimũ. qꝺ nõ eſſet ſi poſſet mutari. Secundo ꝑ hoc ꝙ in deo nõ ſunt accidẽtia ꝑ q̄ mutatio ĩ rebus ꝯtingit. Tertio ꝑ cõpationem dei ad creaturas. Nam oĩs creature mutatio fit vel ꝑ loca vel per tpa. vel ꝑ affectiões. ſed neutrũ iſtorũ modorum cadit in deo. vt pꝫ ꝑ diuerſas ſanctorũ autoritates in textu. igit ſuũ eſſe eſt oĩno immutabile. Tertia propoſitio eſt. Q deus hꝫ ſimplicitatẽ eſſentie ſine cuiuſcũqꝫ multiplicitatis cõpoſitione. Et probatur ſic. Illud hꝫ eſſentie ſimplicitatẽ ſine cuiuſqꝫ multiplicitatis cõpoſitiõe: qꝺ nõ ſolũ corporũ vel ſpirituũ aut p̃dicamentorum multiplicitati nõ ſubijcit. ſed etiam met eſt qꝺ in eo eſt: ſeu in eo eſſe dicit. ſed deus eſt hmõi. igit ipſe hꝫ ſimplicitatẽ ſine cuiuſqꝫ mltiplicitatis cõpoſitiõe. Argumentũ pꝫ ⁊ maior. Et minorem exequẽs mgr̃ in lr̃a proponit: ꝙ diuina eſſentia vere ⁊ ꝓpe ſimplex eſt. eo ꝙ in deo nulla eſt diuerſitas ꝑtium accidentiũ formarũ. Scꝺo ꝓbat idẽ ꝑ compationem ipſius ad multiplicitatẽ creature ſpũalis. in q̄ licet non ſit diuerſitas ꝑtium ſicut in creatura corporali ꝓpt eiꝰ ſimplicitatẽ: cũ tota ſit vbicũqꝫ ſit: ſic aĩa rõnalis dꝛ eſſe tota ĩ toto corpe. ⁊ tota in q̄libet eiꝰ ꝑte. eſt tñ in ea diuerſitas accidentiũ. ſic mgr̃ declarat ꝑ exẽplũ de diuerſis aĩe affectiõibus. Poſtea oñdit ꝙ hmõi ſimplicitati nõ repugnat mltiplicitas noĩm q̄ de ipſo dicunt: eo ꝙ oĩa vnũ ſignificant. Et ꝙ nulla accidẽtia ſunt in ipſo oñdit: diſcurrẽdo ꝑ ſingula p̃dicamẽta accidẽtis Et etiã ꝙ ſubſtãtia iproṗe dꝛ de deo oñdit. qꝛ accidẽti ſubſtat ipſa ſuba. Et addit ꝙ ipſa dei ſimplicitas pſonaꝝ plũatem nõ excludit. Et ꝙ nõ ſit aliq̄d in deo qꝺ nõ ſit deus. igit ⁊c̃.

De diſtinctiõe triũ perſonarũ. a

Nunc ad diſtinctionẽ triũ pſonaꝝ accedamus Teneamꝰ ḡ vt docet Aug. in li. de fide ad petrũ. pr̃em ⁊ filiũ ⁊ ſpm̃ſanctuꝫ vnũ eſſe deũ naturalit. nec tñ ipſm patrem eſſe qui filius eſt. nec filiũ eſſe ipſm qui pat eſt. nec ſpũmſanctum eſſe ipſm qui pater eſt aut filius. Una eñ eſt eſſentia pr̃is ⁊ filij et ſpũſſancti. In q̄ non eſt aliud pr̃ aliud filiꝰ aliud ſpũſſanctus. Q̃uis pſonalit alius ſit pater. alius filius. alius ſpirituſſanctus.

DI. IX

Auguſti.

Hic de eternitate filij cũ pr̃e. b

Genitus eſt eniꝫ a patre filius ⁊ ideo alius. nec tamẽ ante fuit pr̃ q̃ꝫ filiꝰ Coeterne eñ ſunt ſibi tres pſone

Argumentatio arrianorum. c

Sꝫ contra hoc inquit hereticus. vt refert Amb. in. j. lib. de trini. Omne qꝺ natum eſt pͥncipium hꝫ. ⁊ ideo quia filius natus eſt: pͥncipiũ habꝫ et eſſe cepit. qꝺ hereticorũ ore ſic dictum eſt.

Ambroſiꝰ.

Nam iᷓpe Arrius (vt meminit Aug.i.vſ. li.de tri.) dixiſſe fert. Si fili⁹ eſt: natus eſt ſi natus eſt: erat qñ non erat filius.

Reſpõſio Auguſtini catholica. d

Auguſti. **Qui hoc dicit non** itelligit etiã natũ eſſe deo: ſempiternumqꝫ eſſe vt ſit coetern⁹ prĩ filius. ſicut ſplẽdoꝛ ꝙ gignit ab igne atqꝫ diffundit: coeuus ẽ illi: ⁊ eſſet coeternus ſi ignis eſſet eternus.

Oppoſitio Aug. cõtra hereticũ e

Itez. Si dei filius inquit Auguſti. virtus ⁊ ſapientia dei eſt nec vnqꝫ fuit deus ſine virtute ⁊ ſapientia coeternus eſt deo patri filius. Dicit autez apoſtolus chꝛiſtuz eſſe dei virtutem ⁊ dei ſapientiam. Aut ergo non fuit quando nõ fuit filius. aut aliquando deus non habuit virtutem ⁊ ſapientiam. quod dementis eſt dicere. Conſtat enim quia ſemper habuit ſapientiam. ſp ergo habuit filiũ.

Reſpõſio Ambro. ad idem autoritate fulta. f

Ambroſi⁹. **Eidem quoqꝫ Ar**rianice queſtioni Ambro. in hunc moduz reſpondet. Ego inquã filium eſſe natũ cõfiteoꝛ. quod reliquum eſt impietatis: hoꝛreſco. Scriptum eſt eñ in veteri teſtamẽto. vt vel vnum e pluribus dicam. Ante me non fuit alius deus: ⁊ poſt me nõ erit. Quis ergo hoc dicit: pater an filius? Si filius ante me inquit nõ fuit alius deus. Si pater: poſt me inquit non erit. hic prioꝛez: ⁊ ille poſterioꝛem non habet. Inuicem eñ in ſe: ⁊ pater in filio: ⁊ filius in patre cognoſcitur. Cum eñ patrem dixeris: eius etiã filium deſignaſti. quia nemo iᷓpe pater eſt

Rõne vtitur Ambro. ꝯtra hereticum. ſibi. Cum filium nominas: etiam patrẽ faterís. quia nemo iᷓpe ſibi fili⁹ eſt Itaqꝫ nec filius ſine patre. nec pater poteſt eſſe ſine filio. Semꝑ ergo pater: ſemꝑ ⁊ filius.

Inuectio Ambroſij contra hereticum. g

Item dic inquam mihi heretice. Fuit ne quãdo omnipotẽs deus pater non erat: ⁊ deus erat? Nam ſi pater eſſe cepit: deus ergo ꝓmo erat: ⁊ poſtea pater factus eſt. Quomõ ergo immutabilis deus eſt? Si eñ ante deus: poſtea pater fuit: vtiqꝫ generatiõis acceſſiõe mutatus eſt. ſed auertat deus hanc amentiã: Ineffabile eſt quomodo filius ſit ⁊ non habeat patrẽ prioꝛem. ſicut modus generationis inintelligibilis ⁊ ineffabilis. **h**

Sz queris a me inquit. Ambro. quõ ſi filius ſit: nõ ꝑoꝛem habeat patrem? Quero itẽ abs te quando vl quomõ filium putes eſſe generatuz? Mihi eñ impoſſibile eſt generationis ſcire ſecretum. Mens deficit. vox ſilet: non mea tantũ: ſed ⁊ angeloꝛum: ſupꝛa poteſtates. ⁊ ſupꝛa angelos. ⁊ ſupꝛa cherubin: ⁊ ſupꝛa ſeraphin: ⁊ ſupꝛa omnem ſenſum eſt. quia ſcriptũ eſt. Pax xp̃i ſupꝛa omnem ſenſum eſt. Et ſi pax xp̃i ſupꝛa omnem ſenſum eſt quõ nõ eſt ſupꝛa omnẽ ſenſum tanta generatio? Tu ergo oꝛi manum admoue: ſcrutari nõ licet ſupna myſteria. Licet ſcire ꝙ natus ſit: nõ licet diſcutere quõ natus ſit. Illõ mihi negare nõ licet. hoc q̃rere met⁹ eſt. Ineffabilis eñ eſt illa generatio. Vñ Eſa. Generationẽ eius q̇s enarrabit?

Ambroſi⁹. (margin, beside "Sz queris a me in")

Quidam preſumunt diſcutere generationis ſeriem. i

Quidam tamẽ de ingenio ſuo ꝑſumentes dicũt illam generationẽ poſſe intelligi ⁊ alia hmõi. Inherentes illi autoꝛitati. Hiero. ſuꝑ Eccleſiaſten In ſacris ſcripturis q̇s ſepiſſime nõ ꝓ impoſſibili: ſꝫ ꝓ difficili ponit: vt ibi. Generationẽ eius q̇s enarrabit? Sed hoc nõ dixit Hiero. ideo ꝙ generatio filij eterna plene intelligi vel explicari poſſit a quoqꝫ moꝛtalium: ſed qꝛ de ea aliq̇d intelligi vl dici poteſt. Quidam tamẽ hoc accipiũt dictũ de tempoꝛali chꝛiſti generatione.

Vtrũ debeat dici ſemper gignit. vel ſemper genitus eſt filius. k

Hic q̃ri poteſt cum generatio filij a patre: nec ꝓncipiũ habeat nec finem: qꝛ eterna eſt. vtrũ debeat dici: filius ſp gignit: vel ſp genitus eſt. vel ſemꝑ gignet? De h̾ Grego. ſuꝑ Iob ait. Dñs deus ieſus in eo ꝙ v̾tus ⁊ ſapia dei eſt: de prẽ añ tpa natus eſt. vel poti⁹ qꝛ nec cepit naſci: nec deſijt. dicam⁹ verius ſp nat⁹. nõ aũt poſſum⁹ dicere ſp naſcit: ne imꝑfect⁹ eſſe videat. At v̾o vt etern⁹ deſignari valeat ⁊ ꝑfectus ⁊ ſp dicamus ⁊ natus. qua-

Grego. (margin, beside "gignet? De h̾ Grego. ſuꝑ Iob ait")

tenus ⁊ natus ad ꝑfectionem ꝑtineat. ⁊ ſꝑ ad eternitatē. Quis ꝑ hoc ipſum ꝙ ꝑfectum dicimus. multū ab illius veritatis expꝛeſſione deuiamus. qꝛ quod factum nō eſt: non poteſt dici ꝓpꝛie perfectum. ſed balbutiē/do vt poſſumus excelſa dei reſonem⁹. Et dominus noſtre infirmitatis verbis cōde=ſcendens Eſtote inquit perfecti ſicut ⁊ pr̄ veſter celeſtis perfectus eſt. Super illū locum etiā pſal. Ego hodie genui te De hac generatione filij ita loquitur Aug. Quāꝗ̄ per hoc ꝙ dicit hodie poſſit etiã intelligi dies ille quo chꝛiſtus ſ̄m hominem natus eſt. tamen quia hodie p̄ſentiam ſignificat atq̃ in eternitate. neq̃ p̄teritum quicꝗ̄ eſt quaſi eſſe diſierit: neq̃ futurum quaſi nondum ſit: ſ; pꝛeſens tm̄. quia quicquid eter=num eſt ſemper eſt. diuini⁹ tm̄ accipitur de ſempiterna generatione ſapientie dei. Ec/ce his verbis oſtendit Augu. ꝙ generatio filij ſꝑ ē. nec p̄terit nec futura eſt. qꝛ etn̄a ē Ideo dixi genui. ne nouū putaretur. ſ. ne videret̃ incepiſſe hodie dixit. ne pꝛeterita generatio videretur. Ex his ergo verbis pꝛophete: vt ait Johannes Chꝛyſ. nihil aliud manifeſtatur: niſi quia ex ipſa eſſen/tia patris: ſemper genitus eſt filius.

Origenes videtur dicere contrarium. ait enim ꝙ ſemper generatur filius a patre. l

Origenes vero ſuper Hieremiã dicit ꝙ filius ſemꝑ generat̃ a patre: his verbis. Saluatoꝛ noſter eſt ſapientia dei ſapia ꝟo eſt ſplendoꝛ eterne lucis. ſaluatoꝛ ḡ noſter ſplēdoꝛ eſt claritatis. Splendoꝛ aūt non ſel̄ naſcit̃ ⁊ deſinit. ſed quotiēs oꝛtum fuerit lumen ex quo ſplen/doꝛ oꝛit̃: totiēs oꝛit̃ etiam ſplendoꝛ claritatis. Sic ḡ ſaluatoꝛ ſꝑ naſcit̃. Vn̄ ait in. li. Sap̄. Añ omēs colles generat me. Nō vt ꝗdam male legunt: generauit. His verbis apte oſtendit Origenes ſane dici poſſe et debere: filius ſemꝑ naſcit̃. Qđ videtur cō=trarium illi verbo Grego. p̄miſſo. ſ. nō poſſumus dicere ſemper naſcitur.

Augu. in lib. lxxxiij. q̄ſtio. de ſꝑ nato diſſerens: ait. Melioꝛ eſt ſꝑ nat⁹ ꝙ̄ qui ſꝑ naſcitur. qꝛ q ſꝑ naſcit̃: non dū eſt natus ⁊ nunꝙ̄ natus: aut nat⁹ erit ſi ſꝑ naſcitur. Aliud em̄ eſt naſci: aliđ natum eſſe. ac ꝑ hoc nunꝙ̄ filius eſt: ſi nūꝙ̄ natus eſt. Filius aūt eſt. q̄a natus ē ⁊ ſꝑ filius Semper igit̃ natus eſt

Exponit premiſſa verba Gregorij ne putetur inter doctoꝛes eſſe contrarietas. m

Sed ne tanti autores ſibi ꝯtradicere in re tanta videant̃: illa ꝟba Greg. benigne interp̄temur Dn̄s in=ꝗt ieſus añ tpa nat⁹ eſt de pr̄e. vel poti⁹ qꝛ nec cepit naſci nec deſijt: dicamus verius ſꝑ natus. Sed quō verius dicit̃ h̄. ſc; ꝙ filius ſꝑ natus eſt ꝗ̄ illud. ſ. ꝙ de patre añ tpa natus eſt. Illud em̄ ſincera et catholi=ca fides tenet ac p̄dicat: vt iſtud. Quare ḡ ait dicamus verius. cum vtrūq̃ parit̃ ſit verum: niſi qꝛ volebat intelligi h̄ ad maiorem euidentiã ⁊ expꝛeſſionē veritatis dici ꝗ̄ illud. His etenim verbis omnis calum/niandi verſutia hereticis obſtruit̃ aditus quibus chꝛiſti ſ̄m deitatem generatio ſine initio ⁊ ſine fine eſſe ac perfecta monſtrat̃. Non autē adeo apte manifeſtatur veritas cum dicitur: filius ante tempoꝛa genit⁹ eſt de patre: vel filius ſemꝑ naſcitur de patre Et ideo dicit Gregorius ꝙ nō poſſumus dicere ſemꝑ naſcitur. Non inꝗ̄ ita conue=nienter: non ita congrue ad explanationem veritatis. Poteſt tamen dici ſi ſane intelligatur: ſemꝑ em̄ naſcitur filius de patre. vt ait Origenes. nō ꝙ quotidie iteret̃ illa ge/neratio: ſed quia ſemper eſt. ſemꝑ ergo na=ſcitur. id eſt natiuitas eius ſempiterna eſt.

Queſtio de ipſis verbis Gregorij.

Hic ſoluit.

Q filius ſemper generatur confirmatur ex dictis Hilarij. n

Hylari⁹ quoq; dicit filium naſci ex parte in li. vij. de trinita. his verbis. Viuens deus ⁊ nature eterne viuentis poteſtas eſt. ⁊ qđ cū ſacramento ſcientie ſue ex eo naſcit̃: nō potuit aliud eē ꝗ̄ viuens. Nam cum ait. Sicut miſit me viuēs pater: ⁊ ego viuo ꝓpter patrem: docuit vitã in ſe ꝑ viuentē patrē ineſſe. Ecce hic habes qꝛ filius naſcit̃ ex patre. Itē in eodem. Cum dicit chꝛiſtus. Sicut pr̄ ha/bet vitam in ſe: ſic ⁊ filio dedit vitam ha/re in ſemetip̄o. omnia viua ſua ex viuente teſtatus eſt. Q autem ex viuo viuū natum eſt: habet natiuitatis ꝑfectum ſine nouita=te nature. Non em̄ nouum eſt quod ex vi/uo generat̃ in viuū. qꝛ nec ex nihilo eſt. et vita que natiuitatem ſumit ex vita: neceſſe eſt ꝑ nature vnitatē ⁊ ꝑfecte natiuitatis ſacramentū. vt ⁊ in viuente viuat. ⁊ in ſe habeat vitã viuentē. Ecce ⁊ hic habes qꝛ generat̃ ex viuo viuēs filius Item in eodem In deo totum qđ eſt viuit. deus em̄ vita eſt. ⁊ ex vita nō pōt quicꝗ̄ eſſe niſi viuum neq̃ ex deriuatione: ſed ex virtute natiui/tatis eſt. Ac ſi dū totū qđ eſt viuit: ⁊ dum totū qđ ex eo naſcit̃ virtus eſt. habet nati/uitatem fili⁹: nō demutationē. Et hic dicit qꝛ naſcit̃. Item in. viij. li. de tri. Donat pa

Idē in eo=dem.

Attende totū quod in eodem eſt viuit.

ter filio tantū eſſe q̄ſitum eſt ipē. cui innaſci
bilitatis eſſe imaginē ſacramēto natiuita-
tis impartit. quem ex ſe in ſua forma gene
rat. Hic dicit quia generat pater filiū.

Breuiter docet quid de hoc cōce-dendum ſit.

o

Dicam' ergo filiū

natum de patre ante tempora: ⁊ ſemper na
ſci de patre. ſed congruentius ſemꝑ natū.
⁊ eundē fateamur ab eterno eſſe ⁊ patri co
eternuȝ. id eſt auctori pater eīn generatōe
auctor filij eſt. vt in ſequenti oſtendet̄. Ut
ergo pater eſt eternus: ita ⁊ filius eternus
eſt. ſed pater ſine auctore. filius xpo nō. qꝛ
Hylarius. pater innaſcibilis: filius natus. Et vt ait
Hylarius in. xij. li. de tri. aliud eſt ſine au/
ctore ſemꝑ eſſe eternū aliud patri. id eſt au
ctori eſſe coeternū. Ubi aūt pater auctor ē
ibi ⁊ natiuitas eſt. qꝛ ſicut natiuitas ab au
ctori eſt. ita ⁊ ab eterno auctore eterna eſt
natiuitas. Omne aūt quod ſemꝑ eſt: etiaȝ
eternū eſt. ſed tñ nō omne qđ eternum eſt:
etiā innatū eſt. quia quod ab eterno naſcit̄
habet eternum eſſe quod natuȝ eſt. Quod
aūt nō natum eſt. id cū eternitate non natū
eſt. qđ xpo ex eterno natū eſt: id ſi nō eternū
natū eſt. iā nō erit ⁊ pater auctor etern'. Si
q̄d ḡ ei qui ab eterno patre nat' eſt ex eter/
nitate defuerit. idipm̄ nō eſt auctori ambi-
guum defuiſſe. Quia ſi gignenti eſt infini/
tum gignere. ⁊ naſcenti etiam infinitū na-
ſci eſt. Mediū enī qđ int̄ natiuitatē dei fi/
lij ⁊ generationē dei p̄ris nec ſenſus admit
tit: qꝛ ⁊ in generatiōe natiuitas eſt: ⁊ in na-
tiuitate generatio eſt. qꝛ ſine vtroqꝫ neutꝝ
eſt. vtrūqꝫ ergo ſine interuallo ſui eſt

Argumentatio heretici.

p

Rñſio Hylarij.

Sed inquiet here-

ticus. Omne qđ natū eſt non ſꝑ fuit. qꝛ ī
id natū eſt vt eſſet. Nemo ambigit q̄n ea q̄
in rebus humanis nata ſunt aliq̄n nō fue-
rint. Sed aliud eſt ex eo naſci qđ ſemꝑ nō
fuit. aliud eſt ex eo natū eſſe quod ſemꝑ eſt
Ibi nec ſꝑ fuit qui pater eſt. nec ſemꝑ pat̄
eſt. ⁊ qui nō ſemꝑ pr̄ eſt: non ſemꝑ genuit
Quid ſit proprium patri ⁊ filio. vbi aūt ſemper pater eſt. ſemper filius eſt
Ex ſi ſemper deo patri propriū eſt ꝙ ſemꝑ
eſt pater. neceſſe eſt filio ſemper proprium
eſſe ꝙ ſemper eſt fili'. Quomodo ergo ca/
det in intelligentiā noſtrā vt nō fuerit ſem/
per: cui ꝓprium eſt ſemper eſſe quod natū
eſt. Natum ergo vnigenitum deum confi/
temur: ſed natū ante tempora: nec ante eſſe
q̄ȝ natum. nec ante natum q̄ȝ eſſe. quia na/
ſci quod erat. iam non naſci eſt: ſed ſeipſum
demutare naſcendo. Hoc autē humanum
ſenſum ⁊ intelligētiam excedit mundi. Nō
hoc capit ratio humane intelligentie. ſed
prudentie fidelis profeſſio eſt.

Iſta eſt diſtinctio nona. In qua
mgr̄ poſtq̄ȝ egit de natura cōicata per generationē:
tractat de coeternitate genitoris ⁊ geniti. Et tria fa
cit. Nam primo oſtendit patris ⁊ filij coeternitatem
Secūdo ſoluit inſtantie difficultatē Tertio diſſoluit
incidentis queſtionis ambiguitatem. Primū agit a
ꝑncipio diſtinctionis vſqꝫ ibi. Sȝ queris a me inquit
Ambro. Scđm facit ab inde vſqꝫ ibi. Hic queri pōt
Tertiū ab inde vſqꝫ ad finē diſtinctionis. Et hec eſt
ſnīa mgr̄i in hac diſtinctione in generali. In ſpeciali
ſnīa mgr̄i ſtat in tribus ꝓpoſitionibus. quarū ꝑma
eſt hec. Dei filius ab eterno a patre genitus eſt im-
pliciter patri coeternus. Et probat̄ ſic. Illud ē deo
coeternū ſine quo deus nunq̄ȝ fuit nec eſſe potuit: ſȝ
hic eſt filius genitus a patre. igitur ipē eſt patri coe-
ternus. Argumentum videtur valere: ⁊ maior ē ve
ra. Sed minorem probans mgr̄ in littera proponit.
ꝑmo ꝙ tres perſone in diuinis idem ſunt in natura.
ſed diſtincte in ꝑſonalitate. Unde infert ꝙ licet fil'
ſit alius a patre: cum ſit ab eo genitus. non tamen
ante fuit pater q̄ȝ filius: cum perſone diuine ſint ſibi
inuicem coeterne Poſtea excludit errorem alicuius
Arrij dicentis: ꝙ ſi filius natus eſſet ꝑncipium ha-
beret. ⁊ per conſequens eternus non exiſteret. Hūc
errorem excludit ꝑ autoritatem Auguſtini dicentis
Si filius non eſſet coeternus patri: pater fuiſſet ali-
quando ſine ſapientia: eo ꝙ filius ſit ſapientia p̄ris
Uel pater fuiſſet aliquando ſine filio. ⁊ poſtea habu
iſſet filium: que ſtare non poſſunt Relinquitur ergo
propoſitio vera. Secūda ꝓpoſitio eſt hec. Filij eter
na generatio eſt ineffabilis. Et probat̄ ſic. Illud eſt
ineffabile quod omnem ſenſum ſuperat. non ſolum
hominū ſed ⁊ angelorū. ſed eterna generatio filij a
patre eſt huiuſmodi. igit̄ ipſa eſt ineffabilis. Tenet
argumentum ⁊ maior: ſed minor patet in textu. vbi
magiſter diuerſis autoritatibus ſanctorum inſinuat
ꝙ patrem non eſſe priorem filio omnem intellectum
creature excellit. Quis quidam male ꝑſumāt ipſum
poſſe ꝑ intellectum creatum comprehendi. Tertia
ꝓpoſitio eſt hec. Filius in diuinis congruentius di-
citur ſemper natus q̄ȝ naſci. Et probatur ſic. Illud
eſt de generatione filij in diuinis potius affirmādū
quod ꝑfectionem ſine imꝑfectione exprimit. q̄ȝ illud
quod imꝑfectionem de ſe non excludit. ſed filium ſꝑ
eſſe natum perfectionem ſine imꝑfectione exprimit.
Et filiū ſemper naſci de ſeipſo nō excludit imperfe-
ctionem: igitur potius eſt affirmandum ipm̄ ſemper
eſſe natum q̄ȝ ſemper naſci. Argumentum apparet
euidens. ⁊ maior ⁊ minor poſſunt haberi ex littera.
cuius tota ſententia poteſt ſtare in iſto: ꝙ expreſſio
generationis ꝑ verbum ꝑteriti perfecti temꝑis: cu-
iuſmodi eſt ly natus. denominat actum generatio-
nis tranſiſſe. ⁊ terminuȝ eius actualiter in completo
ſtare. Sed expreſſio generationis ꝑ verbum preſen
tis temꝑis: cuiuſmodi eſt ly naſcit̄. denomiat actum
generationis adhuc fieri. quod de ſe imꝑfectionem
non excludit. Et ꝑ ꝯñs ꝓpoſitio vera.

Hic de ſpūſancto agit̄. ⁊ prius ꝙ ſit amor patris ⁊ filij dicitur.

a

DI. X

Hnc poſt filij n eternitatem: de ſpūſancto quantum deo donante videre conceditur diſſeramus. Spūſſanctus amor eſt ſiue charitas ſiue dilectio patris ⁊ filij Vn̄ Augustinus in .xv. li. de trinita. ait. Spirituſſanctus nec patris eſt ſolius: nec filij eſt ſolius: ſed amboꝝ. ⁊ ideo cōmunē qua inuicem ſe diligunt pater ⁊ filius nobis inſinuat charitatem.

Augusti.

Q̄ ſpūſſanctus proprie dilectio dicatᷣ. ⁊ tñ trinitas ſit dilectio. b

Johannes autem in epiſtola canonica ait. De⁹ charitas eſt non dixit ſpūſſanctus charitas eſt. Quod ſi dixiſſet: abſolutior eſſet ſermo. ⁊ nō parua pars queſtionis deciſa. ſed quia dixit, de⁹ charitas eſt: incertū eſt. ⁊ ideo querendum eſt. vtruꝫ deus pater ſit charitas: an filius. an ſpūſſanctus: an de⁹ ipa trinitas: q: ⁊ ipa non tres dij: ſ; vnus eſt deus. Ad qd̓ Augu. in eodem libro ita dicit. Neſcio cur ſicut ſapia ⁊ pater dicitᷣ ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus: ⁊ ſimul omnes. non tres: ſed vna ſapientia: non ita ⁊ charitas dicatur pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus: ⁊ ſimul omnes vna charitas. Non ideo tamen quiſq̄ nos inconuenienter eſtimet charitatem appellare ſpūmſanctuꝫ. quia ⁊ deus pater ⁊ deus filius poteſt charitas nuncupari. ſicut ꝓpe verbum dei etiam ſapientia dei dicitᷣ. cum ⁊ pater ⁊ ſpirituſſanctus ſit ſapientia.

Reſpōſio.

Sicut verbū dei proprie dicitᷣ ſapientia. et tamen tota trinitas dicitur ſapia. ita et ſpūſſanctus proprie dicitur charitas. ⁊ tamen pater ⁊ filius ⁊ ſpirituſſanctus dicitur charitas. c

Si ergo ꝓprie aliquis hoꝝ trium charitas nuncupari debet: quis aptius q̄ ſpūſſanct⁹. vt. ſ. in illa ſumma ſimpliciq̄ natura non ſit aliud ſubſtantia ⁊ aliud charitas: ſed ſubſtantia ipa ſit charitas: ⁊ charitas ipa ſit ſubſtātia. ſiue in patre ſiue in filio. ſiue in ſpirituſancto ⁊ tamen ſpirituſſanct⁹ ꝓprie charitas nūcupatur. Ecce his verbis aperte dicit Auguſtinus: ꝙ in trinitate charitas aliquando refertur ad ſubſtantiam, que cōmunis eſt trium ꝑſonarum: ⁊ tota in ſingulis aliquando ſpecialiter ad ꝑſonam ſpūſſancti. ſicut ſapientia dei aliquando ꝓ ſubſtantia diuina. aliquādo ꝓ filio accipitᷣ. et hoc in multis fieri reperitur.

Exēplis firmat eadē nomina proprie ⁊ vniuerſaliter accipi. d

Pluribus enim exemplis doceri poteſt multa reruꝫ vocabula: ⁊ vniuerſaliter poni ⁊ ꝓprie q̄buſdam rebus adhiberi: ſicut legis noīe aliquādo ſimul omnia veteris inſtrumenti ſignificātur eloquia. aliquādo autem ꝓprie vocatᷣ lex que data eſt ꝑ Moyſen. Multa alia ſuppetunt exempla. ſed in re aperta vitanda eſt lōgitudo ſermonis. Sicut ergo vnicum dei verbum ꝓprie vocamus noīe ſapientie: cuꝫ ſit vniuerſaliter ⁊ ſpūſſanctus ⁊ pater ipſa ſapientia. Ita ſpirituſſanctus proprio vocabulo charitas nuncupatur: cū ſit pr̄ ⁊ filius vniuerſaliter charitas.

Autoritatē ponit ꝙ fili⁹ ꝓprie dicatur ſapientia. e

Sed dei verbum id eſt vnigenitus dei filius apte dictus eſt dei ſapientia: ore apoſtoli dicentis chriſtū dei ꝟtutem ⁊ dei ſapientiā. Spūs aūt ſanctus vbi ſit dict⁹ charitas: inuenim⁹. ſi diligenter Johānis apoſtoli eloquiū ſcrutemur: qui cum dixiſſet. Diligamus inuicē. q: ex deo eſt dilectio: adiunxit. Et oīs qui diligit: ex deo natus eſt: q: dilectio de⁹ eſt Hic manifeſtauit ſe dixiſſe eam dilectionꝫ eſſe deū quam dixit ex deo. Deus ergo ex deo eſt dilectio ſed q: ⁊ filius ex deo patre natus eſt. ⁊ ſpūſſanctus ex deo patre ꝓcedit: quem potius eoꝝ hic debeamus accipere dictū eſſe dilectionē: merito queritur Pater enī ſolus ita de⁹ eſt vt nō ſit ex deo ⁊ ideo dilectio q̄ ita deus eſt vt ex deo ſit: non ipe pater eſt: ſed aut filius aut ſpūſſanctus. Sed in ꝯſequentib⁹ cum dei dilectionem cōmemoraſſet Johānes: qua dilexit nos. ⁊ hinc hortatus eſſet: vt nos inuicem diligamus: atq̄ ita deus in nobis maneat q: vtiq̄ dilectionem deum dixerat: ſtatim volens de hac re apertius aliq̄d eloq̄: inq̄t In hoc cognoſcimus q: in ipo manemus ⁊ ipe in nob. q: de ſuo ſpū dedit nob. Spiritus itaq̄ ſanctus de quo dedit nobis: facit nos in deo manere: ⁊ ipm in nobis. hoc

De ſpūſancto teſtimoniuꝫ q̄rit et inuenit vbi dicatᷣ eſſe charitas.

aūt facit dilectio. Jpſe eſt ğ deus dilectio Deus ğ ſpūſſanctus qui ꝓcedit ex deo: ſignificat̃ vbi legit̃. De⁹ dilectio eſt: ⁊ dilectio ex deo eſt. Ecce his verbis aperte dicit. Aug. ſpūmſanctum eſſe charitatez patris ⁊ filij: ⁊ intantū quoqꝫ ſmonem ꝓduxit: vt videat̃ dixiſſe ſpūmſanctum non ſolum eſſe dilectionem patris ⁊ filij qua ſe inuicem ⁊ nos diligunt. ſed etiam qua diligimus deum. Sed vtrum ipſe ſit charitas q̄ nos diligimus deū: in ſequēti explicabit̃.

Redit oſtendere qđ propoſuerat ſcz ꝙ ſpirituſſanctus ſit amor quo pater a filio ⁊ filius a patre diligitur. f

Nunc vero quod incepimus oſtendere curem⁹. ſ. ſpūmſanctum dilectionem eſſe ſiue amorē pr̄is ⁊ filij. quo. ſ. pater diligit filiū. ⁊ filius patrem

Hierony. De hoc Hiero. ſup. xiiij pſal. ait. Spūſſāctus nec pr̄ eſt nec filius ſed dilectio quam habet pr̄ in filiū. ⁊ fili⁹ in pr̄em. Augu. qꝫ in vj. li. de trini. ait. Jn omnibus equalis eſt patri filius. ⁊ eſt vnius eiuſdemqꝫ ſubſtātie. Quapropter etiam ſpirituſſanctus i eadē vnitate ſubſtātie ⁊ equalitate ꝯſiſtit.

Quid ſit ſpirituſſanctus hic aperitur. g

Siue enim ſit vnitas amboꝝ: ſiue ſanctitas: ſiue charitas manifeſtū eſt ꝙ nō aliquis duoꝝ eſt quo vterqꝫ coniungit̃: quo genitus a gignente diligat̃. genitorēqꝫ ſuū diligat. ſintqꝫ non ꝑticipatōe: ſ; eſſentia ſua. neqꝫ dono ſupioris alicui⁹: ſ; ꝓprio ſuo ſeruantes vnitatez ſpūs in vinculo pacis. Ecce h habes ſpiritumſanctū eſſe quo filius diligit̃ a patre. ⁊ pater a filio: ⁊ quo illi duo ſeruant vnitatē pacis. Spūs ğ ſanctus. vt ait Aug. in codez. cōmune eſt aliquid patris ⁊ filij: quicqđ illud eſt. At ipa cōmunio conſubſtantialis ⁊ coeterna eſt. que ſi amicicia conuenienter dici poteſt: dicat̃. ſed aptius dicit̃ charitas: ⁊ hec quoqꝫ ſubſtantia: qꝛ deus ſubſtantia eſt: ⁊ deus charitas eſt. Tria ğ ſunt ⁊ non amplius vnus diligens eū qui de illo eſt. ⁊ vnus diligens eum de quo eſt ⁊ ipa dilectio. Que ſi nihil eſt: quō de⁹ dilectio eſt? Si non eſt ſubſtantia: quomodo deus ſubſtantia eſt?

Q ſpūſſanctus ſicut cōmunis eſt pr̄i ⁊ filio. ita cōmune nomen habet proprium. h

Hic notandum eſt ꝙ ſicut ſpūſſanctus in trinitate ſpecialiter dr̄ charitas que eſt patris ⁊ filij vnio. ita ⁊ nomē tenet ꝓprie. qđ patri ⁊ filio cōmuniter quodāmodo cōgruit. Unde Augu. in xv. li. de trini. Si charitas inquit qua pat̃ diligit filium: ⁊ patrem diligit filius ineffabilem cōmunionem demōſtrat amboꝝ quid cōuenientius qꝫ vt ille ꝓprie dicatur charitas: q ſpūs eſt cōis ambobus. Hoc eñ ſanius credit̃ ⁊ intelligit̃: vt nō ſolum ſpūſſanct⁹ charitas ſit in illa trinitate. Sz non fruſtra ꝓprie charitas nuncupet̃. ꝓpter illa que dicta ſunt. ſicut nō ſolus i illa trinitate vel ſpūs eſt vel ſanctus. qꝛ et pat̃ ſpūs: ⁊ filius ſpūs. et pater ſanct⁹. et filius ſanctus. ⁊ tñ ipſe non fruſtra dicit̃ ſpūſſanctus. Qui eñ eſt cōmunis ambob⁹. id vocatur ipe ꝓpe quod ambo cōmunit̃. Alioqn ſi in illa trinitate ſolus ſpūſſanct⁹ ē charitas. ꝑfecto ⁊ filius non ſolius pr̄is: ſ; etiam ſpūſſancti filius inuenitur. Ait eñ apoſtolus de deo patre. Tranſtulit nos in regnum filij charitatis ſue Si ğ nō eſt in iſta trinitate charitas dei niſi ſpūſſanct⁹: filius eſt etiā ſpūſſancti. Sz qꝛ h abſurdiſſimum eſt: reſtat vt nō ſol⁹ ibi ſit charitas ſpūſſanctus: ſed propter iſta de quibus ſatis diſſerui proprie ſic vocatur. Auguſti.

Iſta eſt diſtinctio decima Jn qua mgr̄ poſtqꝫ egit de generatione filij a patre: incipit agere de ꝓceſſione ſpūſſancti ab vtroqꝫ. ſ. a patre ⁊ filio. Et circa hoc tria facit Primo eñ oſtendit ſpūmſanctum amorē eſſe pr̄is ⁊ filij. ⁊ ꝑ cōſequēs ꝓcedere ꝑ modum voluntatis. Scđo ſubiūgit ꝙ amor conuenienter appropriat̃ ꝑſone ſpūſſancti. Tertio cōcludit ꝙ etiam ſpūſſanctus ꝯuenienter nominat̃ nomīe cōi. ſ. conuenienti tam pr̄i qꝫ filio. quoꝝ ꝗlibet eſt et pōt dici ſpūſſanctus. Primū facit a principio diſtinctionis vſqꝫ ibi. Hic manifeſtauit ſe dixiſſe. Secūdū ſubiungit ab inde vſqꝫ ibi. Hic notandū eſt. Tertiuz ſubiūgit ab inde vſqꝫ ad finē diſtinctiōis. Et hec eſt ſententia mgr̄i in hac diſtinctiōe in generali. Jn ſpeciali ſentētia mgr̄i ſtat in tribus ꝓpoſitionib⁹: quarum ꝓma eſt hec. Charitas ſeu amor eſſential' ſpūiſancto appropriatus: eſt cōmunis toti trinitati. Et ꝓbat̃ ſic. Sicut ſe habet ſapientia ad totā trinitatē ⁊ ad filium. ita ſe habet amor ad trinitatē ⁊ ad ſpūmſanctum ſed ſapientia eſſentialit̃ dicta conuenit toti trinitati: ⁊ tamen appropriat̃ filio. igit̃ charitas ſeu amor pōt cōuenire toti trinitati. ⁊ tñ approꝑari ſpirituiſancto vt aſtruit ꝓpoſitio. Argumentū patet ⁊ maior. ſed minorem ꝓbās mgr̄ in textu ꝓponit primo ꝙ ſpūſſanctus ſit amor vel dilectio patris ⁊ filij quod ꝓbat autoritate. be. Auguſtini. xiiij. de trini. dicentis. ꝙ ſpūſſanctus nec patris eſt ſolius nec filij

est ſolius:ſed ambox. Et ideo cõmune quo inuicem ſe diligunt pater ⁊ filius nobis inſinuat charitatem Poſtea remouet mgr̄ quandã dubitationē exortam ex dicto .xiiij.c. p̄me canonice ſue vbi dicit. Deꝰ charitas eſt. Di. aliq̄s: ſi ſpūſſctūs eſt amor ſiue dilectio ⁊ charitas: cur tunc Johannes nõ dixit: Spūſſctūs charitas eſt: ſed dixit. Deꝰ charitas eſt: relinquens nob̄ ſub dubio: an intendat ibi de tota trinitate loq̄ aut de aliq̄ pſona in ſpāli? Ad qḋ rñdet mgr̄ ꝙ charitas dilectio ſeu amor licet ſit cõis toti trinitati. tñ q̄ñqꝫ appropriat̄ pſone ſpūſſancti: ſicut etiam ſapia cõmunis eſt oībus pſonis: tñ ſpecialiter appropriat̄ filio. Etiam ꝙuis nomen legis cõe ſit toti veteri teſtamēto: appropriat̄ tñ legi Moyſi. Ex q̄bus ſimul ſumptis pꝫ ꝓpoſitionē eſſe verã. Scḋa ꝓpoſitio ē hec. Charitas ſeu amor pſonal̄ nulli alteri ꝓprie cõuenit ꝙ ſoliꝰ ſpūſſcti pſonalitati. Et ꝓbat̄ ſic. Illiꝰ ſolius pſonalitati ⁊ nulli alteri charitas ſiue amor pſonal̄ ꝓp̄e cõuenit: q̄ ſolus p modū dilectiõis procedit: ſꝫ talis ē ſpūſſctūs. igit̄ caritas ſeu amor pſonal̄ ſpūſſancto proprie ſoli conuenit Tenet conſequētia ⁊ maior: ſed minorē ꝓbans magiſter in textu inducit tale dubiū. Btūs Johan nes dicit in ſua canonica vbi ſupra. ꝙ dilectio ex deo eſt. Cū ergo tã filꝰ ꝙ ſpūſſctūs ſit ex deo: vnꝰ p natiuitatē alius p ꝓceſſionem. dubitat̄ quis illox dilectio vocat̄. Et reſpõdet ꝙ ſpūſſctūs: ⁊ hoc ꝓbat p textū ſequētē in eadē canonica: vbi poſtꝙ dixit. Dilectio que nos facit in deo manere in deo eſt: ſubiūgit. In hoc cognoſcimus ꝙ in deo manemꝰ ⁊ ip̄e in nobis: q: de ſpiritusſancto dedit nobis. Sanctus itaqꝫ ſpūs de quo dedit nobis: facit nos in deo manere Inſinuãs p hoc ſpūmſanctū facere illã dilectionē que eſt ex deo. Et iſta cõfirmat mgr̄ p autoritates ſanctox que patēt in lr̄a. igit̄ propoſitio vera. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Spūſſanctus rõne cõmunis originalis p̄ncipij eſt noīe ſpūſſanctꝰ noīatus nõ obſtante ꝙ illud nomē ſit cõmune oībus tribus pſonis. Et ꝓbat̄ ſic. Quodcūqꝫ cõiter ⁊ eq̄liter habet originē a duobus ꝯuenientiſſime noīatur nomine ꝯueniente ambobus. ſed ſpūſſanctꝰ habet cõmunem a patre ⁊ filio originem. igit̄ conuenienter habet denominationem eis cõmunem: vt p̄tendit ꝓpoſitio p̄dicta. Argumentū apparet clarū cum maiore: ſed minorē ꝓbat magiſter in littera autoritate beati Auguſtini. igitur ⁊c̄.

Ꝙ ſpiritusſanctus ꝓcedit a patre ⁊ filio. a

DI. XI.

b Hic dicendum eſt ſpūmſanctum a patre eſſe et filio: ⁊ ꝓcedere a pr̄e ⁊ filio: qḋ multi heretici negauerūt. Ꝙ aūt de vtroqꝫ ꝓcedat: multis diuinorūꝫ eloquiox teſtimonijs cõꝓbat̄. Dicit eñ ap̄lus Miſit deus ſpm̄ filij ſui in corda vr̄a. Ecce hic dicitur ſpūs filij. Et alibi. Qui aūt ſpm̄ xp̄i nõ habet: hic non eſt eius. Ip̄e etiã filiꝰ de ſpūſancto dicit in euãgelio: Quē ego mittã vobis a pr̄e. Pr̄is aūt ſpūs dictꝰ eſt vbi legit̄: Si ſpūs eius qui ſuſcitauit xp̄um a mortuis habitat in vobis. Et ip̄e xp̄us dicit. Nõ eñ vos eſtis q̄ loquimini: ſꝫ ſpiritꝰ pr̄is vr̄i qui loquit̄. Et in alio loco. Queꝫ mittet pater in noīe meo Et alibi ip̄e filius de ſpūſctõ ait. De pr̄e ꝓcedit. His et alijs autoritatibus pluribꝰ oſtendit̄ ꝙ ſpūſſanctus a patre ⁊ filio ꝓcedit.

Ꝙ greci nõ concedūt ſpūmſanctū ꝓcedere a filio. b

Greci tamē dicunt ſpiritūſanctū ꝓcedere tm̄ a pr̄e ⁊ nõ a filio Qḋ iō dicūt: q: veritas in euãgelio fidē integrã ꝯtinēte: de ꝓceſſiōe ſpūs loquēs ſolū pr̄em cõmemorat dicens. Spūs q̄ a pr̄e ꝓcedit. Et etiã ideo: q: in p̄ncipalibꝰ cõcilijs q̄ apud eos celebrata ſunt: ita ſymbola eorū ſubiūctis anathematibꝰ ſancita ſunt: vt nulli de trinitatis fide aliud docere vel aliter p̄dicare ꝙ ibi ꝯtinet̄: liceat. In quibus q̄dē ſimbolis cū ſpūſſctūs ꝯmemoret̄ ꝓcedere a pr̄e ⁊ ñ a filio. Quicūqꝫ inq̄unt a filio eum ꝓcedere addunt: anathema incurrunt: vñ ⁊ nos arguūt anathematis reos. Addunt etiã ad aſſertionē ſue opinionis ⁊ in teſtimoniū nr̄e dãnationis de ſimbolo fidei: qḋ ſm̄ traditiōeꝫ p̄dictox cõciliox Leo tertiꝰ rome trãſſcriptū in tabula argētea poſt altare btī Pauli poſita poſteris reliq̄t ꝓ amore (vt ip̄e ait) ⁊ cautela fidei orthodoxe. In quo q̄dem ſimbolo i ꝓceſſione ſpūs ſolus cõmemorat̄ pr̄ his verbis. Et in ſpm̄ſanctū dñm ⁊ viuificatorem ex patre ꝓcedentē: cū patre ⁊ filio coadorandū ⁊ glorificandū ⁊c̄. Illud eſt ſimbolū qḋ in miſſa cantat̄ editū in Niceno cõcilio: in fine cuiꝰ ſubiunctum eſt. Qui aliud docuerit vel aliter p̄dicauerit: anathema ſit. Ideoqꝫ greci nos anathematizatos dicunt: q: dicimus ſpiritūſanctū a filio ꝓcedere: qḋ ibi nõ cõtinet̄. Quod eñ ſm̄ nos ibi dicitur: Qui a patre filioqꝫ ꝓcedit: alterū a latinis eſt additū ſcꝫ filioqꝫ.

Quare dicat̄. Prima cauſa.

Scḋa cauſa.

Tertia cauſa.

Reſponſio vbi determinant̄ predicta. c

Nos autē illa verba ita determinamꝰ. Qui aliud docuerit: vel aliter p̄dicauerit: vel ꝯtrariū docuerit: vl̄ ꝯtrario modo predicauerit: anathema ſit. Aliud ĝ poſuit ꝓ oppoſito qualiter et ap̄ls in ep̄la ad Gal̄. Si quis aliud euangelizauerit. i. ꝯtrariū anathema ſit. Non dicit: ſi quis addiderit. Nã ſi illud diceret: ſibi ip̄i (vt ait Augꝰ.) p̄iudicaret q̄ cupiebat venire ad quoſdam quibus ſcribebat: ſicut ad Theſſa. vt ſuppleret que illorū fidei deerãt Sed qui ſupplet qḋ minꝰ erat addit: nõ qḋ

ſnerat tollit. Qui aũt ꝑtergredit̄ fidei regulã: nõ incedit in via: ſꝫ recedit a via. Ad illud aũt qđ de euangelio opponunt: reſpondemus ita: qꝛ cũ dicat in eo veritas ſpũm ſanctũ a pr̄e ꝓcedere: nõ addit ſolo: ⁊ iõ etiam a ſe ꝓcedere non negat: ſed ideo patreꝫ tm̄ noiat: qꝛ ad eum ſolet referre etiã quod ipſius eſt: qꝛ ab illo habet.

Ꝙ greci in ſenſu nobiſcũ cõueniũt ⁊ ſi verbis differant. D

Sciendũ eſt tñ qđ greci ꝯfitent̄ ſpm̄ſctm̄ eſſe filij ſicut pr̄is: qꝛ ⁊ ap̄ls dicit. Spm̄ filij. Et veritas in euangelio: ſpm̄ veritatis. Sꝫ cũ nõ ſit aliud ſpiritũſctm̄ eſſe pr̄is vel filij: ꝙ̃ eſſe a pr̄e vel filio: etiã in h̄ in eãdē nobiſcũ fidei ſniam cõuenire vident̄: licet in ꝟbis diſſentiãt.

Autoritatib⁹ grecorum oſtẽdit ſpiritumſanctum procedere etiaꝫ a filio. E

Unde etiã quidaꝫ eorũ catholici doctores intelligẽtes vnam eandẽꝗ fore ſniam ꝑdictoꝝ ꝟboꝝ: quib⁹ dicit̄ ſpũſſanctus ꝓcedere a filio ⁊ eſſe filij: ꝓfeſſi ſunt ſpũmſanctũ etiã ꝓcedere a filio.

Athana. Uñ Athanaſius in ſimbolo fidei. Spũſſãctus a patre ⁊ filio: nõ factus: nec creatus nec genit⁹: ſed ꝓcedẽs. Ecce ſpiritũſanctũ

Didimus. apte dixit ꝓcedere a patre ⁊ filio. Didim⁹ etiam eoꝛuꝫ maximus doctoꝛ in li. de ſpiritu ſancto: ſpũmſanctũ a filio ꝓcedere dicit. Saluatoꝛ inq̄t qui eſt veritas. Nõ em̄ loq̄tur a ſemetip̄o. hoc ē nõ ſine me ⁊ ſine meo ⁊ patri arbitrio: quia inſepabilis eſt a me ⁊ a patris voluntate: qꝛ ex ſe nõ eſt: ſed ex patre ⁊ me eſt. Hoc em̄ ip̄m qđ ſubſiſtit et loquit̄: a patre ⁊ a me illi eſt. Itē. Spũſſãctus qui eſt ſpũs veritatis: ſpũſqꝫ ſapientie nõ põt audire a filio loquẽte que neſcit cum hoc ip̄m ſit quod ꝓfert̄ a filio. i. procedens deus de deo. Spũs veritatis procedens a veritate: conſolatoꝛ manãs ex cõſolatione. Nam Cyrillus ep̄us in ep̄la Ne-

Cyrillus. ſtoꝛio directa ait: Spũs intelligit̄ ꝑ ſe ſꝫm ꝙ ſpũs eſt. ⁊ non filius: ſed tñ nõ eſt alien⁹ ab eo. Spũs em̄ veritatis nominat̄: et ꝓfluit ab eo ſicut ex deo patre. Johãnes ꝗ̃ Chryſ. in omel. quadam de expoſitõe ſim-

Joh. Chry boli ſic ait. Iſte eſt ſpũs ꝓcedens de pr̄e ⁊ filio: q̄ diuidit dona ꝓpria ꝓut vult. Ideꝫ in alia omel. Credendũ eſt ſpũmſanctũ patris eſſe ⁊ filij. Iſtum ſpũmſanctuꝫ dicim⁹ patri ⁊ filio coequalem: ⁊ ꝓcedentē de patre ⁊ filio. Hoc credite: ne colloquia mala corrũpant bonos mores. Ecce a doctoꝛib⁹ grecoꝛũ aperta habemus teſtimonia: quibus ſpũſſanct⁹ a patre ⁊ filio ꝓcedere oſtēditur. Omnis ergo lingua ꝯfitea t̄ ſpm̄ſanctũ ꝓcedere a patre ⁊ filio.

Iſta ē diſtinctio vndecima. In q̄ mgr̄ poſtꝙ̃ egit de mõ quo ſpũſſanctus ꝓcedit: agit de ꝑncipio a quo ꝓcedit. Et tria circa hoc fac̄. Naꝫ p̄mo oſtendit q̄d circa hm̄oi principiũ latini ſentiãt. Scđo ſubdit in quo greci ab ip̄is diſcrepãt. Tertio ſubiũgit in quo greci ſimul ⁊ latini ꝯſentiãt. Primũ facit a ꝑncipio diſtinctiõis vſqꝫ ibi. Greci tñ dicunt. Scđm ab inde vſqꝫ ibi. Sciendũ tñ eſt. Tertiũ vero ab inde vſqꝫ ad finē diſtinctiõis. Et hec eſt ſententia mgr̄i in generali. In ſpẽali vero ſententia mgr̄i ſtat in tribus ꝓpoſitionib⁹ quarũ prima eſt. Ueritas approbat euangelij patrē ⁊ filiũ ſimul ꝓduxiſſe ſpiritũ ſanctũ. Que ꝓbat̄ ſic. Illud ſꝫm veritatē euangelicã debet teneri: qđ ip̄ſa approbat ex autoꝛitatib⁹ noui teſtamenti. Sed patrē ⁊ filiũ ſimul ſpiritũſanctuꝫ ꝓducere eſt hm̄oi: vel ip̄m ſpiritũſanctuꝫ ꝓduci ab vtroqꝫ qđ idem eſt: igitur ꝓpoſitio vera. Tenet argumentũ ⁊ maioꝛ ſed minorē ꝓbat magiſter in textu. Et primo quo ad hoc ꝙ filius ſpiritũſanctũ ꝓduxit: vñ dicit ſcriptura. Miſit de⁹ ſpiritũ filij in corda veſtra. ⁊ iterũ. Qui aũt ſpiritũ chriſti nõ habet: hic nõ eſt ei⁹. Preterea euãgeliũ Johis dicit. Paraclytus aũt ſpũſſctũs quē ego mittã vobis a pr̄e. Scđo ꝓbat idē quo ad hoc ꝙ etiam ſpũſſanctus ꝓcedit a patre. Uñ xp̄s ait in euãgelio. Nõ em̄ vos eſtis qui loquimini: ſed ſpũs pr̄is veſtri qui loquit̄ in vobis. Et alibi dicit. Quē mittet pater in noīe meo. ⁊ iterꝫ Qui a patre ꝓcedit. Scđa ꝓpoſitio eſt. Greci falſo motiuo inducti ſpm̄ſanctum a filio ꝓcedere negauerunt. Et ꝓbat̄ ſic. Illud verũ greci falſo motiuo negauerũt qđ negantes negãdi motiuũ male intellexerũt: ſed ſpũmſanctũ negare ꝓcedere a filio ē hm̄oi. igit̄ ꝓpoſitio vera. ſ. ꝙ greci falſo motiuo decepti negauerũt ſpiritũſanctũ a filio ꝓcedere. Argumentũ eſt apparens ⁊ maiorē ſuppono verã: ſed minorē ꝓducendo in textu ꝓponit primo erroꝛē grecoꝝ: qui eſt ꝙ ſpũſſanctus a filio nõ ꝓcedit. Qđ primo ꝓbãt ꝑ illud euãgelij Johis. xvj. Qui a patre ꝓcedit. Et idē cantat̄ in miſſa in ſimbolo fidei: vbi agit̄ de ꝓceſſione ſpũſſancti: ⁊ tñ nulla fit ibi mētio de filio: ⁊ qđ ibi loquit̄ de filio. hoc latini appoſuerũt: ꝓpter quã quidē opinionē greci dicunt nos anathematizatos: qꝛ Leo papa terti⁹ ſꝫm traditionē cõciliorũ apđ eos celebratoꝛũ: anathematizauit oēs aliud dicẽtes de trinitate ꝙ̃ in eoꝝ concilijs extitit determinatũ: qđ dicunt atteſtari tabulã argenteã rome retro altare ſancti Petri ⁊ Pauli poſitã. In qua poſt ſimbolum habet̄ in ea ſcriptũ. Qui aliud docuerit vel ꝑdicauerit: anathema ſit. Magiſter ꝟo nos ſaluando dicit. Nos aũt nõ dicimus aliud illi cõtrariũ ſꝫ ſolũ ſctoꝝ doctrinã explicam⁹. Etiã ꝙ xp̄s dicit ī euãgelio ſpiritũſanctũ a pr̄e ꝓcedere: nõ iõ hoc dicit ꝙ nõ ꝓcedit a filio: ſed moris ſui fuit ad pr̄em referre quicq̄d habuit. Et ideo qꝛ nõ dixit ſpiritũſanctũ a ſolo pr̄e ꝓcedere: nõ negat eũ etiam a ſe ꝓcedere. Ex quib⁹ patet ꝓpoſitionem eſſe veram. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Ex quo greci cõcedunt ſpiritũſanctũ eſſe ſpiritũ filij non ſenſu ſed verbis a nobis differũt. Iſtã ꝓpoſitionē expꝛ̄ſſe ponit magiſter in textu Athanaſiũ Didimũ, Cyrillum ⁊ Johanneꝫ Chryſ. qui fuerunt

doctores eoꝝ ſenſiſſe. qui oēs aperte dixerunt ſpm̄ſanctū a patre ꝓcedere ⁊ filio: vt patet ex eoꝝ auctoritatibus. igit̄ ꝓpoſitio vera.

Vtrꝫ ſpūſſctūs priꝰ vel pleniꝰ ꝓcedat a patre ꝙ̄ a filio. a

DI.XII. **Tez queritur**

cum ſpūſſanctꝰ a patre ꝓcedat ⁊ a filio: vtrū prius vel magis ꝓceſſerit a patre ꝙ̄ a filio: quod nitit̄ hereticus oſtendere ita dicens. Si ꝓceſſit vtiꝙ̄ ſpūſſctūs a patre: ꝓceſſit vtiꝙ̄ aut nato iam filio: aut nō nato filio. Si vo iā nato filio ꝓceſſit: añ natꝰ eſt filiꝰ ꝙ̄ ꝓceſſerit ſpūſſctūs. Preceſſit ḡ natiuitas filij ꝓceſſionē ſpūſſcti. Si aūt ꝓceſſit a p̄re non genito filio: añ ꝓceſſit ꝙ̄ filiꝰ genitus fuerit.

Argumentatio heretici.

Reſponſio Auguſtini ad id quod primo querebat̄. ſ. an priꝰ a p̄re ꝙ̄ a filio ꝓceſſerit. b

His ⁊ hmōi queſtionibus magis laborioſis ꝙ̄ fructuoſis reſpondet Augꝰ. in. xv. lib. de trini. dicens: In illa ſumma trinitate que deus eſt: interualla tempoꝝ nulla ſunt ꝑ que poſſet oſtēdi aut ſaltem requiri: vtrum ꝑ̄us de patre natus ſit filius: ⁊ poſtea de ambobus proceſſerit ſpūſſanctus. Nunqd̄ ḡ poſſumus q̄rere vtrum iam ꝓceſſerat de patre ſpiritꝰ ſanctus quando natus eſt filius: an nōduꝫ ꝓceſſerat: et illo nato de vtroꝙ̄ proceſſit. Nō poſſunt ꝓrſus ibi iſta queri: vbi nihil ex tempore inchoat̄: vt ex conſequenti ꝑficiatur in tēpore. Ideo qui pōt intelligere ſine tēpore generationē filij de patre: intelligat ſine tp̄e ꝓceſſionē ſpūſſancti de vtroꝙ̄. Ecce his verbis abſoluta eſt q̄ſtio illa qua querebat̄: vtruꝫ prius ꝓceſſerit ſpirituſſanctus a patre ꝙ̄ a filio.

Auguſti.

Hic agit̄ de eo quod ſcdo querebat̄. ſ. an pleniꝰ vel magis ꝓceſſerit a patre ꝙ̄ a filio c

Nūc tractāduꝫ eſt qd̄ ſecundo querebat̄. ſ. an pleniꝰ aut magis ꝓcedat ſpūſſctūs a patre ꝙ̄ a filio. Ad qd̄ dicimus: q2 ſicut nō añ ꝓcedit a patre ꝙ̄ a filio: ita non plenius vel magis procedit a patre ꝙ̄ a filio. Augꝰ. tamen in. xv. li. de trini. dicit: ꝙ ſpūſſctūs ꝑ̄ncipaliter ꝓcedit de patre. Non fruſtra inquit in hac trinitate non dicit̄ verbum dei niſi filius: nec donū dei: niſi ſpūſſanctus: nec de quo genitum eſt verbum: ⁊ de quo ꝓcedit ſpiritꝰ ſanctus ꝑ̄ncipaliter niſi deus pater. Ecce audiſtis q2 ſpirituſſanctꝰ ꝑ̄ncipaliter procedit a patre. Sed ne te hoc turbaret: ipſe continuo ex quo ſenſu dixerit apit dicens Ideo addidi ꝑ̄ncipalit̄: quia ⁊ de filio ſpirituſſanctus ꝓcedere reperit̄: ſed hoc ꝙ̄ illi pater dedit non iam exiſtenti: ⁊ nōdum habenti. Sed quicqd̄ vnigenito verbo dedit: gignendo dedit. Sic ergo eum genuit: vt etiam de illo donum cōmune ꝓcederet. ⁊ ſpūſſanctus ſpūs eſſet amboꝝ. Ecce expoſuit ip̄emet quō ſpūs principaliter ꝓcedat a patre: nō q2 prius vel magis ꝓcedat a patre ꝙ̄ a filio: ſed q2 cum ꝓcedat a filio: hoc ip̄m habet filius a patre.

Q2 Augꝰ. dicit ſpm̄ſanctū ꝓcedere a patre.

Ex quo ſenſu dixerit principalit̄ ꝓcedere a patre.

Ex eodem ſenſu etiam dicitur ſpirituſſanctus proprie procedere a patre. d

Ex eodeꝫ ſenſu etiam dicit̄ ꝓcedere ꝓprie de patre. Vñ Hiero. in expoſitiōe catholice fidei Niceniꝙ̄ ſimboli ait. Credimus in ſpūmſanctū q̄ de patre ꝓcedit ꝓprie. Item ſpūmſanctū verum deuꝫ inuenimus in ſcriptura: ⁊ de patre eſſe proprie. Et ita de patre filius ⁊ ſpirituſſanctus ꝓprie ⁊ vere de patre ꝓcedit Ecce apte dicit ſpūmſanctum ꝓprie eē de patre: ⁊ ꝓprie ꝓcedere a patre. Quod nō eſt ita intelligendū taꝙ̄ prius vel plenius a patre ꝓcedat ꝙ̄ a filio: ſ quia hoc habet pater a ſe non ab alio: vt de ip̄o ſit ⁊ procedat ſpirituſſanctus. Filius aūt nō a ſe: ſed a patre hoc habet: vt de ip̄o ſit ⁊ procedat ſpirituſſanctus.

Hiero.

Ex eodē ſenſu dicit̄ ſpirituſſanctꝰ eſſe ⁊ mitti a patre ꝑ filium. e

Forte etiam iuxta hanc intelligentiā dicit̄ ſpūſſanctus mitti ꝑ filium: ⁊ a patre eſſe ꝑ filium. Unde Hylariꝰ ad deum patrē de ſpūſancto ⁊ filio loquens in. xij. li. de trini. ait. In ſpirituſancto tuo ex te ꝑfecto ⁊ ꝑ eum miſſo. Itē añ tempora vnigenitus tuus ex te natus manet: ita ꝙ ex te ꝑ eum ſpūſſanctus tuus eſt quod ⁊ ſi ſenſu non ꝑcipiam: tamen teneo in ꝯſcientia. In ſpūalibus em̄ rebus tuis hebes ſum. Item in eodem. Cōſerua hanc oro fidei mee religionem: vt quod in regenerationis mee ſimbolo profeſſus ſuꝫ ſemper obtineam: te patrem ſcꝫ ⁊ filium tuum

Hylarius.

vna tecum adoꝛē: ſpiritūſanctum tuū qui
ex te per vnigenitum tuum eſt pꝛomerear
Ecce aperte dicit ſpiritūſanctū a patre ꝑ fi
lium: ⁊ mitti: ⁊ eſſe: quod non eſt intelligē/
dum quaſi a patre ꝑ filium minoꝛez mitta=
tur vel ſit. ſed qꝛ ex patre ⁊ filio eſt: ⁊ mitti
tur ab vtroqꝫ: ſed hoc ipm̄ habet filiꝰ a pa
tre: vt ab ipo ⁊ ſit ⁊ mittatur ſpūſſanctus.
Hylarius Hoc ḡ voluit ſignificare Hylariꝰ diſtincti
onē faciēs in locutione: vt oſtēderet in pa
tre eſſe autoꝛitatem. Inde eſt etiam ꝙ veri
tas oſtendens pr̄em eſſe autoꝛem ꝓceſſio=
nis qua ꝓcedit ſpūs a filio: dixit in euāge=
lio. De patre ꝓcedit cum de patre ⁊ filio ꝓ
Queſtio cur fi lıꝰ dixit de ſpū ſctō a patre ꝓ cedere cum ab vtroqꝫ ꝓcedat cedat ſpūſſanctus. Unde Augꝰ. in. xij. li.
de tri. querit. Si de patre ⁊ filio procedit
ſpūſſanctus: cur filius dixit: de patre ꝓce/
dit? Cur putas niſi qꝛ ſolet ad eum referre
etiam qđ ipius eſt. de quo ⁊ ipe eſt. ſic ait.
Mea doctrina non eſt mea: ſed eiꝰ qui mi
ſit me. Si ergo hic intelligit̄ eius doctrina
quam tamē non dixit ſuam ſ3 patris: quā/
to magis illic intelligendus eſt ſpūſſanctuſ
de ipſo procedere: vbi ſic ait: de patre pro=
cedit: vt non diceret: de me non procedit.
A quo autem habet filius: vt ſit deus: eſt
em̄ deus de deo: ab illo vtiqꝫ habet vt etiā
de illo ꝓcedat ſpūſſanctꝰ. Et ideo ſpūſſan/
ctus vt etiam de filio ꝓcedat: ſicut ꝓcedit
de patre: ab ipo habꝫ patre. Quapꝛopter
qui poteſt intelligere in eo quod ait filius.
Sicut habet pater vitam in ſemetipſo: ſic
dedit ⁊ filio vitam habere in ſemetipo: nō
ſine vita exiſtenti iam filio vitam patrē de
diſſe: ſed ita eum ſine tempoꝛe genuiſſe: vt
vita quam pater filio gignendo dedit coe=
terna ſit vite patris qui dedit. Intelligat
etiam ſicut habet pater in ſeipo: vt de illo
ꝓcedat ſpūſſanctꝰ ſic dediſſe filio: vt etiam
de iſto ꝓcedat idem ſpūſſanctus: ⁊ vtrūqꝫ
ſine tempoꝛe. Ita ergo dictum eſt ſpirituꝫ
ſanctum de patre pꝛocedere: vt intelligat̄
ꝙ etiam pꝛocedit de filio: de patre eſſe et fi/
lio. Si eniꝫ quicqđ habet: de patre habet
filius: de patre habet vtiqꝫ vt ⁊ de illo pꝛo
cedat ſpiritusſanctus: ſed nulla ibi tēpoꝛa
cogitant̄ que habeant pꝛius et poſterius:
quia ibi omnino nulla ſunt.

Iſta eſt diſtinctio duodecima In
qua magiſter poſtq̄ egit de p̄ncipio a quo ſpūſſctūs
ꝓcedit: agit de oꝛdine ꝓceſſionis eiꝰ. Et tria circa
hoc facit. Nam p̄mo excludit oꝛdinem tp̄m. Secun
do excludit oꝛdinem dignitatis. Tertio ponit oꝛdi=
nē naturalis oꝛiginis. Primū facit a p̄ncipio huius
diſtinctionis vſqꝫ ibi. Nunc tractandū eſt qđ ſecūdo
querebat̄. Scđm ab inde vſqꝫ ibi. Augꝰ tn̄. xv. lib.
de tri. Tertiū ab inde vſqꝫ ad finē diſtinctionis. Et
hec eſt ſentētia magiſtri in generali. In ſpēali ſentē=
tia mgr̄i ſtat in tribus pꝛopoſitionibꝰ: quarū pꝛima
eſt. Spūſſanctus duratione tēpoꝛis nec p̄us nec po
ſterius ꝓceſſit a patre q̄ a filio: nec ecōuerſo. Et ꝓ
bat̄ ſic. Ubi penitꝰ nullū īteruenit tēpus: ibi tēpoꝛis
duratione neqꝫ eſt pꝛiꝰ neqꝫ poſteriꝰ: ſ3 in ꝓceſſione
ſpūſſancti a pr̄e ⁊ filio nullū oīno interuenit tp̄us. igit̄
ſpūſſctūs nō ꝓcedit a pr̄e p̄us neqꝫ poſteriꝰ a filio.
neqꝫ ecōtra: ⁊ ꝑ ꝯn̄s ꝓpoſitio vera. Tenet ꝯn̄tia et
maioꝛ nota ē. Et minoꝛē mgr̄ exequens in lr̄a q̄rit.
An ſpūſſctūs p̄us aut magis ꝓcedat a pr̄e q̄ a filio
Et arguit ad q̄ſtionē ſic. Nā ſpiritusſanctꝰ ꝓcedit a
pr̄e. Uel ergo ꝓcedit iā nato filio: vel nondū nato fi
lio. ſi nato filio. igit̄ natiuitas filij p̄ceſſit proceſſionē
ſpiritusſancti. Si nōdum nato filio. igit̄ ꝓceſſio ſpi=
ritusſancti p̄ceſſit generationē filij. ⁊ ꝑ ꝯſequēs ſpiri
tusſanctꝰ p̄us ꝓceſſit a patre q̄ a filio. Huic q̄ſtioni
magiſter reſpōdet ꝑ remotionē tp̄is ab huiuſmōi mate=
ria: ita di. Hanc queſtionē in ꝓpoſito nō habere lo
cuꝫ: qꝛ in diuinis oīa ſunt eterna. igit̄ nullus pōt ibi
eſſe oꝛdo tp̄is vel p̄oꝛitatis duratiōis: qđ ꝓbat au=
toꝛitate Aug. in li. de tri. q̄ patet in textu. Scđa ꝓ=
poſitio eſt hec. Non maioꝛi ꝑfectione dignitatis nec
plenꝰ ſpiritusſanctꝰ ꝓcedit a pr̄e q̄ a filio. Hanc ꝓ
poſitionē mgr̄ ꝓbat in. ij. ca. huiꝰ diſtinctiōis q̄rēs.
Utrū ſpūſſctūs plenꝰ aut magis ꝑfecte procedat a
pr̄e q̄ a filio. Et rn̄det. Sicut nō an̄ ꝓcedit a patre
q̄ a filio. ita nō magis ꝓcedit nec plenꝰ procedit a
patre q̄ a filio. igit̄ pꝛopoſitio vera. Tertia ꝓpoſi=
tio eſt hec. Spūſſanctꝰ q̄ eque ꝑfecte ſimul a patre ⁊
filio pꝛocedit p̄ncipaliter ⁊ ꝓpꝛie a patre ꝑ filiū mit=
tit̄ autoꝛitatis oꝛiginatiōe. Que ꝓbat̄ ſic. Spūſſan
ctus ab illo p̄ncipalit̄ eſt ⁊ mittit̄ qui hoc hꝫ a ſe et a
nullo alio ꝙ ipm̄ mittit: ⁊ ꝙ ab ipſo ꝓcedat: ſ3 huiuſmōi
eſt ſolus pat̄. igit̄ ꝓpoſitio vera. Tenet argumentū
⁊ maioꝛ: ſed minoꝛē pꝛobat mgr̄ ī textu ꝑ multas au=
toꝛitates: q̄ vident̄ ſonare: ꝙ pat̄ plus habeat in ꝓ=
ceſſiōe q̄ filiꝰ: ⁊ ſpūſſanctus pꝛocedit a pr̄e ꝑ filium.
Quas auc̄tes mgr̄ dicit debere intelligi: nō ꝙ ſpūſ=
ſanctꝰ minus plene vel minus ꝑfecte procedit a filio
q̄ a patre: ſ3 ꝙ filius nō hꝫ hoc a ſeipſo ꝙ ſpūſſctūs
ab ipo pꝛocedat eque plene ⁊ ꝑfecte vt a patre: ſed
hoc habet a patre. igit̄ pꝛopoſitio vera.

Quare ſpūſſctūs cū ſit de ſubſtā=
tia patris nō dicat̄ genitꝰ vel filiꝰ
ſed tantū ꝓcedens.

a

p Oſt hec conſi= DI. XII.
rādum eſt q̄tum a talibus qua
les nos ſumus intelligi pōt: cuꝫ
ſpūſſanctus ꝓcedat de patre: ⁊ ſit de ſub̄a
patris: cur non dicatur eſſe natus: ſed po/
tius ꝓcedere: ⁊ cur non dicat̄ filius? Qua
re aūt ſpūſſanctus non dicat̄ vel ſit natus:
⁊ ideo non ſit filius Augꝰ. oſtendit in. xv. Auguſti.
li. de trinitate ita dicens: Si ſpiritusſanctꝰ
filius diceret̄ amboꝝ vtiqꝫ filius diceret̄.
quod abſurdiſſimum eſt. Filius q̄ppe nul=
lus eſt duoꝛuꝫ: niſi patris ⁊ matris. Abſit
autē vt inter deū patrē ⁊ deū filiū tale ali=
quid ſuſpicemur. Abſurdiſſime ḡ filius di
ceretur amboꝝ .i. patris ⁊ filij. Amboꝛum

eū filius diceretur: ſi eū ambo genuiſſent qđ abhorret oim̄ ſanctorū ſenſus. Non ḡ ab vtroq̄ eſt genitus: ſ; pcedit ab vtroq̄ amboꝝ ſpūs. His verbis oſtendit cur ſpirituſſanctus cum ſit de patre: nō tn̄ dicat genitus vel filius.

Cū ſpūſſanctus nō dicat genitus cur filius dicat pcedere. b

Auguſti.

Cū autē ſpūſſctūs non dicat genitus: ſed tantū pcedens: q̄ri ſolet cur filius non dicit tm̄ genitus: ſed et pcedens. Sicut ipſe in euangelio Johannis ait. Ego ex deo proceſſi vel exiui: et veni in mundū. Non ḡ tm̄ ſpūſſanctus pcedit a patre: ſed etiam filius. Ad quod dicimus q̄ cum vterq̄ pcedat a pr̄e: diſſimiliter tn̄. Nam ſpūſſanctus (vt ait Aug⁹. in v. li. de tri.) pcedit a patre: non quō natus ſed quō datus vel donum. Filius autē pceſſit naſcendo: exijt vt genitus. Ac p hoc illud eluceſcit vt pōt. ſ. cur ſpūſſanctus etiam nō ſit filius: cū ⁊ ipſe a pr̄e exeat. Jō. ſ. nō dicit filius: q: neq̄ nat⁹ eſt ſicut vnigenitus: neq̄ factus vt p dei grām in adoptionē naſceret ſicut nos.

Q̄ non pōt diſtingui a nobis inter generationem filij et pceſſionem ſpirituſſancti. c

Queſtio maximini.

Rn̄ſio Aug.

Q̄ pr̄ eſt auctor pceſſionis filiorum.

Inter generatiōez vo filij ⁊ pceſſionem ſpūſſancti: dū hic viuimus diſtinguere nō ſufficim⁹. Un̄ Aug Maximino pmiſſam q̄ſtionem refricāti. ſcʒ q̄renti cur ſpūſſanctus non diceret fili⁹ cum de patris eſſet ſuba: reſpōdens ſic ait Queris a me ſi de ſuba patris ē filius: de ſubſtantia patris eſt etiam ſpūſſanct⁹: cur vnus filius ſit. ⁊ alius non ſit filius? Ecce reſpondeo: ſiue capias ſiue nō capias. De patre eſt filius: de patre eſt ſpūſſanct⁹: ſed ille genitus eſt: iſte pcedens. Jdeo ille fili⁹ eſt patris de quo eſt genitus. Jſte aūt ſpiritus eſt vtriuſq̄: quoniā de vtroq̄ procedit: ſed ideo cū de illo loqueret ait. De patre pcedit: qm̄ pater pceſſiōis eius auctor eſt qui talē filium genuit: ⁊ gignendo ei dedit: vt etiam de ipō pcederet ſpūſſanctus Nā niſi pcederet etiā de ipō: nō diceret diſcipulis. Accipite ſpm̄ſctm̄: eūq̄ inſufflando daret: vt a ſe q̄ʒ pcedere ſignificās: apte oſtēderet flando: qđ ſpirādo dabat occulte Quia ḡ ſi naſceret: nō tm̄ de pr̄e: nec tm̄ de filio: ſ; de ambobus vtiq̄ naſceret: ſine dubio filius diceret amborū. Ac p hoc quia filius amboꝝ nullo mō eſſet: non oportuit naſci eū de ambob⁹. Amboꝝ eſt ḡ ſpūſſanctus pcedendo de ambobus.

Hic dicit q̄ non valet inter illa duo diſtinguere. d

Quid autem inter naſci ⁊ pcedere interſit: de illa excellentiſſima natura loquens explicare quis pōt? Non omne quod procedit naſcitur: q̄uis omne pcedat quod naſcitur. Sicut nō omne quod bipes eſt: homo eſt. q̄uis bipes ſit oīs qui hō eſt. Hoc ſcio: diſtinguere autē inter illam generationem: ⁊ hāc pceſſionem neſcio: non valeo: nō ſufficio: ac p hoc q: ⁊ illa ⁊ iſta eſt ineffabilis: ſicut propheta de filio loquens ait: Generationem eius quis enarrabit? Jta de ſpūſancto veriſſime dicit. proceſſionē eius quis enarrabit? Satis ſit ḡ nobis q: nō eſt a ſeipō fili⁹ ſ; ab illo de quo natus eſt: nō eſt a ſeipō ſpirituſſanct⁹: ſ; ab illo de quo procedit Et q: de vtroq̄ procedit: ſicut iam oſtendimus. De ſpūſancto quō ipſe de deo ſit: nec tn̄ ipſe filius ſit: qm̄ procedēdo nō naſcendo legitur eſſe de deo: iam ſupius q̄tum viſum eſt diſputauimus.

An ſpirituſſanctus debeat dici ingenitus. e

Nunc conſiderandum eſt cum ſpūſſanctus non ſit genitus: vtrum debeat dici ingenitus? Ad qđ dicimus ſpūmſanctū nec genitū nec ingenitū debere dici. Unđ Aug⁹. ad Oroſium ait. Spm̄ſanctum nec genitum nec ingenitum fides certa declarat: q: ſi dixerimus igenitum: duos pr̄es videbimur affirmare. Si aūt genitū duos credere filios culpamur. Sicut eū ſolus filius dicit genit⁹: ita ⁊ ſolus pr̄ dicit ingenitus: eo q̄ ab alio nō ſit. Unde Aug⁹. in xv. lib. de tri. Pater inq̄t ſolus non eſt de alio. Jdeo ſolus appellat ingenitus: non q̄dem in ſcripturis: ſ; in cōſuetudine diſputātiū: ⁊ de re tāta ſmonē q̄lem valuerint pferentiū. Filius autē de pr̄e natus eſt: ⁊ ſpūſſanct⁹ de pr̄e pncipaliter ⁊ cōmunit de vtroq̄ pcedit. Jdq̄ cuʒ ſpūmſanctū genitū nō dicamus: dicere tn̄ ingenitū non audem⁹. ne in hoc vocabulo vel duos pr̄es in illa trinitate: vel duos q̄

Auguſti.

Auguſti.

nō ſūt de alio quiſpiam ſuſpicef. Ecce his ṽbis apte oſtendit ſpm̄ſanctū nec genituȝ nec ingenitū debere dici.

Q hieronymus dicit ſpm̄ſanctū ingenitum. quod videtur p̄dictiſ aduerſari. f

Hieronym' tamē

Hiero.

in regulis diffinitionū contra hereticos dicit ſpū̄mſanctum ingenitum eſſe his ṽbis. Spūſſanctus pater non eſt: ſed ingenitus atqȝ infectus. Pater non eſt: q: patris eſt ⁊ in patre eſt: ꝓceſſionē hȝ ex patre: ⁊ non natiuitatē. Filius aūt non eſt: q: genit' nō eſt. Ecce his verbis dicif ſpūſſanctus eſſe ingenitus: qđ videtur aduerſari premiſſis verbis Auguſtini.

Determinatio ſm diuerſas acceptiones dicit eos locutos. g

Sed vt iſtam que

videtur repugnātiā de medio abigamus. Dicimus ꝙ Hiero. aliter accepit nomē ingeniti: ⁊ aliter Auguſtinus. Accepit enim Aug'. ingenitum qui vel quod de alio nō eſt: ⁊ ſm hoc de ſolo patre dicif. Hieronymus ṽo ingenitum dicit non genitum: et ſm hoc de ſpūſancto poteſt dici: cum ſpiritusſanctus non ſit genitus.

Ex verbis Hieronymi oſtendif: ex quo ſenſu dixit ſpūmſanctum ingenitum. h

Q autez hieronymus

ita acceperit: oſtenditur ex verbis ſuis quibus in eodē tractatu vtif faciens talem diuiſionem. Omne quod eſt: aut ingenitum eſt: aut genitum: aut factum. Eſt ğ quod nec natum eſt nec factum: ⁊ eſt qđ natum eſt: ⁊ factum non eſt: ⁊ eſt quod nec natum eſt nec factum eſt: ⁊ eſt quod factū eſt: ⁊ natum non eſt: ⁊ eſt quod factum eſt ⁊ natum eſt ⁊ renatum eſt: ⁊ eſt qđ factum eſt ⁊ natum eſt ⁊ renatum nō eſt. Nunc p̄poſitorū ſingulis rebus ſubſiſtentiam deſtinemus Quod ergo nec natum nec factū eſt: pater eſt: nō eīn ab aliquo eſt. Qđ aūt natū eſt: ⁊ factū non eſt: filius eſt: q̇ a patre genitus eſt nō factus. Qđ iteꝝ nec factum nec natū eſt: ſpūſſanct' eſt: qui a patre ꝓcedit. Qđ etiā factū ē ⁊ natū nō eſt: celum et terra ceteraqȝ inſenſibilia ſunt. Qđ aūt factum ⁊ natū ⁊ renatū eſt: hō eſt. Qđ vero factum eſt ⁊ natum eſt: ⁊ renatum non eſt. animalia ſunt. Ecce his ṽbis oſtendit Hieronymus ſe ingenitum accipe non genitū. Aliter enim nō eſſet premiſſa diuiſio vera. ſcȝ omne quod eſt aut ingenitū eſt: aut genitum: aut factum. Atqȝ in diuiſionis huius ꝓſecutione: in aſſignatiōe ingeniti vbiqȝ ponit non natū.

Diuiſio hec notanda eſt diligenter.

Hec eſt diſtinctio tredecima. In qua mgr̄ poſtq̄ egit de mō p̄ncipio ⁊ ordine ꝓceſſionis ſpūſſancti: agit de dr̄a ꝓceſſionis ⁊ generatiōis in diuinis. Et tria circa hoc facit. Nam p̄mo oñdit ꝙ ſpūſſanct' nō ꝓcedit a pr̄e et filio vt eoꝝ fili'. Secundo ſubdit diuerſitatē inter generationē ⁊ ꝓceſſionē. Tertio ſubiūgit ꝙ ſpūſſanct' non debeat dici genitus. Primū facit a p̄ncipio diſtinctōis vſqȝ ibi. Cū aūt ſpūſſā. Scđm ab inde vſqȝ ibi. Nūc ꝯſiderādum eſt. Tertiū vſqȝ ad finē diſtinctiōis. Et hec eſt ſentētia mgr̄i in generali. In ſpēali ṽo in hac diſtinctione ſnīa mgr̄i ſtat in tribus ꝓpoſitionib': quarū p̄ma eſt. Spūſſanctus ꝓcedēs ſif a pr̄e ⁊ filio nullatenus illoꝝ filius ē dicendus. Et ꝓbaf ſic. Illud a nullo catholico eſt dicendū ad qđ ſequeref tanta abſurditas. ſ. inter deuȝ aliq̇d naſci a duobus vt a patre ⁊ matre: ſed hoc ſequeref ſi ſpūſſanctus fili' patris ⁊ filij diceref: igitur hoc nō eſt dicendū. Tenet ꝯſequētia ⁊ maior: ſed minorem ꝓbat mgr̄ in textu ꝑ autoritatem beati Auguſtini qua rn̄det ad iſtam q̇ſtionem. ſ. Cur ſpūſſanctus non dicif eſſe natus vl' filius: cum tn̄ ꝓcedat de ſubſtantia pr̄is ita bn̄ ſicut filius. Reſpondendo dicit ꝙ ſi ſpūſſanctus filius diceref: amboꝝ vtiqȝ filius diceretur. Filius q̇ppe nullus eſt duorū: niſi patris ⁊ matris. Abſit aūt vt inf deum patrem ⁊ inter deum filium tale aliq̇d ſuſpicemur. Amborū eīn fili' diceretur: ſi ambo eū genuiſſent: qđ abhorret oīm ſanctorū ſenſus. Scđa ꝓpoſitio eſt hec. Modus quo filius ꝓcedit a ſolo patre diſtinguif a modo quo ſpūſſanctus ꝓcedit ab vtroqȝ. Iſtā ꝓpoſitionē ꝓbans mgr̄ in lr̄a querit. Cum filius non tm̄ dicif genitus: ſed etiā ꝓcedens. Unde Ioh. viij. dr̄ in pſona filij. Ego a pr̄e ꝓceſſi: quare ſpūſſanctus dicif tm̄ ꝓcedens ⁊ nō genitus. Ad qđ rn̄dens dicit: ꝙ licet vterqȝ ipoꝝ tam filius q̄ ſpūſſanctus ꝓcedit a patre: hoc tn̄ eſt diuerſimode. Nā filius ꝓcedit ꝑ modum nature: ⁊ ideo dicitur ⁊ genitus ⁊ ꝓcedens: q: omne qđ generaf: ꝓcedit: ſȝ non ecōtra. Spūſſanctus ṽo ꝓcedit ꝑ moduȝ volūtatis ſicut datus ⁊ nō natus. Cū ergo nō omne qđ donatur ab aliquo naſcif ab ipo: ideo ſpūſſanctus dicitur tm̄ ꝓcedēs ⁊ nō natus. Aliā rōem diuerſitatis filij ⁊ ſpūſſancti aſſignat que eſt. ꝙ filius procedit a ſolo patre: ⁊ ſpūſſanct' ab vtroqȝ. ſ. patre ⁊ filio. Et addit etiam ꝙ creatura nō ſufficit ad ſignificandum ꝑfectam differentiā generatiōis ⁊ ꝓceſſiōis: q: vtraqȝ ineffabil' eſt. Tertia ꝓpoſitio ē hec. Nō ē catholice ꝯcedendū ſpm̄ſanctū eſſe genitū vl' ipm̄ eſſe ingenitū. Et ꝓbaf ſic. Illud nō eſt ꝯcedenduȝ catholice quo ꝯceſſo ſequeref aut duos eē pr̄es: aut duos eſſe filios in diuinis fore ꝯcedendum: ſed hoc eſt ſpiritū ſanctū eſſe genitum vel eſſe ingenitū. igif nō eſt concedendū. Tenet argumentū ⁊ maior: ſed mgr̄ minorem probans in textu querit. Cum ſpūſſanct' nō ſit genitus: an debeat dici ingenitus? Et reſpōdet autoritate beati Auguſtini: ꝙ nec genitus nec ingenitus dici debeat. Nō ingenit': ne duo pr̄es in diuinis eſſe videanf: q: ingenit' ſm ꝯſuetudinē diſputātiuȝ

accipit̃ ſolum ꝓ ꝑſona p̃ris. Genit⁹ vo dici non dꝫ
eo ꝙ natus nõ ſit. Contra qđ replicat ꝑ autoritatē
beati Hiero. dicentis ſpũmſanctũ ingenitũ poſſe di-
ci. Et reſpondet ꝙ ingenitum aliter ſumit̃ a btõ Hie
ro. ⁊ alit̃ a btõ Augu. Nam b. Aug⁹. accipit inge-
nitũ ꝓut ingenitum dicit ens non ab alio: ⁊ ſic con-
uenit ſoli patri ⁊ nõ ſpũiſancto. Btũs aũt Hiero. ac
cipit ingenitũ ꝓut dicit ens ab alio nõ ꝑ generatõez
⁊ ſic ſolũ ꝯuenit ſpũiſancto. Et ꝙ ſic accipiat. b. Hie
ro. ingenitũ ꝓbat ꝑ aliaꝫ autoritatē ei⁹ quã recitat
in vltimo capitulo. igit̃. ⁊c̃.

Q gemina eſt proceſſio ſpiritusſancti. a

DI.XIIII. Preterea dili

p genter annotãdũ eſt ꝙ gemi-
na eſt ꝓceſſio ſpũſſcti: eterna
videlicet q̃ ineffabilis eſt: qua
a patre ⁊ filio eternaliter ⁊ ſine tp̃e ꝓceſſit:
⁊ tp̃alis qua a patre ⁊ filio ad ſanctificãdã
creaturã ꝓcedit. Et ſicut ab eterno cõmu
niter ac ſimul ꝓcedit a patre ⁊ filio: ita ⁊ in
tp̃e cõmunit̃ ⁊ ſimul ab vtroq; ꝓcedit ad
creaturam: nõ diuiſim a patre in filium: et
Augusti. a filio ad creaturã. Unde Aug⁹. in. xv. li.
de trini. ait. Spũſſanctus nõ de patre pro
cedit in filiũ: ⁊ de filio ꝓcedit ad ſanctificã
dam creaturã: ſed ſimul de vtroq; ꝓcedit.
Quis hoc filio pater dederit: vt ſicut de ſe
ita etiam de illo ꝓcedat.

De temporali ꝓceſſione ſpecialiter agitur. b

De temporali aũt
ꝓceſſione Beda in omelia dñice ꝑme poſt
aſcenſionem ita loquitur. Cũ gratia ſpũſ-
ſancti datur hominib⁹: profecto mittit̃ ſpi
ritus a patre: mittit̃ ⁊ a filio: ꝓcedit a p̃re.
ꝓcedit ⁊ a filio: quia et eius miſſio eſt ipſa
ꝓceſſio. His verbis apte oſtẽdit donatio
nem gratie ſpũſſancti dici ꝓceſſionem vel
miſſionem eiuſdem. Sed cum donatio vel
datio non ſit niſi tempalis: cõſtat q: et hec
ꝓceſſio ſiue miſſio temporalis eſt. Hãc q̃ꝫ
temporalem ſpũſſancti ꝓceſſioneꝫ Aug⁹.
in. xv. li. de trini. inſinuat dicens ſpiritum
ſanctum ꝓceſſiſſe a xp̃o quãdo poſt reſur-
rectioneꝫ inſufflauit in diſcipulos his ver
bis. Cum reſurrexiſſet chriſtus a mortuis
⁊ apparuiſſet diſcipulis: inſufflauit et ait.
Accipite ſpiritũſanctum: vt etiam eum de
ſe ꝓcedere oſtenderet: ⁊ ip̃e eſt virtus que
de illo exibat: vt legit̃ in euangelio: ⁊ ſana
bat omnes. Et vt oſtenderet hanc ꝓceſſio-
nē ſpũſſancti nõ eſſe aliud q̃ꝫ donationem
vel dationē ipſi⁹ ſpũſſancti: addidit Poſt
reſurrectionē dñs Jeſus bis dedit ſpiritũ
ſanctũ: ſemel in terra ꝓpter dilectionē p̃xi
mi: ⁊ iteꝝ de celo ꝓpter dilectionē dei: q̃a
ꝑ ip̃m donũ diffundit̃ charitas in cordib⁹
nr̃is: qua diligim⁹ deũ ⁊ p̃ximũ.

Q aliqui dicũt ip̃m ſpũmſanctuꝫ nõ dari ſed dona eius. c

Sunt autẽ aliqui
qui dicunt ſpm̃ſanctum ip̃um deũ non da
ri: ſed dona eius: que nõ ſũt ip̃e ſpũs: ⁊ vt
aiũt: ſpũſſanctus dicit̃ dari: cũ gratia ei⁹.
que tñ nõ eſt ip̃e: dat̃ hominib⁹: ⁊ hoc di-
cunt Bedam ſenſiſſe in ſupioribus verbis
q̃bus dicit ſpũmſanctum ꝓcedere cũ ip̃i⁹
gratia dat̃ hominib⁹: tanq̃ꝫ nõ ip̃emet det̃
ſed gratia eius. Sed ꝙ ipſe ſpũſſanct⁹ qui
deus eſt ⁊ tertia in trinitate ꝑſona det̃: ap Q ipſe ſpũſſã
te dicit Aug⁹. in. xv. li. de trini. ita dicens. ctus q̃ de⁹ eſt
Eundem ſpm̃ſanctũ datum cũ inſufflaſſet dat̃ ⁊ mittit̃.
Jeſus: de quo mox ait. Jte baptizate oẽs
gentes in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpũſſãcti:
ambigere non debemus. Jp̃e eſt ergo qui
etiam de celo datus eſt die penthecoſtes.
Quõ g̃ deus non eſt q̃ dat ſpũmſanctum.
imo quantus eſt deus qui dat deuꝫ. Ecce
his verbis apte dicit ſpũmſanctum ipſum
ſcꝫ deum dari hoĩbus a patre ⁊ a filio. Et
ꝙ ip̃e ſpũſſanctus qui deus eſt ac tertia in
trinitate ꝑſona nobis detur: noſtriſq; ĩfun
datur atq; illabat̃ mentibus apte oſtendit
Ambro. in. j. li. de ſpũſancto dicens. Licet Ambroſi⁹.
multi dicant̃ ſpũs: quia legit̃. Qui fac̃ an
gelos ſuos ſpũs: vnus eſt tñ dei ſpũs. Jp-
ſum g̃ vnum ſpũm et apoſtoli et prophete
ſunt cõſecuti: ſicut etiam vas electionis di
cit: q: vnum ſpũm potauimus: q̃ſi euꝫ qui
non queat ſcindi: ſed infundatur animis: ⁊
ſenſibus illabat̃: vt ſecularis ſitis reſtrin-
gat ardorē: qui ſpũſſanctus nõ eſt de ſub-
ſtantia rerũ corpaliũ: nec de ſubſtãtia inui
ſibiliũ creaturarũ. His verbis apte dicit
ſpiritũſanctũ ip̃m qui creatura nõ eſt: ĩfun
di mentibus noſtris. Jtem in eodeꝫ. Oĩs
creatura mutabilis eſt: ſed non mutabilis
ſpũſſanct⁹. Quid aũt dicere dubitē: q: da-
tus ē ⁊ ſpũſſctũs: cũ ſcriptum ſit: Caritas
dei diffuſa eſt in cordib⁹ nr̃is ꝑ ſpm̃ſanctũ
q̃ datus eſt nobis Qui cũ ſit inacceſſibilis
natura: receptibilis tamen ꝓpter bonita-
tem ſuam nobis eſt complens virtute om-
nia: ſꝫ q̃ ſolis ꝑticipet̃ iuſtis: ſimplex ſuba
opulens virtutib⁹: vnicuiq; p̃ñs: diuidẽs
de ſuo ſingulis ⁊ vbiq; totus. Jn circũſcri

ptus ḡ ⁊ infinitus ſpūſſctūs qui diſcipulo
rum ſenſus ſepatoꝝ infudit: quē nihil po
teſt fallere. Angeli ad paucos mittebaꝫ:
ſpūſſanct⁹ autē ꝑꝉ'is infundebaꝫ. Quis ḡ
dubitet quin diuinū ſit qđ infundiꝫ ſimul
plurib⁹ nec videꝫ. Unus eſt ſpūſſanctus
qui dat⁹ eſt oībus: licet ſepatis apꝉ'is. Et
hic apte dicit Amb. ꝙ ſpūſſanctus qui eſt
ſuba ſimplex cū ſit vn⁹ daꝫ plurib⁹. Alia
ꝗ autoꝛitate hoc idē aſtruiꝫ. ſ. ꝙ ſpūſſan-
ctus q̄ eſt equalis filio hominibus daꝫ. Ait
enī Aug⁹. de verbis apoſtoli ſic. Caritas
dei diffuſa eſt in coꝛdibus nr̄is ꝑ ſpūmſan
ctum qui datus eſt nobis. A quo datur?
Ab illo qui dedit dona hoībus. Que do-
na? Spūmſanctū: qui tale dat donū qualis
eſt ipſe. Magna eſt miſcdia ei⁹: donū dat
ſibi equale: qꝛ donū eius ſpūſſanctus eſt.
Premiſſis ⁊ alijs pluribus autoꝛitatibus
apte monſtraꝫ ꝙ ſpūſſctūs equalis pr̄i ⁊ fi
lio nobis daꝫ: nec ideo tn̄ minoꝛ eſt patre ⁊
filio. Un̄ Aug⁹. in. iiij. li. de tri. ait: Nō iō
inquit minoꝛē ſpūmſanctū: qꝛ ⁊ eū pater mi
ſit ⁊ filius arbitrandū eſt.

Auguſti.

An viri ſci ⁊ eccꝉ'ie p̄lati debēt vel
dare poſſint ſpūmſanctuꝫ. ꝙ non
dant hic oſtendit deus. d

Hic queritur vtrū
⁊ viri ſancti dent vel poſſint dare alijs ſpi-
ritūſanctū. Quē ſi alijs dant: cū ei⁹ dona-
tio ſupꝛa ſit dicta ꝓceſſio: videꝫ ab eis ꝓ-
cedere ſpūſſanctus vel mitti. Sꝫ creatoꝛ a
creatura non mittiꝫ vel ꝓcedit. Reſtat er
go vt ſpūmſanctū ipi nō dent nec poſſint da
re. Unde Aug⁹. in. xv. li. de trini. Non ali
q̄s diſcipuloꝝ xp̄i dedit ſpūmſanctū. Oꝛa-
bant quippe vt veniret in eos quibus ma/
num imponebant: nō ipi eū dabant. Quē
moꝛem in ſuis p̄poſitis etiam nunc ſeruat
eccleſia. Deniqꝫ ⁊ Simon magus offerēs
apoſtolis pecuniam non ait. Date mihi et
hanc poteſtatē: vt dem ſpūmſanctū: ſed cui
cūqꝫ iquit impoſuero man⁹: accipiat ſpūm-
ſanctum. Quia nec ſcriptura ſupius dixe-
rat. Uidens aūt Simon qꝛ apoſtoli darēt
ſpūmſanctum: ſed dixerat. Uidens autem
Simon quia ꝑ impoſitionem manuū apo
ſtoloꝛum dareꝫ ſpirituſſanctus. Ecce his
verbis oſtendit Aug⁹. nec apoſtolos nec
alios eccleſie pꝛelatos dediſſe vel dare ſpi/
ritumſanctum.

ꝙ non poſſunt dare ſpiritūſanctū
hic docet. e

Et qđ plus eſt non
poſſe etiam dare dicit in eodem libro ſub/
dēs. De xp̄o ſcriptū eſt ꝙ accepit a patre
ꝓmiſſionē ſpūſſcti: ⁊ effuderit: in quo vtra
qꝫ natura mōſtrata eſt. hūana. ſ. ⁊ diuina.
Accepit q̄ppe vt hō: effudit vt deus. Nos
aūt accipe q̄dem hoc donū poſſumus pꝛo
modulo nr̄o. Effundere xͦo ſuꝑ alios non
vtiqꝫ poſſum⁹: ſꝫ vt hoc fiat: deū ſuꝑ eos a
quo id efficitur inuocamus. His xͦbis ex-
p̄ſſe dicit nos ſpūmſanctū nō poſſe ſuꝑ ali/
os effundere. i. alijs dare.

Quod videꝫ contrariū. f

Sed huic videtur
contrariū qđ apꝉ'us ad Gaꝉ'. de ſe loquens
ait: Qui tribuit vobis ſpūm: ⁊ operaꝫ vir
tutes in vobis. Ecce euidenter dicit ſe tri/
buiſſe ſpūm. Sed intelligenduꝫ eſt hoc di/ Determīatio.
xiſſe apoſtolū: non quia haberet poteſtatē
⁊ autoꝛitatem dandi ſpūmſanctum: ſed qꝛ
miniſterium habuerit in quo dabaꝫ a deo
ſpūſſanctus. Ut enim Aug⁹. ſuꝑ eundem
locum exponēs illud apoſtoli verbū. Ab
apoſtolo p̄dicata eſt eis fides: in qua p̄di
catione aduentū ⁊ p̄ſentiā ſpūſſancti ſenſe
rāt: ſicut illo tempoꝛe in nouitate inuitatio
nis ad fidem etiā ſenſibilibus miraculis p̄-
ſentia ſpūſſancti apparebat: vt in actib⁹ apo
ſtoloꝝ legitur Aperte hic oſtēdit quō illis
ſpūmſanctū apꝉ'us tribuerit. Nō vtiqꝫ ipm
mittendo in eos: ſed p̄dicando eis fidē xp̄i
quā illis recipientib⁹ ꝙ ſpūſſanctus in eis
eſſet aliquib⁹ ſignis viſibilibus monſtra/
batur. Non ergo hoīes q̄tumcūqꝫ ſancti
dare poſſunt ſpūmſanctū.

Iſta eſt diſtinctio quartadecima.
In qua magiſter poſtq̄ egit de ꝓceſſione ſpūſſancti
eterna: incipit agere de ꝓceſſione eius tpali. Et cir
ca hoc tria facit. Nam pꝛimo oſtendit ſpūmſanctum
a patre ⁊ filio ſimul tempaliter ꝓcedere. Secundo
ꝙ ſpūſſanctus datur ꝑſonaliter in ſuoꝛū donoꝛū cō-
municatione. Tertio ꝙ a nullo alio niſi a deo datur
inſtrumentali operatiōe. Pꝛimū facit a pꝛincipio di
ſtinctionis vſqꝫ ibi. Sunt aūt aliq̄. Secūdū ab inde
vſqꝫ ibi. Hic queritur vtrum ⁊ viri ſancti. Tertium
xͦo ab inde vſqꝫ ad finem iſtius diſtinctiōis. Et hec
eſt ſnīa mgr̄i in hac diſtinctiōe in generali. In ſpēali
ſententia magiſtri ſtat in trib⁹ ꝓpoſitionibus: qua-
rum p̄ma eſt hec. Spūmſanctum a patre ⁊ filio ſimul
ꝓcedere tempaliter concediꝫ: cum in creaturarum
ſanctificatiōe mittiꝫ. Et ꝓbaꝫ ſic. Q̄ñcūqꝫ gr̄a ſpūſ
ſancti hoībus daꝫ: tūc ſpūſſctūs a pr̄e ⁊ filio mittiꝫ:
⁊ ꝓcedere videꝫ: ſed oīs datio ſpūſſancti creature
facta eſt tempalis. igiꝫ qn̄ ſic ſpūſſanct⁹ daꝫ vel mit-
tiꝫ ꝓcedit tēpaliter: vt dicit ꝓpoſitio ꝓbanda. Te-

net argumentū ⁊ maior: ſed circa minoris ꝓbatōez mgr̄ ſic ꝓcedit in textu. Et ṗmo ponit geminā ſpūſ ſancti eſſe ꝓceſſionem .ſ. eternā ⁊ tpalem. Eterna ē que ineffabilis eſt qua a patre ⁊ filio eternalit̄ ⁊ ſine tempe ꝓceſſit. Tempalis eſt qn̄ ſpūſſanctus mittit̄ ad ſanctificandū creaturam rationalem. Et ſubdit ꝙ qn̄ mittit̄ ad ſanctificandū creaturam: tunc procedit a patre ⁊ filio ſimul in illa eterna ꝓceſſione. Et hoc confirmat autoritate Auguſtini in fine primi capituli. Ꝙ autem gr̄e ſpūſſancti collatio ſit eius miſſio a patre ⁊ filio tempalis vel eius tempalis ꝓceſſio patet autoritate Bede: que habet̄ in ṗncipio ſecundi capituli. Et tandem concludit ex verbis bt̄i Auguſtini: ꝙ dn̄s bis ſpm̄ſanctū dedit. Semel poſt reſurrectionē cū inſufflauit ⁊ dixit. Accipite ſpm̄ſanctum. vt ptz Johan. xx. c. Scdo poſt ſuam aſcenſionem .ſ. in die penthecoſtes. Et hoc ad ſignificādum duplicem dilectionē .ſ. dei ⁊ ꝓximi: quaz ſpūſſanct⁹ in nobis operat̄. Secūda ꝓpoſitio ē hec. Spūs datur pſonaliter cum ſuorū donorū diſtributiōe. Et ꝓbatur ſic. Ita ſpūſſanctus mittit̄ ⁊ dat̄ ſicut in ſacra ſcriptura ſm̄ expoſitionem ſanctorū doctorū mitti ⁊ dari manifeſte affirmat̄: ſed in ſacra ſcriptura manifeſte affirmat̄ dari cū donis. igit̄ ꝓpoſitio vera. Tenet argumentū ⁊ maior: ſed minorē ꝓbans mgr̄ in lr̄a: dicit quoſdam errantes dixiſſe ſpm̄ſanctū nun ꝙ pſonaliter dari hoībus: ſed tm̄ gratiā ⁊ dona ei⁹. Quod oſtendit eſſe falſum: inducens ad hoc autoritates. b. Augu. ⁊ Amb. quibus apte oſtendit̄ quō ſpūſſanctus tertia pſona in diuinis p ſe in ſuis grāz donis hoībus mittit̄ ⁊ datur. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Spūſſanctus a nulla creatura q̄tacūq; fulgeat ſanctitate conferri pōt: niſi inſtrumentalit̄. Et ꝓbatur ſic. Si aliqua creatura quantūcūq; ſancta ⁊ pla ta poſſet ſpm̄ſctm̄ conferre: ſequeret̄ creatorē a creatura ꝓcedere. Patet hec ſeq̄la p hoc ꝙ ſpirituſſancti datio nō ē aliud q̄ ei⁹ proceſſio: vt dicit prima ꝓpoſitio. Sz ꝯſeq̄ns eſt falſū ⁊ īpoſſibile. igit̄ illud ex quo ſequit̄: ſed hoc eſt oppoſitū hui⁹ ꝓpoſitionis. igit̄ hec vera. Iſtam ratione mgr̄ inſinuans in littera querit. An viri ſancti poſſunt dare ſpm̄ſanctum. Et dicit ꝙ nō: q2 ſi ſic: tunc ſpūſſanctus ꝓcederet a creatura: qđ confirmat p hoc ꝙ nullibi legit̄ in ṗmitiua eccleſia. qn̄ viri erāt ſanctiores ꝙ dediſſent ſpiritūſanctum: ſed legunt̄ bn̄ oraſſe ꝓ aliq̄bus: vt illi q̄bus manus imponebāt: reciperēt ſpiritumſanctū. Et ideo ſoluit obiectionē quandam: quam v̄ba apoſtoli vident̄ ſonare ad Gal. iij. Qui tribuit vob̄ ſpm̄ ſanctum: ⁊ operatur virtutes in vobis: vbi videtur apoſtolus dicere ſe ſpm̄ſanctum tribuiſſe: qđ mgr̄ ſoluit dicēs: ꝙ ad eius p̄dicationē datus fuit ſpirit⁹ ſanct⁹: ⁊ hoc nō eſt niſi inſtrumentaliter: vnde relinquit̄ ꝓpoſitio tanq̄ vera.

Utrum ſpirituſſanctus a ſeipo detur. a

b Hic conſiderandum eſt: cuz ſpūſſanctus detur hominibus a patre ⁊ filio qđ eſt ſpm̄ tempaliter ꝓcedere ab vtroq; vl̄ mitti: vtrum etiam a ſeipo detur? Si dat̄ a ſe. ⁊ procedit vel mittitur a ſe. Ad quod dicimus: q2 ſpūſſanctus ⁊ deus eſt: ⁊ donū ſiue datū: ⁊ ideo dat ⁊ dat̄. Dat q̄dem inq̄tum deus: ⁊ dat̄ inq̄tum donum. Cū aūt donatio ſiue datio ſpūſſancti ſit operatio dei: ⁊ cōmunis ſit ⁊ indiuiſa operatio triū pſonarū: donat̄ itaq; ſpūſſanctus non tantum a patre ⁊ filio: ſed etiaz a ſeipo. Unde Aug⁹. in. xv. li. de tri. dicit ꝙ ſeipſum dat. Sicut inquit corp⁹ carnis nihil ē aliud q̄ caro: ſic donum ſpūſſancti nihil ē aliud q̄ ſpūſſanctus. Intantū ḡ donū dei eſt: inq̄tum dat̄ eis quib⁹ dat̄. Apud ſe aūt deus eſt: ⁊ nemini datur: q2 deus erat patri ⁊ filio coeternus anteq̄ cuiq̄ daretur: nec q̄a illi dant ⁊ ipe datur: ideo maior ē illis. Ita eñ datur ſicut dei donum: vt etiam ſeipm̄ det ſicut deus. Nō eñ dici pōt nō eſſe ſue ptātis. de quo dictum eſt. Spūs vbi vult ſpirat. Ecce apte dicit ꝙ ſpūſſanctus ſeipſum dat. Si eñ ſpūſſanct⁹ ſeipm̄ dare non pōt: ⁊ eum pater dare pōt ⁊ filius: pōt ita q̄ pater aliquid ⁊ filius: qđ nō pōt ſpirit⁹ ſanctus. Item. Si pater ⁊ filius dant ſpm̄ ſanctū: nec ipe dat aliquid. ergo pater operat̄ ⁊ fili⁹: qđ nō opat̄ ſpūſſanct⁹. Dat ergo ſpūſſctūs ſeipm̄. Si aūt ſeipm̄ dat: tūc ⁊ a ſeipo ꝓcedit ⁊ mittit̄. Qđ vtiq; verū eſt. Nā ꝓceſſio tēporalis ſpūſſancti vl̄ miſſio ipſius eſt donatio: ⁊ ipa dei operatio. Procedit ḡ ſpūſſanct⁹ tpaliter a ſe: ⁊ mittitur a ſe. q2 dat̄ a ſe.

Nō ē mirū ſi ſpūſſanct⁹ dicit̄ mitti vel ꝓcedere a ſe: cū etiaz fili⁹ dicatur mitti a ſe. b

Ne autem mireris ꝙ ſpirituſſanct⁹ dicitur mitti vel ꝓcedere a ſe. Nam ⁊ de filio dicit Aug⁹. in. ij. lib. de trini. ꝙ nō tm̄ a p̄re miſſus eſt: ſ3 etiā a ſeipſo ⁊ a ſpūſancto: querēs quō filius vl̄ ſpūſſanct⁹ ſit miſſus: cū vterq; ſit vbiq; tanq̄ de⁹? Nam vterq; inq̄t Aug⁹. legit̄ miſſus. De ſpūſancto eñ legit̄: Quē mittet pater in noīe meo. Et itez. Si abiero mittā eum ad vos. Et fili⁹ de ſe dicit. Exiui a patre: ⁊ veni in mūdū. Et apl's dicit. Miſit deus filiū ſuū. In ꝓpheta aūt ſcriptū eſt ex pſona dei. Celū ⁊ terrā ego impleo. Itaq; vbiq; deus eſt. vbiq; ḡ eſt filius: vbiq; etiā eſt ſpūſſanctus. Illuc ḡ miſſus eſt filius ⁊ ſpirituſſanctus vbi erant. Auguſti.

Quomodo intelligēda ſit miſſio vtriuſq;. c

Quocirca querendum eſt: quomō intelligatur miſſio filij vel ſpūſſancti. Pater eñ ſolus (inq̄t Aug⁹. in

Auguſti.

DI. XV.

Aug⁹. pri⁹ de miſſione filij.

eodem)nuſq̃ʒ legit̃ miſſus:ſed filius ⁊ ſpũſ
ſanctus. Et de filio p̃mo videamꝰ quō miſ
ſum eum aplũs dicat: Miſit deus filiũ ſu/
um factũ ex muliere: vbi ſatis oſtendit eo-
ipſo miſſum filium quo factuʒ ex muliere.
Proinde mitti a patre ſine ſpũſancto non
potuit quia pater intelligit̃ miſiſſe eum cũ
fecit ex femina: quod vtiq̃ʒ nō fecit ſine ſpi
rituſancto. Ecce hic dicit filium miſſum a
patre ⁊ ſpirituſancto.

Q̄ a ſpũſancto filius ſit miſſus au-
toritatibus confirmat̃. d

Et qđ a ſpũſãcto fi

lius ſit miſſus (vt ait Augꝰ. in eodem) au-
toritatibus confirmat̃. Ip̃e xp̃s dicit per
Ambroſiꝰ. Eſaiam: Nunc miſit me dñs ⁊ ſpũs eius.
De hoc Amb. in li. ij. de ſpũſancto ita ait:
Quis eſt qui dicit. Me miſit dñs ⁊ ſpũs
eius: niſi qui venit a patre: vt ſaluos face-
Idē in eod ret peccatores. i. xp̃s. ergo ⁊ pr̃ filium mi-
ſit ⁊ ſpũſſanctus. Idē in eodē. Datꝰ ē a pa
tre. vt Eſa. dicit: Puer natus eſt nobis: ⁊
filius datus eſt nobis. Datus eſt audeo di
cere ⁊ a ſpũ: q̄ ⁊ ſpũ miſſus eſt. Dicit eñi
filius dei. Spũs dñi ſup me: ꝓpter qđ vn/
xit me. euãgelizare pauperibꝰ miſit me: p̄-
dicare captiuis remiſſionē ⁊c. Qđ cum de
libro Eſaie legeret: ait in euãgelio. Hodie
cōpleta eſt hec ſcriptura in auribꝰ veſtris:
vt de ſe dictũ eſſe ſignaret. Bene autem di
xit ſup me. q̄ quaſi filius hominis ⁊ vnctꝰ
eſt ⁊ miſſus ad p̄dicandũ. Nam ſm diuini
tatem nō ſup chriſtũ eſt ſpiritꝰ: ſed in xp̃o.
Ecce his verbis oſtendit Ambro. filiũ eſſe
miſſum ⁊ datum nobis: non tm̃ a patre: ſ
etiam a ſpirituſancto.

Q̄ filiꝰ ſit datꝰ etiã a ſeip̃o. e

Deinde oſtēdit eē

datũ etiã a ſeipſo: ita dicēs in eodē li. Cum
nō diffinitũ fuerit p ꝓphetã a quo datꝰ eſt
filiꝰ: oſtendit̃ datꝰ gratia trinitatis: vt etiã
ip̃e filius ſe dederit. Ecce hic dicit q̄ filius
ſe dedit: q̄ trinitas eũ dedit. Si aũt filius
a ſe datꝰ eſt: a ſe ẽ miſſus eſt: ⁊ a ſe ꝓceſſit.
Et hoc vtiq̃ʒ verum eſt: ⁊ cōcedi oportet:
cũ eius miſſio ſit diuina op̄atio.

Q̄ filius ſit miſſus a ſe. f

Q̄ autē a ſe mitta-

Auguſti. tur Augꝰ. aſtruit in li. ij. de tri. dicēs: For
te aliq̃s cogat: vt dicamus etiã a ſeip̃o miſ
ſum eſſe filiũ: q̄ ⁊ Marie cōceptus ⁊ par
tus op̄atio trinitatis eſt. Sed inq̃t aliq̃s.
quō pater eum miſit: ſi ip̃e ſe miſit? Cui re-
ſpondeo querens vt dicat: quō eum pater
ſanctificauit: ſi ⁊ ip̃e ſe ſanctificauit. Utrũ/
q̃ʒ eñi dñs ait: Quē pat̃ inq̃t ſanctificauit
⁊ miſit in hunc mundũ. Et alibi. Ego pro
eis ſanctifico meip̃m. Iteʒ quero quō pat̃
eum tradidit: ſi ip̃e ſe tradidit. Utrũq̃ʒ eñi
legit̃? Credo q̄ rñdebit ſi ꝓbe ſapit: quia
vna voluntas eſt patris ⁊ filij: ⁊ inſep̄abi-
lis op̄atio. Sic igit̃ intelligat illam incar/
nationem ⁊ ex virgine natiuitatē: in q̃ filiꝰ
intelligit̃ miſſus: vna eadēq̃ʒ op̄atione pa
tris ⁊ filij inſep̄abiliter eſſe factam: non in-
de ſep̄ato ſpũſancto. Ergo a patre et filio
miſſus eſt idem filius: q̄ a patre ⁊ v̾bo eiꝰ
factum eſt vt mitteret̃. i. incarnatus homi
nibus appareret. Nō eñi miſſus eſt mutan
do locũ: q̄ in mundo erat. Quapropter et
pater inuiſibilis vna cuʒ filio ſecum inuiſi-
bili: eundē filiũ viſibilē faciēdo miſiſſe eũ
dictus eſt: q̃ ſi ita viſibil' fieret: vt cũ patre
inuiſibilis eſſe deſiſteret. i. ſi ſubſtãtia inui
ſibilis verbi in creaturã viſibilē mutata ſi
tranſiens verteret̃: ita miſſus a patre intel
ligeret̃ filius: vt tm̃ miſſus non etiam mit-
tens cum patre inueniret̃. Cum v̾o ſic eſt
accepta forma ſerui: vt maneret incōmuta
bilis forma dei: manifeſtum eſt q̄ a patre
⁊ filio non apparētibus factũ ſit: quod ap/
paret in filio. i. ab inuiſibili patre cũ inuiſi-
bili filio. i. ipſe filius viſibilis mitteret̃.

Summatim colligit que ex predi-
ctis aſtruunt̃. g

Ex p̄dictis aperte

monſtrat̃ q̄ filius miſſus eſt a patre ⁊ ſpũ/
ſancto: ⁊ a ſeip̃o: ⁊ que ſit ip̃a miſſio. ſ. icar/
natio. i. q̄ factus eſt homo: per quod viſi/
bilis apparuit: quod eſt opus cōmune pa-
tris ⁊ filij ⁊ ſpirituſſancti.

Queſtio cur dicit a meipſo nō ve-
ni. h

Sʒ ad hoc opponi

tur. Si filius a ſeipſo miſſus eſt. cur ẽ ait.
A meip̃o nō veni? Ad h̕ Augꝰ. rñdet in. ij Solutio.
li. de tri. dicēs hoc dictũ eſſe ſm formã ſer/
ui: ſm quã nō fecit vt mitteret̃. i. nō ē op̄a
tus incarnationē: ſed ſm formã dei.

Utrum ſemel tãtum miſſus ſit fi-
lius: an ſepe. i

Hic queritur vtrũ
ſemel tm̃ miſſus ſit filiꝰ: an ſepe mittatur?
Si enĩ miſſio filij ipſius tm̃ incarnatio ẽ: cũ
ſemel tm̃ incarnatus ſit ⁊ ſemel tm̃ videtur
miſſus. At ſi ſepe mittit̃: eſt ⁊ alia eiꝰ miſ/
ſio q̃ incarnatio. Sed que eſt illa? Nũq̇d
eterna genitura miſſio eius dicenda eſt: an
etiam alia miſſio querenda eſt.

Qđ duobꝰ modis dr̃ filiꝰ mitti. k

Ad quod dicimus
ꝙ duobus modis dicit̃ filius mitti preter
illam eternam geniturã que ineffabilis eſt.
Sꝫm quam etiam miſſus poſſet dici: vt vide
tur quibuſdã: ſed melius ac verius ſꝫm eã
dicit̃ genitus. Preter eam ergo duobꝰ mo
dis dicit̃ mitti. ſ. vel cum viſibiliter mũdo
apparuit carne indutus: vel cum ſe in aĩas
pias ſic transfert: vt ab eis ꝑcipiatur ac co
gnoſcat̃. Hos duos miſſionis modos ap-
Auguſti. te Augꝰ. diſtinguit in. iiij. li. de trini. dicẽs
Nõ eo ipſo ꝙ de patre natus eſt: miſſus di
citur filius: ſed vel eo ꝙ apparuit huic mũ
do: verbum caro factum. Unde dicit. A
patre exiui: ⁊ veni in mundũ: vel eo ꝙ ex
tempe cuiuſdam mente ꝑcipit̃: ſicut dictũ
eſt de ſapientia. Emitte illam de celis ſan-
ctis tuis: ⁊ a ſede magnitudinis tue: vt me
cum ſit ⁊ mecũ laboret. i. doceat me labora
re. Et tũc vnicuiq; mittit̃ cum a quoq; co
gnoſcit̃ atq; ꝑcipit̃: quantũ cognoſci ⁊ ꝑ/
cipi põt: ꝓ captu vel ꝓficientis in deũ: vel
ꝑfecte in deo anime rationalis.

Qđ ſꝫm alterũ ſemel ſꝫm alterũ ſepe
ſit miſſus. ⁊ ſꝫm alterũ vt ſit hõ. ⁊
ſꝫm alterũ vt ſit cũ hoĩe. l

Ecce diſtincti ſunt
duo modi miſſionis filij: ⁊ ſꝫm alterũ ſemel
tm̃ miſſus eſt dei filius: ſꝫm alterũ ſepe miſ
ſus ẽ: ⁊ mittit̃ quotidie. Nã ſꝫm alterꝫ miſ-
ſus ẽ vt ſit hõ: qđ ſemel tm̃ factũ ẽ. Scđm
alterꝫ ꝟo mittit̃ vt ſit cũ hoĩe: quõ quoti/
die mittit̃ ad ſctõs: ⁊ miſſus eſt etiã añ in/
carnationẽ ⁊ ad oẽs ſanctos qui ante fue/
Auguſti. runt: ⁊ etiã ad angelos. Unde Augꝰ. de fi
lio. i. de ſapientia patris loquens in. iiij. li.
de trini. ait. Aliter mittit̃ ſapia vt ſit cũ ho
mine: aliter miſſa eſt vt ſit homo. In aĩas
enĩ ſanctas ſe transfert: ⁊ amicos dei ⁊ pro
phetas conſtituit: ſicut implet etiam ſctõs
angelos. Sed cum venit plenitudo tempo
ris miſſa eſt non vt impleret angelos: nec
vt eſſet angelus: nec vt eſſet cũ hoĩbus vel
in hominibus: vt antea in patribus erat ⁊
in ꝓphetis: ſed vt ipſum verbum fieret ca
ro. id eſt. homo.

Qđ ſꝫm alterũ modũ dicit̃ miſſus in
mundũ. ſꝫm alterũ nõ. m

Preterea notãduꝫ
eſt ꝙ cũ his duobus modis mittat̃ filius.
ſꝫm alterũ dicit̃ miſſus in mundũ: ſꝫm alte
rum ꝟo nõ. Eo enĩ mõ miſſus dicit̃ in mũ- Auguſti.
dũ quo viſibilr̃ mũdo apparuit. Unđ Augꝰ
in eodẽ li. ait. Cum ex tpe cuiuſq; mente ꝑ
cipit̃: mitti q̇dem dicit̃: ſed nõ in hũc mun
dum. Non enĩ ſenſibiliter apparet. i. corpo
reis ſenſibus ꝑſto eſt. Nã ⁊ nos ſꝫm ꝙ mẽ
te aliquid eternũ capimus: non in hoc mũdo
ſumus: ⁊ omniũ iuſtorũ ſpũs etiam in car
ne viuentium inq̃ntum diuina ſapiunt non
ſunt in hoc mũdo. Ex ꝓdictis liquet: ꝙ ꝑ/
ter ineffabilem geniturã duobꝰ modis mit
titur filius. ſ. cũ viſibiliter apparuit: vel in
uiſibiliter ꝑcipitur mente.

Cur pr̃ nõ dicit̃ miſſus cum ab ali
quo cognoſcit̃ vt filius. n

Hic querit̃ cur pa
ter nõ dicit̃ miſſus: cum ex tpe a quoq; co
gnoſcitur ſicut filius? Ad qđ dicimꝰ: qꝛ in
eo eſt ꝓncipij autoritas: que nõ hꝫ de quo
ſit: a quo filius eſt ⁊ ſpũſſctũs. Pater enĩ ẽ Auguſti.
(vt ait Augꝰ. in eodẽ li.) ꝓncipiũ totiꝰ di-
uinitatis: vel ſi melius dicitur deitatis: qꝛ
ꝓncipium eſt filij ⁊ ſpũſſancti. Nam vt ait
Augꝰ. in eodem. Si voluiſſet etiã deꝰ pa-
ter ꝑ ſubiectam creaturã viſibiliter appare
ret: abſurdiſſime tamẽ aut a filio quem ge-
nuit: aut a ſpũ ſancto qui de illo ꝓcedit: miſ
ſus diceret̃. Cõgruenter aũt ille miſſus di-
citur: qui in carne apparuit: miſiſſe autẽ ille
qui in eo non apparuit.

Putauerunt quidã filium et ſpi-
ritum ſanctũ minores fuiſſe patre
qꝛ miſſi dicunt̃. o

Ideoqꝫ putauerũt
quidam heretici: cũ pater non ſit miſſus: ꝙ
filius ⁊ ſpũſſanctus patrẽ eſſe maiorem ac
filium minorẽ eſſe ⁊ ſpũm ſanctum: atq; pa
trem quaſi maiorẽ miſiſſe vtrũq; quaſi mi/
norem. Qđ Augꝰ. improbat in. iiij. lib. de Auguſti.
trini. illis contradicens. Non ideo inq̇t ar

bitrandũ eſt minorẽ eſſe filiũ ꝙ miſſus eſt
a patre: nec ideo minorẽ ſpũmſanctũ ꝙ ⁊
pater eũ miſit ⁊ filius. Siue eñ ꝓpter viſi
bilem creaturã: ſiue potiꝰ ꝓpter principij
autoritatẽ vel cõmendationẽ: nõ ꝓpter in
equalitatẽ vel imparilitatẽ vel diſſimilitu-
dinẽ ſubſtãtie in ſcripturis hec poſita itel-
ligũtur. Nõ ergo ideo dicitur pater miſiſſe filiũ
vel ſpiritumſanctũ ꝙ ille eſſet maior ⁊ illi
minores: ſed maxime ꝓpter autoritatẽ pn/
cipij cõmendandã: ⁊ qꝛ in viſibili creatura
nõ ſicut ille apparuit. Ecce oſtẽſum eſt que
ſit miſſio filij. ⁊ quibꝰ modis mittatur.

Iſta eſt diſtinctio quĩdecima. In
qua mgr̄ poſtq̃ egit de pncipio tpalis ꝓceſſionis. ſ.
qua datur a patre ⁊ filio ⁊ ſuo modo a viris ſanctis
Hic inquirit vtrum a ſeipo detur vel mittatur. Et cir
ca hoc tria facit. Nã pmo inquirit vtrum ſpũſſanctꝰ
a ſeipo mitti dici debeat. Secundo qualiter mitti a
filio conuenit: determinat. Tertio patrẽ non poſſe
dici miſſum inſinuat. Primũ facit a pncipio vſq; ibi.
Quo circa querendum eſt. Secundum ab inde vſq;
ibi. Hic queritur cur pater. Tertium ab inde ad finẽ
diſtinctionis. Et hec eſt ſententia mgr̄i in generali.
In ſpeciali ſententia mgr̄i ſtat in tribus ꝓpoſitioni-
bus: quarũ pma eſt. Spũſſanctus ſanctificãdo crea
turam nõ ſolum a pr̄e ⁊ filio: ſed etiã a ſeipo tẽpora-
liter mittitur ⁊ ꝓcedit. Et ꝓbatur ſic. Opera trinita
tis. ſ. patris ⁊ filij ⁊ ſpũſſancti ad extra ſunt indiui-
ſa. ſed ꝓceſſio ⁊ miſſio ad ſanctificandũ creaturam
eſt opus trinitatis ad extra: ergo eſt a tota trinitate
⁊ ꝑ conſequens non ſolum a patre ⁊ a filio: ſed etiã
a ſpũſancto. ſ. a ſeipo: vt dicit propoſitio. Huius ra
tionis ſententiã mgr̄ explicat in textu querendo: an
ſpũſſanctus etiam mittitur ⁊ datur a ſeipo. Et dicit
ꝙ ſic. Nam ipe ſpũſſanctus deus eſt ⁊ donum eſt. et
ideo dat ⁊ datur: dat inq̃tum deus: ⁊ datur inquan
tum donum eſt. Et poſtea confirmat ſententiam. ſ.
ꝙ ſpũſſanctus mittatur ⁊ detur a ſeipſo tripliciter.
Primo ꝑ hoc ꝙ opera trinitatis ad extra ſunt indi-
uiſa. Scđo ꝑ hoc ꝙ q̃cq̃d poteſt facere vna perſona
ad extra: põt ⁊ alia Si ergo poteſt pater dare ⁊ mit
tere ſpũmſanctum: ſequitur ꝙ ipe ſpũſſanctus etiã ſe-
ipm poteſt mittere ⁊ dare. Tertio ꝑ ſimile de filio.
de quo dicit beatus Augꝰ. in. ij. de trini. ꝙ non tm̃
miſſus a patre ⁊ filio: ſed etiam a ſeipſo. igitur. ⁊c̃.
Secunda ꝓpoſitio eſt hec. Licet filius ſolum ſemel
in carnẽ a tota trinitate mittatur: frequenter tamẽ in
caſtas mentes mitti nullatenus negatur. Primã huiꝰ
concluſionis ꝑtem mgr̄ ꝓbat in textu. Et primo ꝙ
ſolum ſemel miſſus ſit in carnem: et hoc autoritate
beati Auguſtini dicentis: ꝙ pter generatiõẽ eternã
quam q̃dã generationẽ appellant: duobus modis
miſſus eſt. ſ. viſibiliter in carnẽ: ⁊ inuiſibiliter in mẽ-
tem. Et hos modos miſſionis ponit Augꝰ. Et dif-
fert vna miſſio ab alia. Nam miſſio in carnem ſemel
facta eſt. miſſio xᵒ in mentẽ pluries. Hec ille. Et ꝙ
in carnem ſit miſſus a tota trinitate ꝓbatur. Nã pri
mo ꝙ ſit miſſus a patre ⁊ ſpũſancto per illud Eſaie
vbi ꝑ ꝓphetam xp̃s dicit: Nunc miſit me dñs ⁊ ſpi-
ritus eius. Et ꝙ ſit miſſus a ſeipo: patet autoritate
beati Auguſtini dicentis. ij. de trini. ꝙ Marie con-
ceptus ⁊ partus opus trinitatis eſt. Scđa huiꝰ con
cluſionis pars patet ꝑ beatũ Auguſtinũ vbi ſupra.
Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Nec filius nec ſpũſſanctus
eſt minor patre: non obſtante ꝙ pater non poteſt di
ci miſſus: q̃litercumq; etiam mũdo appareat. Et ꝓ
batur ſic. Ille nunq̃ ꝯuenienter miſſus dici poterit
qui nunq̃ ab alio ꝓcedit: ſed oĩs ꝓceſſionis eſt au-
tor ⁊ pncipium: ſed ex quo talis eſt pater in diuinis:
patet veritas ꝓpoſitionis. Iſtam rationẽ explicãs
mgr̄ querit: quare pater nõ dicitur miſſus. Et reſpon
det ꝙ ꝓpter autoritatẽ ſcḋm quã pater a nullo eſt. iđ
nec mitti põt. Et ꝑ hoc excludit errorẽ quorũdã he
reticorũ dicentiũ filium ⁊ ſpũmſanctũ eſſe minores
patre: eo ꝙ illi duo mittuntur: ⁊ pr̄ non. Quod ꝓbat
eſſe falſum autoritate beati Auguſtini. Et ſic termi
natur ſententia huius diſtinctionis.

De miſſiõe ſpũſſcti que fit duobꝰ
modis. viſibiliter ⁊ inuiſibiliter. a

n Hinc de ſpiri-
tuſancto videndũ eſt pter illam DI. XVI.
ineffabilem ⁊ eternam ꝓceſſio-
nem qua ꝓcedit a patre ⁊ filio: ⁊ nõ a ſeip/
ſo: que ſit eius tempalis ꝓceſſio: que dicitur
miſſio ſiue datio: Ad qđ dicimus qꝛ ſicut
filiꝰ duobꝰ modis dicitur mitti: vno quo vi
ſibiliter apparuit: altero quo inuiſibiliter a ca
ſtis mentibꝰ ꝑcipitur. Ita ⁊ ſpũſſanctꝰ a pa/
tre ⁊ filio ac a ſeipo duobus modis ꝓcede
re ſiue mitti ſiue dari dicitur. vno viſibiliter:
altero inuiſibiliter. Datꝰ eſt eñ viſibiliter cre
ature demõſtratione: ſicut in die pentheco
ſtes: alijſq; vicibꝰ: ⁊ datur quotidie inuiſibi
liter illabẽdo mentibus fideliũ.

Priꝰ de illo mõ miſſionis qui fit
viſibiliter agit. b

Et primo agamus
de illo miſſionis mõ qui fit viſibili ſpecie. Auguſti.
De hoc Augꝰ. in. ij. li. de triniꝛ. ita ait. In
ꝓmptu eſt intelligere đ ſpũſancto: cur miſ-
ſus ⁊ ipe dicatur. Facta eſt eñ q̃dã creatu
re ſpecies ex tempe in qua viſibiliter oſtẽ-
deretur ſpũſſanctus: ſiue cũ in ipm dñm cor
porali ſpecie colũbe deſcendit: ſiue cum in
die penthecoſtes factꝰ eſt ſubito de celo ſo
nus quaſi ferretur flatꝰ vehemẽs: ⁊ viſe ſũt
illis lingue diuiſe ſic ignis: q̃ ⁊ inſedit ſuꝑ
vnũquẽq; eorũ. Hec opatio viſibiliter ex-
p̃ſſa ⁊ oculis oblata mortalibꝰ: miſſio ſpi-
rituſſancti dicta eſt: nõ vt appareret eis ip/
ſa ſubã: qua ⁊ ipe inuiſibilis ⁊ incõmuta/
bilis eſt: ſicut pater ⁊ filius: ſed vt exterio/
ribus viſis corda hoim cõmota a tempali
manifeſtatiõe veniẽtis: ad occultã eterni-
tatem ſemp p̃ſentis cõuerterentur. Ecce his
xᵒbis apit Augꝰ. illum modũ miſſionis q̃
viſibiliter exhibetur: cum tamen ipe ſpũs in
ſui natura non videatur: q̃ nec in illis creatu

ris magis erat q̄ȝ in alijs. ſed ad aliud. In illis em̄ erat vt ꝑ eas ad homies veniens: oſtēderet̄ eſſe in illis ad quos ille creature veniebant. Non eniȝ ſpūſſanctus tempali motu tunc venit: vel in homies deſcendit. ſed ꝑ tempalem motum creature ſignificata eſt ſpūalis ⁊ inuiſibilis ſpūſſancti infuſio. Et vt apertius dicam. per illū moduȝ miſſionis ſpūſſancti corpaliter exhibitum mōſtrata eſt ſpiritualis ⁊ iterior miſſio ſancti ſpiritus: ſiue donatio de qua agēdū eſt.

Cū filiꝰ ſit minor patre ſm formā creatā in qua apparuit. cur non ⁊ ſpiritusſanctus ſimiliter. c

Sed prius querēdum eſt: cum filius dicat̄ minor patre ſm miſſionē qua in forma creata apparuit. cur ⁊ ſpūſſanctus nō dicat̄ ſimilit̄ minor pr̄e: cū in in forma creata apparuit. Nam de filio ꝙ minor ſit patre ſm formam q̄ miſſus apparuit. apte oſtendit Augu. in. iiij. li. de trini. dicens. Miſit deus filium ſuū factū ex muliere: factum ſub lege. vſq̄ȝ adeo paruum vt factum. eo itaq̄ȝ miſſum: q̄ factum.

De filio probat

Augusti

Fateamur ergo factum minorem. ⁊ intantū minorē inquantū factum. ⁊ intantū factum inquantū miſſum. Ecce habes: qr filius inq̄ȝtum eſt miſſus. id eſt factus. minor eſt patre. Cur ḡ ſpūſſanctus non dicit̄ patre minor: cum ⁊ ipē creaturā aſſumpſerit in qua apparuit. Quia alit̄ ſpūs aſſumpſit creaturam in qua apparuit. aliter filiꝰ. Nam filius accepit ꝑ vnionem. ſpiritꝰ vō non. Filius enim accepit hominē ita vt fieret homo. Spūs vō ſanctus non ita accepit columbam vt fieret colūba. De h̄ Auguſti. in. ij. li. de trinita. ita ait. Ideo nuſq̄ȝ ſcripum eſt ꝙ deus pater maior ſit ſpūſancto: vel ſpūſſanctus minor patre. qr nō ſic eſt aſſumpta creatura in qua appareret ſpiritusſanctꝰ. ſicut aſſumptus eſt filiꝰ hoīs. in qua forma ipſius dei vbi ꝑſona p̄ſentaret̄. nō vt haberet vbū dei ſicut alij ſancti ſapientes. ſed ꝙ ipm̄ vbum erat. Aliud eſt em̄ vbū in carne. aliud verbū caro. i. aliud eſt vbū in hoīe: aliud vbū hō. Caro eniȝ pro homine poſita eſt in eo ꝙ ait. Verbū caro factū eſt. Nō ḡ ſic aſſumpta eſt creatura in q̄ apparuit ſpūſſanctꝰ: ſicut aſſumpta eſt caro illa ⁊ hūana forma ex vgine maria. Nō em̄ columbā vel illū flatū vel illū ignē beatificauit ſibiq̄ȝ in vnitatē ꝑſone ↄiunxit in eternū. Ex p̄dictis apte oſtēſuȝ eſt ſm q̄d

Augusti.

filius dicat̄ minor pr̄e. ⁊ quare filius dicatur minor patre ⁊ nō ſpūſſanctus.

Qꝛ filius ſm ꝙ hō factꝰ eſt non modo patre. ſed ſpiritusſancto. ⁊ etiā ſeipſo minor eſt. d

Notandum auteȝ ꝙ filiꝰ ſm ꝙ hō factus eſt: nō tm̄ pr̄e: ȝ ſpiritusſancto ⁊ etiā ſeipō minor dr̄. Et ꝙ etiā ſeipō minor dicat̄ ſm formam ſui Augu. oſtendit in. j. li. de trini. dicens. Errauerūt hoīes ea q̄ de xp̄o ſm hoīem dicta ſunt ad eius ſubam q̄ ſempiterna eſt transferentes ſicut illud qꝺ ipē dn̄s ait. Pr̄ maior me eſt qꝺ ꝓpter formā ſui veritas dicit. ſm quē modum etiam ſeipō minor eſt filius. Quō em̄ nō etiā ſeipō minor factus eſt q̄ ſeipſuȝ exinaniuit formā ſerui accipiēs. Nō enim ſic accepit formā ſui: vt amitteret formam dei. in qua erat equalis patri. In forma ḡ dei vnigenitꝰ pr̄is equalis eſt pr̄i. In forma ſerui etiā ſeipſo minor eſt. Non ḡ immerito ſcriptura dicit vtrūq̄ȝ. ſ. ⁊ equalem patri filiū. ⁊ patrē maiorē filio. Illud em̄ propter dei formā h̄ aūt ꝓpter formā ſui intelligitur. De hoc eodē in lib. de trini. Aug. ait. Dei filiꝰ eſt equal' patri ſm dei formaȝ in q̄ eſt. ⁊ minor pr̄e ſm formā ſui quā accepit. in qua nō mō patre: ȝ etiā ſpūſancto nec hoc tm̄: ſed etiā ſeipō minor inuētus ē. Propter qꝺ vt idem in lib. contra Maximinū ait. Nō tm̄ patre: ȝ etiam ſeipō ⁊ ſpūſancto minor factus eſt. ⁊ etiā minoratus paulominus ab angelis. Eſt ḡ dei filiꝰ: vt ipē ait in. j. lib. de tri. deo pr̄i natura eq̄lis habitu minor. i. in forma ſerui quam accepit. His autoritatibus oſtenditur aperte filius ſm formam ſerui minor patre: et ſeipſo ⁊ ſpiritusſancto.

Augusti.

Augusti.

Hylariꝰ aliter dicit. ſ. ꝙ pr̄ ſit maior nec filius tm̄ minor. e

Hylarius aūt dicere videt̄: ꝙ pr̄ ſit maior filio. nec tm̄ filiꝰ minor patre. Pater em̄ dicit̄ maior ꝓpt̄ autoritatem. qr in eo eſt autoritas generationis: ſm quam dicit. Pater maior me ē. Et apl's. Donauit ei nomen qꝺ eſt ſup omne nomen. Cum ergo ait. Pater maior me eſt hoc eſt ac ſi diceret. donauit mihi nomen. Si ergo (inq̄t Hylarius in. ix. lib. de tri.) donantis autoritate pater maior eſt. nū q̄d ꝑ doni confeſſionem filius minor eſt. Maior itaq̄ȝ donans eſt: ſed minor iam non eſt

cui vnū eſſe donaṫ. Ait eñi. Ego ⁊ pr̄ vnū
ſumus. Si non hoc donaṫ ieſu vt cōfiten/
dus ſit in gloria dei patris. minoꝛ pr̄e eſt:
Si aūt in ea gloria dei donaṫ eſſe qua pa/
ter eſt: habes ⁊ in donantis autoꝛitate. q̄a
maioꝛ eſt. ⁊ in donātis ꝯfeſſione. qꝛ vnum
ſunt. Maioꝛ itaqꝫ pater filio eſt. et plane
maioꝛ Cui tantū donat eſſe quātus eſt ip̄e
cui innaſcibilitatis eſſe imaginem ſacro na
tiuitatis impartit. quam ex ſe in foꝛma ſua
generat Audiſti lectoꝛ q̄d ſup̄ h̄ dicat Hy
larius. cuius v̄ba vbicūqꝫ occurrerint di/
ligenter nota. pſeqꝫ intellige.

Iſta eſt diſtinctio ſedecia In qua
mgr̄ poſtq̄ egit de ꝓceſſione ſpūſſancti tempoꝛali.
incipit agere de miſſione eius viſibili. Et circa hoc
tria facit. Nam p̄mo oſtendit ſpūmſanctū eſſe viſibi
liter miſſum. Secundo ſubdit q̄liter viſibiles miſſio-
nes filij ⁊ ſpūſſancti ſe habeāt ad inuicē. Tertio ſub-
iungit qualiter filius ⁊ ſpūſſanct⁹ ſm̄ iſtas miſſiones
ſe habeāt ad patrē. Primum facit a pꝛincipio diſtin
ctionis vſqꝫ ibi. Sed prius querendū eſt. Secundū
ab inde vſqꝫ ibi. Hylarius aūt dicere videṫ. Tertiū
v̄o ab inde vſqꝫ ad finem diſtinctionis. In ſpeciali
v̄o ſententia mgr̄i ſtat in tribus ꝓpoſitōnibus. quaꝝ
p̄ma eſt hec. Spūſſanct⁹ ad modū filij eſt miſſus du
pliciter. ſ. viſibiliter ⁊ inuiſibiliter. Et pꝛobatur ſic.
Spūſſancti tempalis miſſio eſt creature ſanctificatō
ſed creature ſanctificatio dupliciter fit. aliquādo cū
apparētia alicu⁹ viſibilis ſigni. quādoqꝫ v̄o effectu
ſolum interioꝛi ſine viſibili ſigno. igiṫ miſſio ſpūſſan-
cti eſt duplex. ſ. viſibilis ⁊ inuiſibilis. Iſtā rationeꝫ
intendit magiſter in textu. vnde ꝓponit p̄mo Sicut
filius dupliciter eſt miſſus. ſ. in carnem viſibiliṫ. ⁊ in
caſtas mentes inuiſibiliter. Sic ſpūſſanctus viſibili-
ter apparuit in die penthecoſtes in ſpecie linguaruꝫ
ignearum. alijſqꝫ vicibus in ſpecie columbe. ⁊ quoti
die illabitur mentibus fidelium inuiſibiliter. Et ſub
dit poſtea: ꝙ illa viſibilis ſpūſſancti miſſio non fuit:
niſi quedam ip̄ius apparētia vel manifeſtatio in coꝛ-
poꝛali creatura: tanq̄ in ſigno manifeſtatōis: vt ma
giſter inducit in textu ex autoꝛitate beati Auguſti.
Secūda ꝓpoſitio eſt hec. Spūſſanctus non dicitur
minoꝛ realiter tota trinitate ꝓpter ip̄ius viſibilem
miſſionem ſicut filius ꝓpter ſuam. Hanc ꝓpoſitio-
nem mgr̄ inſinuans querit. Quare ſpūſſanctus ra-
tione ſue viſibilis miſſionis non diciṫ minoꝛ pr̄e ſicut
filius ratiōe ſue incarnatōnis ſeu viſibilis miſſionis
dicitur minoꝛ tota trinitate. Et reſpondet ꝙ ſpūſſan
ctus non aſſumpſit colūbam vt eſſet colūba. ſed vt i
ea appareret. ⁊ vt p̄ eam deſignareṫ inuiſſibilis miſ-
ſio. Filius aūt aſſumpſit humanam naturam non ſo
lum vt in ea appareret. ſed etiā vt eſſet hō. Et ideo
filius ſm̄ illā ſuā viſibilem miſſionē diciṫ minoꝛ non
ſolū patre: ſed etiam ſeip̄o ⁊ angelis vt̄ p̄ꝫ ibi. Mi-
nuiſti eum paulominus ab angelis ⁊c̄. Ad qḋ magi
ſter adducit multas autoꝛitates. vt patꝫ in lr̄a. Ter
tia ꝓpoſitio eſt hec. Pater autoꝛitate donatiōis eſt
maioꝛ filio ſibi eſſentialiter equali. Hanc pꝛopoſitio
nem ꝓbat magiſter autoꝛitate Hylarij. ix. de trini.
dicentis. Donantis autoꝛitate pater eſt maioꝛ nun-
q̄d p̄ doni cōfeſſionem filius eſt minoꝛ. Maioꝛ itaqꝫ
donans eſt: ſed minoꝛ iam non eſt: cui vnū eſſe dona
tur Vn̄ patet hanc pꝛopoſitionem eſſe veram.

De miſſione ſpiritusſancti qua in-
uiſibiliter mittitur. a

DI. XVII

Iam nūc acce-
damus ad aſſignandam miſſio-
nem ſpūſſancti qua inuiſibiliter
mittiṫ in coꝛda fidelium. Nam ip̄e ſpiritusſ
ſanctus qui de⁹ eſt: ac tertia in trinitate p̄/
ſona. (vt ſupꝛa oſtēſum eſt) a patre ⁊ filio
ac ſeip̄o tempaliter ꝓcedit. id eſt mittiṫ ac
donatur fidelibus. ſed q̄ ſit iſta miſſio ſiue
donatio: vel quō fiat cōſiderandū eſt.
Premittiṫ quiddā ad hanc oſtē-
ſionem neceſſarium. ſ. ꝙ ſpūſſan-
ctus eſt charitas qua diligim⁹ de-
um ⁊ pꝛoximum. b

Hoc aūt vt intelli-
gibilius doceri: ac plenius p̄ſpici valeat p̄
mittendū eſt quiddā ad hoc valde neceſſa/
riū. Dictū q̄dē eſt ſupꝛa: ⁊ ſacris autoꝛita/
tibus oſtenſum. ꝙ ſpūſſctūs amoꝛ eſt pr̄is
⁊ filij quo ſe inuicem amāt ⁊ nos. His autē
addēdū eſt: ꝙ ip̄e idē ſpūſſctūs eſt amoꝛ ſi
ue charitas: q̄ nos diligim⁹ deū ⁊ ꝓximū
q̄ charitas cū ita eſt in nobis vt nos faciat
diligere deū ⁊ ꝓximū. tūc ſpūſſctūs diciṫ
mitti vl̄ dari nob: ⁊ q̄ diligit ip̄am dilectio
nem q̄ diligit ꝓximum. in eoip̄o deū dili/
git. qꝛ ip̄a dilectio de⁹ eſt. i. ſpiritusſanctus
Autoꝛitatib⁹ ita eſſe cōfirmat. c

Ne aūt in re tanta
aliq̄d de noſtro influere videamur. ſacris
autoꝛitatibus qḋ dictū eſt coꝛroboꝛemus
De hoc Aug. in. viij. li. de tri. ait. Qui ꝓ/ Auguſti.
ximū diligit: ꝯſequēs eſt vt ip̄am p̄cipue
dilectionē diligat. De⁹ aūt dilectio eſt. ꝯſe
quēs ergo eſt vt p̄cipue deū diligat. Itē i
eodem. De⁹ dilectio eſt. vt ait Iohs apl̄s
Ut q̄ q̄d imus ⁊ currim⁹ in ſublimia celoꝝ
⁊ ima terrarum querētes eū qui eſt apud
nos: ſi nos apud eum eſſe velim⁹. Nemo
dicat: nō noui q̄d diligā: diligat fratrem: ⁊
diligat eādē dilectionē. Magis eñi nouit
dilectionē q̄ diligit. q̄ꝫ fratrem quē diligit.
Ecce iam potes notioꝛē deū hr̄e q̄ꝫ fratrē.
Plane notioꝛē: qꝛ p̄ſentioꝛē: qꝛ interioꝛē:
qꝛ certioꝛem amplectere dilectionē deū: ⁊
dilectiōe amplectere deū. Ip̄a ē dilectio q̄
oēs bonos angelos: ⁊ oēs dei ſuos conſo
ciat vinculo ſanctitatis Quāto g̊ ſanioꝛes
ſumus a tumoꝛe ſupbie: tanto ſumus dile-

ctione plenioꝛes. ⁊ quo niſi deo plenus eſt qui plenus ē dilectiōe. His v̈bis ſatis oſtē dit Aug. ꝙ dilectio ipſa qua diligim⁹ deū vel ꝓximū deus eſt. Sed adhuc apertius in eodem libꝛo ſubdit dicēs. Dilectionem quam cōmendat Johannes aplus atten/ damus. Qui diligit inquit fratrem: in lu/ mine manet. ⁊ ſcandalū in eo nō eſt. Ma/ nifeſtū eſt ꝙ iuſticie perfectionē in fratris dilectione poſuerit. Nā in quo ſcandalum non eſt: vtiqꝫ ꝑfectus eſt. Et tn̄ videt̄ dile= ctionem dei tacuiſſe: quod nūq̄ꝫ faceret ni/ ſi q꞉ in ipſa fraterna dilectione vult intelli/ gi deum. Apertiſſime em̄ in eadem epiſto/ la paulopoſt ait. Jta dilectiſſimi diligam⁹ inuicem. q꞉ dilectio ex deo eſt. ⁊ omnis q̄ diligit ex deo natus eſt. ⁊ cognouit deum. Qui non diligit: non cognouit deū. quia deus dilectio eſt: Jſta contextio ſatis apte declarat eandem ipſam fraternam dilectio nem. Nam fraterna dilectio eſt qua diligi mus inuicem: non ſolum ex deo: ſed etiam deum eſſe tanta autoꝛitate pꝛedicari. ſ. Jo/ hannis. Cū ergo de dilectione diligimus fratrem: de deo diligimus fratrem. nec fie/ ri poteſt vt eandem dilectionem non pꝛeci pue diligamus qua fratrem diligim⁹: qm̄ deus dilectio eſt. Jtem qui non diligit fra trem: nō eſt in dilectione. ⁊ qui nō eſt in di lectione: non eſt in deo: quia deus dilectio ē. Ecce apte dixit fratꝛnā dilectionē deū eē

Q꞉ fraterna dilectio cum ſit deus. non eſt pater vel fili⁹. ſed ſpirituſ= ſanctus. D

Cū autez fraterna dilectio ſit deus. nec pr̄ eſt nec filius. ſ; tm̄ ſpūſſanct⁹. q̄ ꝓpꝛie in trinitate dilectio vel charitas dicit̄. Unde Aug⁹. in. xv. lib. de tri. Si in donis dei nihil eſt maius chari= tate. ⁊ nullum eſt maius donū dei q̄ꝫ ſpiri/ tuſſanctus. q̄d conſequētius eſt q̄ꝫ vt ipſe ſit charitas q̄ dr̄. ⁊ deus ⁊ ex deo. Jta eniꝫ ait Joh. Dilectio ex deo ē. Et paulopoſt. Deus dilectio eſt. Ubi manifeſtat eā ſe di/ lectionē dixiſſe deum quā dixit ex deo. de⁹ ḡ ex deo eſt dilectio. Jtē in eodem Johes volens de hac re aptius loqui. Jn h̄ inq̄t cognoſcimus q꞉ in ipſo manemus ⁊ ip̄e in nobis: q꞉ de ſpū ſuo dedit nobis. Spirituſ itaqꝫ ſanctus d̄ quo dedit nobis facit nos in deo manere: ⁊ ip̄m in nobis. hoc autē fa cit dilectio Jp̄e eſt ḡ de⁹ dilectio. Jp̄e igit̄ ſignificat̄ vbi legit̄: deus dilectio eſt. Ex his apparet ꝙ ſpūſſanctus charitas eſt

Q꞉ nō ē dictū ꝑ cauſaꝫ illud. de⁹ ca ritas eſt. ſicut illud. tu es patiētia mea ⁊ ſpes mea. E

Sed ne foꝛte aliq̄s dicat illud eſſe dictum per exp̄ſſionē cauſe Deus charitas eſt. ſ. ꝙ charitas ſit ex deo. ⁊ nō ſit ipſe deus: ſicut dr̄ Deus nr̄a patiē tia eſt ⁊ ſpes: nō ꝙ ipſe ſit iſta. ſed q꞉ iſta ex deo ſunt. occurrit Aug⁹. oſtendēs hoc nō eſſe dictū per cauſam ſicut illa in. xv. lib. d̄ tri. ita dicens. Non dicturi ſumus charita tem nō ꝓpterea eſſe dictā deuꝫ: ꝙ ip̄a cha ritas ſit vlla ſubſtātia que dei digna ſit no mine. ſed ꝙ donum ſit dei: ſicut dictum eſt deo. Tu es patientia mea. Nō vtiqꝫ ideo dictum eſt. tu es patientia mea. ꝙ dei ſub= ſtantia eſt noſtra patiētia. ſed quia ab ip̄o nobis eſt. Unde alibi. Ab ipſo eſt patiētia mea. Hūc em̄ ſenſum facile refellit ſcriptu= rarū ip̄a locutio. Tale eſt em̄. Tu es pati= entia mea: quale eſt. Domine ſpes mea et deus meus miſericoꝛdia mea. ⁊ mlt̄a ſimi= lia. Non eſt autē dictū Dn̄e charitas mea aut tu es charitas mea. aut deus charitas mea. Sed ita dictū eſt: Deus charitas eſt ſicut dictum eſt. deus ſpūs eſt. Hoc q̄ non diſcernit intellectum a domio: nō expoſi/ tioneꝫ querat a nobis. Nō apertius quic= q̄ꝫ poſſum⁹ dicere. De⁹ ergo charitas eſt. Ex pꝛedictis clareſcit ꝙ ſpirituſſāct⁹ cha/ ritas eſt qua diligimus deum ⁊ pꝛoximū. vnde facilius eſt nobis oſtendere quō ſpi/ rituſſanctus mittatur ſiue detur nobis.

Quō ſpirituſſanct⁹ mittatur vel detur nobis. F

Tunc eni̅ mitti vl̄ dari dicit̄: cū ita in nobis eſt: vt faciat nos diligere deū ⁊ ꝓximū. ꝑ quod manemus i deo: ⁊ deus in nobis. Un̄ Augu. hūc miſ/ ſionis modum inſinuās in. xv. li. de trini. ait. Deus ſpūſſanctus q̄ ꝓcedit ex deo cū datus fuerit homi: accendit eū ad diligen/ dum deū ⁊ ꝓximū. ⁊ ip̄e dilectio eſt. Non em̄ habet hō vnde diligat deū: niſi ex deo. Ecce quō dat̄ vel mittit̄ nobis ſpūſſanct⁹ ſm̄ quod dicitur datum ſiue donum. Qd̄ donū cōmendat. Augu. explanans aper= tius quomō detur in eodeꝫ libꝛo. Dilectio inquit dei diffuſa eſt in coꝛdibus noſtris. vt ait apoſtolus per ſpiritumſanctum qui datus eſt nobis. Nullum eſt iſto dono dei

Idem.

Auguſti.

Auguſti.

excellentius. Solum eſt quod diuidit in/
ter filios regni ⁊ filios perditionis. Dātur
⁊ alia per ſpiritum munera: ſed ſine chari/
tate nihil proſunt. Niſi ergo tm̄ ipartiaꝛ
cuiꝗ ſpūſſanctus: vt eum dei ⁊ ꝓximi fa/
ciat amatorem. a ſiniſtra non trāſſertur ad
dexteram. Neꝗ ſpūſſanctꝰ ꝓprie dicitꝛ do
num niſi ꝓpter dilectionem. quam qui nō
habuerit: ⁊ ſi loquaꝛ oībus linguis: ⁊ ha/
buerit ꝓphetiam ⁊ oēm ſciam ⁊ omnem fi
dem. ⁊ diſtribuerit ſubſtantiā ſuā. ⁊ tradi=
diderit corpus ſuū ita vt ardeat: nō ei ꝓ/
deſt. Quantū ergo bonū eſt: ſine ꝗ ad eter
nā vitā neminem tāta bona ꝑducūt. Ipſa
vero dilectio vel charitas: nā vniꝰ rei nomē
eſt: vtrūꝗ ꝑducit ad regnum. Dilectio er/
go que ex deo eſt: ⁊ deꝰ ꝓprie ſpūſſanctus
eſt: ꝑ quē diffunditꝛ in cordibus nr̄is deus
charitas. ꝑ quam nos tota inhabitat trini
tas. Quo circa rectiſſime ſpūſſanctus cum
ſit deus: vocaꝛ etiam donum dei. Qd̄ do/
num ꝓprie ꝗd niſi charitas intelligendū
eſt: ꝗ ꝑducit ad deū. ⁊ ſine ꝗ quodlibet ali=
ud dei donū nō ꝑducit ad deū. Ecce h̄
aperitꝛ qd̄ ſupra dictū erat. ſ. ꝙ charitas ſit
ſpūſſanctus: ⁊ donum excellentius. ⁊ quō
hoc donum. i. ſpūſſanctus detꝛ nobis. ſ. cū
ita impartitꝛ alicui. i. ita habet eſſe i aliquo
vt eum faciat dei ⁊ proximi amatorē. Qd̄
cum facit: tunc aut dari dicitur ſiue mitti
alicui: ⁊ tūc ille dr̄ ꝓprie habere ſpm̄ ſctm̄.

Quō ſpūſſanctus detur: h̄ notatur.

Predicte autoritatis colligit ſummam.

Utrum cōcedēdum ſit ꝙ ſpiritusſanctꝰ augeatꝛ in hoīe. vel magis vel minꝰ habeatꝛ vel detur. g

Hic queritur ſi caritas ſpiritusſanctus eſt: cum ipſa augeatꝛ
⁊ minuatur in homine ⁊ magis ⁊ minus ꝑ
diuerſa tempora habeatur. vtrum conce=
dēdum ſit ꝙ ſpiritusſanctus augeatur vel
minuatur in homine ⁊ magis ⁊ minus ha
beatur? Si enim in homine augeretꝛ. ⁊ ma
gis vel minus datur ⁊ habetur: mutabilis
eſſe videtur. deus autem omnino immuta
bilis videtur. Uidetur ergo ꝙ vel ſpiritus
ſanctus non ſit charitas. vel charitas non
augeatur vel minuatur in homine. Item
charitas ⁊ non habenti datur vt habeat. ⁊
habenti vt plenius habeat. Si ergo ſpiri=
tusſanctus charitas eſt ⁊ non habenti daꝛ
vt habeat. ⁊ habenti vt plenius hēat Sed
quō datur non habenti. cum ipſe vt deus
ſit vbiꝗ. ⁊ in omnibus creaturis totus. et
quō pleniꝰ daꝛ vel habeꝛ ſine ſui mutatōe.

An ſpūſſctūs detꝛ hn̄ti et nō habenti.

Rn̄ſio ad primā queſtionem. h

His ita reſpondemus dicentes ꝙ ſpūſſanctus ſiue charitas
penitus immutabilis eſt. nec in ſe augetur
vel minuitꝛ. nec in ſe recipit magis vel mi/
nus. ſed in homine: vel potius homini au/
getur ⁊ minuitur. ⁊ magis vel minus daꝛ
vel habetur. ſicut deus dicitur magnifica=
ri ⁊ exaltari in nobis qui tamē in ſe nec ma
gnificatur nec exaltatur. Unde propheta.
Accedat homo ad cor altum ⁊ exaltabitur
deus. Super quē locū ait autoritas. Deꝰ
non in ſe: ſed in corde hoīs grandeſcit Sic
ergo ſpiritusſanctus homini daꝛ. ⁊ datus
amplius datur. id eſt augetꝛ. ⁊ magis ⁊ mi
nus habetur. ⁊ tm̄ immutabilis exiſtit.

Hic ponit illius dubij ſolutōꝫ

Reſponſio ad ſecundam. i

Cūqꝫ vbiqꝫ ſit. et in omni creatura totus: ſunt tm̄ multi ꝗ eū
non habent. Non enī omnes ſpiritumſan/
ctum habent in quibus eſt: alioquin ⁊ irra
tionabiles creature haberent ſpiritumſan
ctum. quod fidei pietas non admittit.

Autoritate confirmat vtranꝗ reſpōſionem. k

Ut autem certius fiat qd̄ diximus: autoritate confirmamus
Qꝛ ſpūſſanctus magis ac minus ꝑcipiaꝛ ⁊
homi augeaꝛ. ⁊ non hn̄ti detꝛ. ⁊ hn̄ti vt plꝰ
habeaꝛ Augu. oſtendit ſup Ioh. dicens.
Sine ſpūſſancto conſtat nos xp̄m non dili
gere: ⁊ eius mandata ſeruare nō poſſe. ⁊ id
nos poſſe atꝗ agere tanto minus ꝗto illū
ꝑcipimus minus. tanto vero amplius ꝗto
illum ꝑcipimus ampliꝰ Ideoꝗ nō ſolum
non hn̄ti. verū etiam hn̄ti non incaſſum ꝓ/
mittitꝛ. Nō habenti ꝗdem vt habeaꝛ. hn̄ti
aūt vt ampliꝰ habeaꝛ. Nā ſi ab alio minꝰ:
⁊ ab alio amplius nō haberetꝛ: ſctūs Hely
ſeus ſancto Helye nō diceret Spūs ꝗ ē in
te: duplo ſit in me. Xp̄o aūt ꝗ eſt dei filius
nō ad menſurā datus eſt ſpūs Neꝗ enī ſi/
ne grā ſpūſſancti eſt mediator dei ⁊ hoīm
hō xp̄s. Qꝛ enī ē vnigenitꝰ dei filiꝰ equalis
pr̄i: nō eſt grē ſꝫ nature. Qꝛ aūt in vnitatē ꝑ
ſone vnigeniti aſſumptꝰ eſt hō: grē eſt: nō
nature. Ceteris aūt ad menſurā daꝛ: ⁊ da/
tus additꝛ: donec vnicuiꝗ pro mō ſue ꝑfe=
ctionis ꝓpria menſura compleaꝛ. Ecce ex
preſſe habes ꝙ ſpūſſanctꝰ magis ⁊ minus
daꝛ vel accipitꝛ. ⁊ hoī datꝰ augetꝛ. ⁊ hn̄ti ⁊

Hic ponit cōfirmatiōꝫ ꝑdicte ꝯcluſiōis.

nõ hñti daꝛ. qꝛ ſpũſſctũs eſt charitas q̃ nõ
habenti daꝛ: ⁊ in habente augeꝛ ⁊ proficit
Immo vt veriꝰ ⁊ magis ꝓꝑe loquar: hõi
ea ꝓficit: ⁊ deficit aliqñ. ⁊ tũc ipſa dꝛ profi-
ficere vel deficere. q̃ tñ nec proficit nec defi
Auguſti. cit in ſe. qꝛ deus eſt. Uñ Augu in omẽ. ix.
ſupeplam Joh ait. Probet ſe quiſqꝫ q̃tuz
in illo ꝓfecerit charitas: vel potius q̃tum
ipſe in charitate profecerit. Naz ſi charitas
deus eſt. nec deficit nec proficit. Sic ergo
in te proficere dicitur charitas. quia tu in
ea proficis. Ecce quomodo intelligendum
ſit cũ dicitur ſpirituſſanctus augeri in no-
bis. qꝛ nos in eo. ſ. ꝓficimꝰ ſic ⁊ alia hmõi.

Q aliqui dicunt ſpũm ſanctum nõ
eſſe charitatem qua diligimꝰ deũ
et proximum. l

Supra dictũ ẽ qꝺ
ſpũſſanctus charitas eſt pr̃is ⁊ filij q̃ ſe in-
uicem diligũt ⁊ nos: ⁊ ipſe idem eſt chari-
tas que diffundiꝛ in cordibus nr̃is ad dili-
gendum deũ ⁊ proximum. Hoꝝ alteꝝ om
nes catholici ꝯcedũt. ſ. ꝙ ſpũſſanctꝰ ſit ca-
ritas patris ⁊ filij. Q aũt ipſe idem ſit chari
tas qua diligimꝰ deũ ⁊ proximũ a pleriſqꝫ
Autoritates q̃ videꝛ ꝓ eis facere. negaꝛ. Dicunt eni. Si ſpũſſanctus chari-
tas eſt patris ⁊ filij ⁊ noſtra. eadem ḡ chari
tas eſt qua deus diligit nos. ⁊ q̃ nos dili-
gimus eũ Hoc aũt ſanctorum autoritates
Auguſti. negare videnꝛ. Dicit eñ Aug. in li. de ſpi
ritu et lr̃a. Uñ eſt dilectio: niſi vñ ⁊ ipſa fi-
des. i. a ſpũſancto. Non eſſet eñ in nob: ni
ſi diffunderetꝛ in cordibꝰ ꝑ ſpm̃. Charitas
aũt dei dicta eſt diffundi in cordibꝰ nr̃is.
nonq̃ nos ipſe diligit: ſed q̃ nos facit dile-
ctores ſuos. Sicut iuſticia dei dꝛ q̃ nos iu
ſti eius munere efficimur. et domini ſalus
q̃ nos ſaluat. ⁊ fides xp̄i q̃ nos fideles fac̃.
His verbis videꝛ monſtrari diſtinctio in-
ter charitatez qua nos deus diligit: ⁊ qua
nos diligimus. Et ſicut iuſticia noſtra di-
citur dei. nõ ꝙ ipſe ſit ea iuſtus. ſ3 qꝛ ea nos
iuſtos facit. Similiꝛ ⁊ fides ⁊ ſalus. ſic vi-
detur dicta dei charitas q̃ eſt in nob. nõ ꝙ
Auguſti. ipſe ea diligat. ſed qꝛ ea nos diligere facit.
De h̄ etiã idẽ. Aug. in. li. xv. de trini. ait.
Cũ Johes cõmemoraſſet dei dilectionem
nõ qua nos eũ: ſ3 qua ipſe dilexit nos: ⁊ mi-
ſit filiũ ſuũ liberatorẽ pro pctis nr̃is. Ecce
⁊ hic videꝛ manifeſte diuidere dilectionez
Ex ꝟbis autoritatum argumentando ꝓcedit. q̃ nos diligimus deũ ab ea qua ipſe diligit
nos. Si ergo inquiunt ſpirituſſanctus
dilectio eſt qua deus diligit. ⁊ qua nos di-
ligimus duplex dilectio eſt. immo duo di-
uerſa eſt quod abſurdum ⁊ ea veritate lon
ge eſt. Non eſt ergo dilectio qua diligimꝰ
ſed qua deus tm̃ diligit nos.

Reſponſio ad predicta determi-
nans autoritates. m

His reſpõdemus
ꝑdictarũ autoritatũ ꝟba determinãtes h̄
mõ. Charitas dei dicta eſt diffundi in cor-
dibus nr̃is. non q̃ ipſe nos diligit: ſ3 q̃ nos
diligere facit ⁊c̃. His ꝟbis nõ diuidiꝛ: nec
diuiſa oñdiꝛ charitas q̃ deꝰ nos diligit ab
ea qua nos diligimus: ſ3 potius cũ ſit vna
⁊ eadez charitas. ⁊ dicaꝛ ipſa dei charitas
⁊ diuerſis de cauſis ⁊ ratiõibꝰ dei charitas
appellari in ſcriptura oſtendiꝛ. Diciꝛ eniz
dei charitas. vel qꝛ deus ea diligit nos vł
quia nos ea ſui dilectores facit.

Determiatio prime autoritatis. n

Cum ergo ab apo-
ſtolo dꝛ charitas dei diffundi in cordibus
nr̃is: nõ eſt dicta charitas dei qua diligit
nos. ſed qua facit nos diligere. i. nõ ibi ap-
pellaꝛ charitas dei: eo ꝙ deus nos ea dili-
git: ſ3 eo ꝙ nos ea ſui dilectores facit. Et ꝙ
ea ratiõe poſſit dici charitas dei: quia nos
ea diligere facit: ex ſimili genere locutõnis
oſtendit: ſicut dꝛ iuſtitia dei qua nos iuſti-
ficat. ⁊ domini ſalus qua nos ſaluat. et fi-
des chriſti qua nos fideles facit.

Determinatio ſecunde. o

Similiter et aliam
exponimus autoritatẽ: vbi ait dilectionez
dei cõmemorari: non q̃ nos eũ: ſ3 q̃ ipſe dile
xit nos. ac ſi diceret: cõmemorat dilectio-
nem dei: nõ ſm ꝙ ea nos diligimus deum
ſed ſm ꝙ ipſe ea diligit nos.

Aliud obijciunt. p

Sz aliud ẽ inqui-
unt qꝺ magis vrget: dixit eni ſupra Aug.
ꝙ dilectio eſt a ſpũſancto: a quo fides. Si-
cut ḡ fides nõ eſt ſpũſſanctus a quo eſt: ita
nec charitas. Quõ ḡ ſpũſſanctꝰ ẽ ſi ab ipſo
eſt. Nã ſi ab ipſo eſt: ⁊ ipſe eſt. ḡ ſpirituſſan
ctus a ſe ipſo eſt. Ad qꝺ dicimꝰ. Spũſſan Reſponſio
ctus q̃dem a ſeipſo non eſt: ſ3 tñ a ſeipſo daꝛ
nobis: vt ſupra dictũ eſt. Dat eñ ſeipſum
nobis ſpũſſanctus. Et ex hoc ſenſu dictuz
eſt: ꝙ charitas ab ipſo eſt in nob. ⁊ tñ ipſa
ſpũſſanctus eſt. Fides aũt eſt a ſpũſancto

⁊ nõ eſt ſpũſſanctus. q꞉ donum vel datum ſolummodo eſt: non deus dans.

Ꝙ alias inducunt rõnes ⁊ autoritates ad idem probãdum. q

Alias quoqꝫ inducunt rationes ad idem oſtẽdendũ. ſ. ꝙ charitas non ſit ſpũſſanctus. q꞉ charitas affectio mẽtis eſt ⁊ motus animi. ſpũſſctũs vero nõ eſt affectio animi vł mot⁹ mẽtis q꞉ ſpũſſctũs imutabił ẽ ⁊ icreat⁹ Nõ ġ charitas.

Ꝙ charitas eſt motus vel affectio animi. r

Qđ autẽ charitas ſit affectio animi ⁊ mot⁹ mentis: autoritatibus ꝯfirmant. Dicit eni Aug. in. iij. lib. de doctrina xpiana. Charitatez voco motum animi ad fruẽdũ deo ꝓpt̃ ipm. ⁊ ſe ac proximo ꝓpt̃ deũ. Idẽ in li. de morib⁹ eccłe catholice: tractans illud verbum apoſtoli Nec mors nec vita poterit nos ſeparare a charitate dei. Charitas dei inq̄t dicta eſt vtus q̄ animi noſtri rectiſſima affectio ẽ: q̄ ꝯiũgit nos deo q̄ eũ diligim⁹ Ecce his verbis exprimit̃: ꝙ charitas ẽ affectio ⁊ mot⁹ animi. ac ꝑ h̃ nõ videt̃ eſſe ſpũſſanctus. — Auguſti.

Reſponſio determinans autoritates. s

Ad quod dicimus h̃ ita dictũ eſſe ſicut đr. De⁹ eſt ſpes nr̃a et patia nr̃a. q꞉ facit nos ſperare ⁊ pati. Ita charitas đr eẽ mot⁹ ſiue affectio animi q꞉ ꝑ eã mouet̃ ⁊ afficit̃ anim⁹ ad diligendũ deũ Nõ aũt mireris ſi charitas cũ ſit ſpũſſcũs dicat̃ mot⁹ mẽtis: cũ etiã in li. Sap. dicat̃ de ſpũ ſapie: q̄ attigit a fine vſqꝫ ad finẽ. q̄ ẽ act⁹ mobił cert⁹. incoinq̄nat⁹ Qđ nõ iđ đr ꝙ ſapia ſit mobile aliq̄d vel act⁹ aliq̄s. ſed q꞉ ſui imobilitate oia attingit nõ locali motu. ſꝫ vt vbiqꝫ ſp ſit. ⁊ nuſqꝫ incluſa teneat̃. Sic ġ charitas đr motus animi: nõ ꝙ ipa ſit mot⁹ vel affectio vel vtus animi. ſꝫ q꞉ ꝑ eã q̄ſi eſſet vtus: afficit̃ mẽs ⁊ mouet̃. Sꝫ ſi charitas ſpũſſanct⁹ eſt q̄ opatur in ſingulis ꝓut vult. cũ ꝑ eum mẽs hois afficiat̃ ⁊ moueat̃ ad credendũ vł ſperandũ ⁊ hmõi ſicut ad diligendũ. Quare nõ ſic đr charitas mot⁹ vel affectio mẽtis ad credendũ: vł ſperandũ ſicut ad diligendũ? Ad qđ ſane dici põt. q꞉ alios act⁹ atqꝫ mot⁹ virtutũ opat̃ charitas. i. ſpũſſanct⁹ mediantib⁹ virtutib⁹ quaꝝ actus ſunt vtpote actũ fidei. ſ. credere fide media. ⁊ actum ſpei. i. ſperare media ſpe. Per fidẽ em̃ ⁊ ſpez p̃dictos operatur actus. Diligendi vero actũ ꝑ ſe tm̃: ſine alicuius vtutis medio opatur. id. ẽ diligere. Alit̃ ġ hunc actũ opatur q̄ꝫ alios virtutũ act⁹. Iđqꝫ different̃ de h̃ ⁊ de alijs loquit̃ ſcp̃tura q̄ iſtũ ſpẽalit̃ charitati tribuit Eſt ġ charitas vere ſpũſſanct⁹. Vñ Aug. ꝓmiſſum vbum apoſtoli tractãs in codez li. charitatẽ dicit eſſe bonũ. quo nil melius eſt. ⁊ per hoc ipam eſſe deum ſignificat dicens. Si nulla res ab eius charitate nos ſeparat. quid eſſe non ſolum melius: ſed etiam certius hoc bono poteſt? Ecce dicit q꞉ charitate nihil melius eſt. Charitas ergo ſpirituſſanctus eſt qui deus eſt: et donum dei ſiue datũ. qui diuidit ſingulis fidelib⁹ dona: nec ipſe diuiditur: ſed indiuiſus ſingulis datur. Unde Auguſti. vbi Johannes dicit non ad menſuram xp̃o dari ſpiritum ait. Ceteris vero diuiditur: non quidem ipe ſpiritus: ſed dona eius.

An cõcedendum ſit ꝙ per donum dentur dona. t

Hic queritur cum ſpũſſanct⁹ ꝑ quẽ diuiduntur dona ipſe ſit donum. vtrum concedẽdum ſit ꝙ ꝑ donũ diuidãtur ac dent̃ dona? Ad qđ dicim⁹ q꞉ ꝑ donũ quod eſt ſpũſſanctus: ſingulis ꝓpria diuiduntur ⁊ ipm cõmunit̃ oẽs boni habent. Unde Aug. in. xv. li. de trini. ait. Per donũ quod eſt ſpũſſanctus in cõmune oibus mẽbris xp̃i: multa dona q̄ ſunt q̄buſqꝫ propria diuiduntur. Nõ eniꝫ ſinguli quiqꝫ hñt omnia. ſꝫ hi illa: alij alia. Quis ipm donũ a q̄ cuiqꝫ ꝓpria diuiduntur omnes habeant. id eſt ſpiritumſanctuꝫ Aperte dicit per donum dona donari. — Auguſti.

Iſta eſt diſtinctio decimaſeptima

In qua magiſter poſtq̄ꝫ egit de miſſiõe ſpũſſcti viſibili ſub ſpeciebus creatis agit de miſſiõe eius inuiſibili per infuſionẽ charitatis. Et tria pͥcipaliter facit Primo enĩ oſtendit q̄d charitas ſꝫm eſſentiam dicat̃ Scđo ſubdit quõ in nobis augeat̃. Tertio ꝯcludit quõ actum dilectionis in nobis operat̃. Primum facit vſqꝫ ibi. Hic queritur ſi ſpũſſanctus charitas eſt. Secundũ ab inde vſqꝫ ibi. Supra dictum eſt ꝙ ſpirituſſanctus eſt charitas. Tertium vero vſqꝫ ad fineꝫ diſtinctionis. ⁊ hec in generali. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribus ꝓpõnibus. quaꝝ prima eſt. Spũſſanctus exiſtens charitas quadeũ ⁊ ꝓximuꝫ diligimus. tunc nobis inuiſibilis mittit̃ vel dat̃ cum talem dilectionem in nobis efficit vel operatur Et ꝓbatur ſic. Sola charitas que facit nos in deo manere ⁊ deuꝫ in nobis: eſt maximũ dei donũ. ſpirituſſan

ctus qui eſt maximum dei donum facit deum eſſe in nobis ⁊ nos manere in deo. igiẗ ſolus ſpũſſanctus ẽ charitas. Hanc ſententiã magiſter ponẽs in lr̃a diẗ. ꝙ ſpũſſanctus qui tẽporaliter miſſione datur inuiſibili: eſt charitas qua deum ⁊ ꝓximum diligimꝰ. Et tunc inuiſibiliter mittitur vel datur cum huiuſmodi dilectione dei ⁊ proximi in nobis occulte operatur. Et hoc probat magiſter autoritate beati Auguſtini Poſtea magiſter excludit inſtantiam qua poſſet dici deum eſſe charitatem. ⁊ hoc debere intelligi ꝑ cauſalitatem: ſicut etiam dicitur Deus eſt patiẽtia nr̃a ⁊ ſpes noſtra. quia patientiã ⁊ ſpem in nobis operaẗ ⁊ cauſat. ſic etiam dici debeat deum eſſe charitatem id eſt charitatem in nobis cauſans. Sed hoc remouet magiſter ⁊ dicit ꝙ hoc nomen cõſonat ſacre ſcripture in qua bene reperitur. Deus patientia mea et ſpes mea. ſed nullibi inuenitur dictum. Deus charitas mea. vel aliquid talium ſed ſimpliciter dicitur. Deus charitas eſt. quod non fieret niſi eſſentialiter charitas eſſet. Secunda propoſitio eſt hec. Spiritũ ſanctũ qui charitas eſt in nobis augeri vł minui ſm ꝙ in ipo ꝓficimus vel deficimus nullatenus catholice eſt negandũ. Et probatur ſic. Illud catholice ꝺ deo non negaẗ quod cõuenienti ſimilitudine in ſacra ſcriptura cõceſſum cõmuniter reperitur. ſed ſpũmſanctũ in nobis augeri vel minui ſm qꝺ in ipo ꝓficimus vel deficimꝰ ẽ hmõi. igiẗ illud catholice nõ negaẗ. Argumentũ apparet euidens ⁊ maior: ſed minoris ꝓbationẽ mgr̃ ponit in textu. vbi obijcit ꝯtra ſniam in pma ꝓpoſitione. ſ. ꝙ ſpũſſanctꝰ ſit charitas. ſeqꝗtur ꝙ ſicut charitas augereẗ in homĩe. ⁊ nõ habẽti dareẗ vt eã habeat. ⁊ hñti vt plenius eã habeat. ſic etiã ſpũſſanctꝰ augereẗ ⁊ minuereẗ in hoĩe. ⁊ dareẗ non hñti. q̃ omnia ſunt incõuenientia: vt apparet: eo ꝙ videreẗ ponere mutationẽ in deo. ⁊ ipum non eſſe vbiꝙ. Ad quã mgr̃ rñdet dĩ. ſpũſſanctus qui charitas ſine oĩ mutatione augeri vel minui: ⁊ dari nõ hñti diciẗ. qꝛ nõ recipit magis aut minꝰ in ſe eſſentialiter: ſꝫ ĩ hoĩe. ⁊ nõ augeẗ nec minuiẗ ſibi. ſed potius ipi hoĩ: vel in ipo hoĩe a quo magis vel minꝰ habeẗ. ſic diciẗ etiam in nobis magnificari vel exaltari licet tñ in ſe magnificeẗ vel exalteẗ. Diciẗ etiã dari nõ habenti: nõ ꝙ alicubi veniat vbi p̃us nõ fuit. qꝺ eẽ nõ põt cũ ſit vbiꝙ. ſed qꝛ alio mõ alicubi eſſe incipit q̃liter ibi prius non fuit. Poſtea adducit plꝛes autoritates q̃bus ꝓbat ſpũſctm̃ ab aliq̃bus magis ⁊ ab aliq̃bus minus haberi. exemplificãs illud ꝑ Helyſeum ꝓphetam qui duplicẽ Helye petijt ſpm̃. Per alias etiam autoritates ꝓbat ꝙ ꝟtus dꝛ ꝓficere eo ꝙ hõ in ea ꝓficit. Tertia ꝓpõ eſt. Spũſſctũs actũ diligẽdi ꝑ ſeipm̃ ſine ꝟtute media in nobis operaẗ. Et ꝓbaẗ ſic. Et eodẽ argumẽto arguit ꝯtra prius dicta. ſ. ꝙ ſpũſſctũs diciẗ charitas. ⁊ arguit ſic Dilectio qua nos diligimus deũ non eſt dilectio qua deus diligit nos. igiẗ charitas q̃ nos diligimus deũ nõ ẽ ſpũſſanctus. ꝯña tenet ꝑ tãto ꝙ dilectio q̃ nos diligit deus eſt ſpũſſctũs. ⁊ ergo illa qua nos diligimus deũ nõ ẽ illa q̃ deus diligit nos. ſequiẗ noſtram charitatẽ nõ eſſe ſpm̃ſctm̃. Aſſumptum ꝟo pꝫ per autoritatẽ btĩ Auguſtini que hr̃. ix. c. huiꝰ diſtinctiõis. Ad argumentũ rñdet magiſter negando añs. Ad autoritatem beati Auguſtini rñdet magiſter ꝙ. b. Augꝰ noluit dicere illis ꝟbis ꝙ alia eſſet charitas q̃ deus diligit nos. ⁊ alia qua nos diligimus deũ. Sed voluit dicere ꝙ nomen charitatis cõuenit deo nõ ſolum qꝛ ipſe diligit nos. ſed etiam qꝛ nos ꝑ ipam ſui dilectores facit. Secũdo obijcit ꝯtra idē. Nihil eſt a ſeipo ſed charitas eſt ab ipſo ſpirituſancto. igiẗ charitas non eſt ipſe ſpũſſanctus. Minorẽ ꝓbat mgr̃ autoritate Auguſtini dicentis ꝙ dilectio qua deũ diligimꝰ eſt a ſpũſancto: ſicut fides qua in deum credimus. Ad qꝺ rñdet mgr̃ dicens ꝙ nõ eſt incõueniẽs idem eſſe a ſeipſo nõ ſimpliciter. ſed qꝛ a ſeipſo daẗ nobis Et quantũ ad hoc dicit. b. Augꝰ ꝙ charitas a ſpũſctõ eſt. ⁊ ipſa charitas eſt ſpũſſanctus. Fides autē qꝛ nõ eſt deꝰ dans. ſed aliq̃d a deo datũ. Tertio obijcit Nulla affectio eſt eſſencialiẗ ſpũſſctũs. ſꝫ charitas q̃ nos deũ diligimꝰ eſt affectio animi. igiẗ nõ eſt ſpũſſanctꝰ. Minor eſt. b. Auguſti. dicẽtis. Charitatẽ voco motũ animi ⁊c̃. Et reſpondet magiſter dicens ꝙ charitas ideo diciẗ motus animi. qꝛ nos ad diligendum effectiue mouet. Nec miruꝫ eſt ꝙ charitas q̃ ſpirituſſanctꝰ eſt diciẗ motꝰ animi. cum de ipo diuina ſapientia dicatur ꝙ ſit nobilior omnibus mobilibus. Iſtis autem ſic poſitis magiſter ſoluit duas q̃ſtiões Quarum vna ſumiẗ ex reſponſiõe iam vltimo dicta Nam ex quo charitas mouet mentẽ ita bene ad credendum ⁊ ad ſperandum ſicut ad diligendum. quare non ita bene dicitur affectio mentis ad credendũ ad ſperandum ſicut ad diligendũ? Reſpondet magiſter ꝙ hoc non põt fieri ideo. quia charitas ſiue ſpũſſanctus alios actus ⁊ motus virtutum operaẗ mediantibus habitibus infuſis. vtpote credere mediante habitu fidei. ſpare mediante habitu ſpei. ſed actũ diligendi ꝑ ſe ſine quocũꝙ habitu operatur. Alia q̃ſtio Vtrum per donũ qꝺ eſt ſpũſſanctus dentur alia oĩa dona? Et reſpondet ꝙ ſic. ⁊ tñ non oẽs qui hñt ſpm̃ſanctũ habent omnia dona. ſed aliqui illa. aliq̃ iſta. ⁊ ſic de alijs. Et p̃dicta opinio magiſtri non tenetur nec debite ſoluit obiectionem. igitur ⁊c.

Vtrum eadem ratõne ſpũſſanctꝰ dicatur donum et datum ſiue donatum. a

P DI. XVIII

Reterea diligenter conſiderandum eſt cũ ſpũſſanctus dicatur donũ et datum. vtrum ⁊ eadem ratione vtrumꝙ nomen ei conueniat: quod vtiꝙ videri poteſt.

Quare ita eſſe videtur. b

Cum eniꝫ idem ſit ſpũmſanctum dari: ⁊ ſpũmſanctum donari. ex eadem ratiõe videtur ſpũſſanctus dici datum ⁊ donũ. Hoc etiã videtur. Aug. ſignificare in. xv. li. de trini. cum ait. Spirituſſanctus in tantũ donuꝫ dei eſt in quantũ datur eis q̃bꝰ datur. apud ſe aũt deꝰ eſt ⁊ ſi nemi datur. Ecce apte dicit ſpũmſctm̃ donũ appellari: qꝛ datur. Si aũt ex eo tantũ appellatur donũ: qꝛ datur. nõ ab eterno fuit donum: qꝛ nõ datur niſi ex tempe. Auguſti.

Rñſio quare datum ſiue donatuꝫ dicatur ſpirituſſanctus. c

Ad quod dicimus qꝛ ſpũſſanctus ⁊ donũ dꝛ ⁊ datum ſiue donatum. ſꝫ datũ ſiue donatũ ex eo tm̃ diciẗ. qꝛ datur vł donatur. qꝺ habet tm̃ ex tpe.

Hic quare donum. d

Donum vero dici

tur nõ ex eo tm̃ ꝙ doneť. ſ; ex ꝓpetate quã
habuit ab eterno. vñ ⁊ ab eť'no fuit donũ.
Sempiťne em̃ donũ fuit nõ q; dareť: ſ; q;

Quid ſit filio eſſe a patre et ſpũſancto.

ꝓceſſit a pr̃e ⁊ filio. Vñ Aug. in. iiij. li. de
tri. ait. Sic natũ eſſe ẽ filio a pr̃e eſſe. ita ſpi
rituiſctõ donũ dei eſſe ẽ a pr̃e ꝓcedere et a
filio. Hic apte oñdiť ꝙ ſpũſctũs eo donũ
eſt ꝙ ꝓcedit a pr̃e ⁊ a filio. ſicut fili⁹ eo eſt
a pr̃e ꝙ nat⁹ ẽ ab eo. Nõ eni idẽ ẽ filio eẽ a
pr̃e ⁊ ſpũiſancto. i. nõ ea ꝓ prietate fili⁹ dici
tur eſſe a pr̃e q̃ ſpũſctũs. Nã fili⁹ diciť eẽ a
pr̃e: q; genit⁹ ẽ ab eo. Spũſctũs vero dr̃ eẽ
a pr̃e ⁊ a filio. q; ſpũſanctus ẽ donũ pr̃is
⁊ filij. i. q; ꝓcedit ab vtroq;. Eo eni dr̃ ſpi/
ritus quo donũ. ⁊ eo donũ quo procedẽs.

Auguſti.

Vñ Aug⁹. in. v. li. de tri. ait. Spũſctũs q̃
nõ ẽ trinitas: ſ; in trinitate intelligiť. in eo
ꝙ ꝓpe dr̃ ſpũſanct⁹: relatiue diciť: cũ ⁊ ad
pr̃em ⁊ filiũ referť. q; ſpũſanctus ⁊ pr̃is ⁊
filij ſpũs eſt: ſ; ip̃a relatio nõ apparet in hoc

Eo dr̃ ſpũſãctus quo donum. ⁊ eo donum quo procedens.

noie. Apparet aũt cũ dr̃ donũ dei. donũ
eſt eni patris ⁊ filij. q; ⁊ a pr̃e ꝓcedit ⁊ a fi-
lio. Ecce his verbis apte oſtendiť eadem re
latione dici ſpũmſanctũ ⁊ donũ. Donum
aũt q; ꝓcedit a patre ⁊ filio. Propetas er
go q̃ diciť ſpũſanctus vel donum: ꝓceſſio
ip̃a eſt. de q̃ poſt pleni⁹ agemus cum alijs
Cũ g̊ ab eterno proceſſerit ab vtroq; ⁊ ab
eterno donũ fuit. Nõ g̊ ſpũſanctus eo tm̃
dr̃ donum: q; donať. Nam ⁊ añ fuit donũ

Q̃ ſꝑ ꝓcedit ſpũſanctus.

q̃ȝ donareť. Vñ Augu. in. v. li. de tri. Sp
ſpũſanctus ꝓcedit. ⁊ nõ ex tẽpe: ſ; ab eter-
nitate ꝓcedit. Sed q; ſic ꝓcedebat vt eſſet
donabile: iam donũ erat añq̃ȝ eſſet cui dõa
retur. Aliť em̃ intelligiť cum dr̃ donũ: aliť
cum dicitur donatũ. Nam donum põt eſſe
etiam anteq̃ȝ detur. donatum autem niſi
datum fuerit nullo modo dici poteſt Sem
piterne ergo ſpiritus eſt donum tempora-
liter autem donatum. His verbis aperte
oſtenditur: ꝙ ſicut ſpirituſſanctus ab eter/
no procedit. ita ab eterno donum eſt: non
quia donaretur a patre filio. vel a filio pa/
tri: ſ; q; ab eterno proceſſit donabilis.

Queritur cui donabilis. e

Sed queritur cui

donabilis vtrũ pr̃i ⁊ filio. an tm̃ nob q̃ nõ/
dũ eram⁹? Si aũt nõ erat donabilis pr̃i ⁊
filio ſed tm̃ nobis. ⁊ ex eo donũ erat. q; ſic
donabilis ꝓcedebat. videť ꝙ fili⁹ ſemꝑ ea
dem ratiõe donũ fuerit. q; ab eterno ꝓceſ/
ſit a patre donabilis nobis in tp̃e. Nam et
de filio legitur ꝙ datus eſt nobis. Ad qđ
dicim⁹: q; ſpũſanctus nobis tm̃ nõ patri
vel filio donabil' ꝓceſſit: ſicut ⁊ nobis tan-
tum datus eſt. Et fili⁹ vere dat⁹ eſt nobis:
⁊ ab eť'no proceſſit a pr̃e. nõ vt donabil' tã/
tum: ſed vt genitus qui ⁊ donari poſſet.

Proceſſit g̊ vt genit⁹ ⁊ donabilis: ſ; ſpũſ-

Qđ fili⁹ ꝓceſſit vt genitus et donabilis. ſpũſanct⁹ vero vt donũ ⁊ donatuȝ. ⁊ q; ꝓcedit ab vtroq;. ⁊ q; donabilis eſt.

ſanctus nõ procedit vt genitus: ſed tantuȝ
vt donũ. Donum aũt ſemꝑ fuit. nõ ſolum
quia donabilis: ſed quia ab vtroq; proceſ/
ſit: ⁊ quia donabilis fuit. Unde Auguſti.
in. v. libro. de trinita. ait. Eoip̃o ꝙ datur⁹
erat eum deus: iam donum erat etiam an/
teq̃ȝ daretur. Et ideo donabilis eſt. ſed ali
ter donabilis: q̃ȝ filius. Nam ⁊ aliter dat⁹
⁊ aliter proceſſit q̃ȝ filius. Filij enim proceſ
ſio genitura eſt: vl' natiuitas. Spirituſſan
cti vero proceſſio natiuitas non eſt. vtraq;
vero ineffabilis eſt.

Q̃ ſicut fili⁹ naſcendo accepit non
tantum vt eſſet fili⁹. ſed etiã eſſen
tia. ita ⁊ ſpũſanctus ꝓcedẽdo ac-
cepit non tm̃ vt eſſet donum. ſed
etiam vt eſſet eſſentia. f

Et notãdum qđ ſi-

cut filius naſcendo accepit: non tm̃ vt fili⁹
ſit ſ; oino vt ſit. ⁊ vt ip̃a ſubſtãtia ſit: ita et
ſpũſanctus a patre ⁊ filio procedẽdo acce
pit: non tm̃ vt ſpũſanctus ſit vel donuȝ. ſ;
etiam vt omnino ſit: ⁊ vt ſb̃a ſit. quod vti/
q; nõ accepit ex eo quo dať. Nam cũ non
deť niſi ex tp̃e: ſi h̃ haberet ex eo ꝙ datur:
accepiſſet g̊ ex tempe vt eſſet. Unde Aug.

Auguſti.

in. v. li. de trini. Filius non hoc tm̃ habet
naſcendo vt ſit filius: ſed oino vt ſit. Que-
ritur ergo: vtrum ſpũſanctus eo ꝙ datur
habeat non tantũ vt donum ſit: ſed omni/
no vt ſit? Quod ſi non eſt niſi quia datur.
id eſt ſi non habet eſſe: niſi eo ꝙ dať. Sic fi
lius naſcendo habet nõ tm̃ vt ſit filius qđ
relatiue diciť. ſ; omnino vt ſit ip̃a ſubſtan-
tia: quomodo iam ſpũſanct⁹ erat ip̃a ſub/
ſtantia: cum nõ prius dareť q̃ȝ eſſet cui da
retur. Non ergo eo ꝙ datur: ſed ꝓcedẽdo
habet vt ſit donuȝ: ⁊ vt ſit eſſentia. ſicut fi
lius non eo ꝙ datus eſt: ſed naſcendo acce
pit: non tantum vt ſit filius. ſed vt ſit eſſen
tia. Unde Auguſtinus in. xv. libro de tri/

Auguſti.

nitate ait Sicut filio preſtat eſſentiam ſine
initio tẽporis. ſine mutabilitate nature de
patre generatio Ita ſpũiſancto p̃ſtat eſſen

tiam ſine vllo initio tempis. ſine vlla muta bilitate nature de vtroq; proceſſio.

Queſtio ex predictis videt̃ q̃ filius non tm̃ ſit filius natiuitate. ſed etiam. eſſentia de ſimili ⁊ ſpirituſ ſanctus proceſſione. g

Hic oritur queſtio

Si filius naſcendo h3 non tm̃ vt ſit filius: ſed vt ſit eſſentia: ⁊ ſpũſſanctus ꝓcedendo non tm̃ vt ſit donũ. ſ3 vt ſit eſſentia. ğ ⁊ fili⁹ natiuitate eſſentia eſt. ⁊ ſpũſſãct⁹ ꝓceſſione eſt eſſentia. cum alibi dicat̃ q̃ nec pater eo pater eſt quo deus. nec filius eo filius quo deus. nec ſpũſſanctus eo donum quo de⁹.

Auguſti.

Quia vt ait Aug. in. vij. lib. de trini. His nomibus relatiua eorũ oſtendunt̃: non eſſentia. vnde poſt plenius agemus.

Reſpõſio.

Ad qd̃ breuiter reſpondentes dicimus: q2 nec fili⁹ natiuitate eſſentia eſt: ſed tm̃ fili⁹. Nec ſpirituſſanctus ꝓceſſiõe eſſentia eſt. ſ3 donu3 tm̃. ⁊ tm̃ vterq; ⁊ ille naſcendo: ⁊ iſte ꝓcedendo accepit vt eſſet eſſentia.

Hylarius.

Non em̃ vt ait Hilarius in. v. li. de trini. ꝑ defectionẽ aut ꝓtenſionẽ aut deriuationẽ ex deo de⁹ eſt. ſed ex ꝟtute nature in naturam eande3 natiuitate ſubſiſtit fili⁹. ⁊ ex ꝟtute nature i naturã eandẽ ꝓceſſione ſubſiſtit ſpũſſctũs

Exponit verba Hylarij. h

Quod ita intelligi

poteſt. Ex patre q̃ eſt ꝟtus ingenita: naturam quam habet eandem filius natiuitate id eſt naſcendo. ⁊ ſpũſſanctus proceſſione id eſt procedendo habet. Unde ipſe idem apertius eloquens quod dixerat apit dicens Natiuitas inquit dei non poteſt non eam de qua profecta eſt tenere naturã Nõ enim aliud q̃3 deus ſubſiſtit quod non aliunde q̃3 de deo ſubſiſtit. Ecce his verbis aperitur quomodo intelligendum ſit illud De patre generatio preſtat eſſentiam filio ⁊ de vtroq; proceſſio preſtat eſſentiam ſpirituiſancto. Non quia ille eſſentia ſit filius ⁊ iſta eſſentia ſit ſpirituſſanctus. immo proprietate perſonali: ſed quia ⁊ ille naſcendo ⁊ iſte procedendo eſſentiam habet eande3 ⁊ totam que in patre eſt.

Q̃ ſpirituſſanctus dicitur donum ⁊ donatũ ſm̃ duos predictos modos proceſſionis. i

Ex predictis patet

q̃ ſpirituſſanctus ſempiterne donum eſt; ⁊ temporaliter datum vel donatu3. Ex quo apparet illa diſtinctio gemine proceſſionis de qua ſupra egimus Nam ſm̃ alterã proceſſionem dicitur donatum vl' datum. ſm̃ alteram vero dicitur donum.

Scd̃m hoc q̃ donu3 eſt refert̃ ad prem ⁊ filiũ. ſm̃ q̃ datũ ad eũ qui dedit ⁊ ad eos quib⁹ dedit. k

Et ſecundũ hoc qd̃

ſempiterne donũ eſt: refertur ad patrẽ ⁊ filiũ: ſm̃ h3 ꝟo q̃ dicit̃ datũ vel donatum: ⁊ ad eũ q̃ dedit refert̃. ⁊ ad eos q̃bus datur ⁊ ei⁹ dicit̃ eſſe q̃ dat. ⁊ illoꝝ quibus datur

Auguſti.

Unde Aug. in. v. li. de tri. ait. Qd̃ datum eſt: ⁊ ad eũ q̃ dedit refert̃. ⁊ ad eos quibus dedit. Jtaq; ſpũſſanct⁹ nõ tm̃ patris ⁊ filij q̃ dederunt. ſed etiam noſter dicit̃ qui accepimus.

Qd̃ alit̃ ſpũſſãctus dicit̃ nr̃ alit̃ naturalis

Spũs ergo ⁊ dei eſt q̃ dedit: ⁊ nr̃ q̃ accepimus. ille ſpũs noſter quo ſumus: q2 ipẽ eſt ſpũs hois qui in ipſo eſt: q̃uis ⁊ illum ſpũm qui homis dicit̃ vtiq; accepimus. ſed aliter iſte: aliter ille noſter dicit̃. Aliud eſt em̃ quod accepimus vt eſſemus aliud quod accepimus vt ſancti eſſemus: Q̃ aũt ſpũſſanctus noſter dicat̃: ſcriptura oſtendit. Scriptum eſt em̃ de Johanne q̃ in ſpũ Helye veniret. Ecce dictus eſt Helye ſpũs quem accepit Helias. ſ. ſpũſſanctus. Et Moyſi ait dominus Tollam de ſpiritu tuo. ⁊ dabo eis. id eſt dabo illis de ſpũſancto quẽ iam dedi tibi Ecce ⁊ hic dictus eſt ſpiritus Moyſi. Patet igitur: q2 ſpirituſſanctus noſter dicitur ſpiritus. ſed quia nobis datus ⁊ datus vtiq; ad hoc vt ſancti eſſemus. Spiritus vero creatus ad hoc eſt datus vt eſſemus.

An fili⁹ cũ ſit nobis dat⁹ poſſ3 dici noſter vt ſpirituſſanctus. l

Hic querit̃ vtrum

⁊ filius cũ ſit nobis datus dicat̃ vel poſſit dici noſter: Ad hoc qd̃ dicim⁹: q2 fili⁹ dicitur noſter panis noſter redemptor ⁊ hmõi ſed nõ dicitur noſter filius. quia filius dicitur tm̃ relatiue ad eũ qui genuit Et iõ nr̃ filius nõ poteſt dici: ſ3 patris tm̃.

Qd̃ nõ d2 ſpirituſſctũs nr̃ ſed ſpũs nr̃.

Jn eo aũt q̃ dicitur datus. ⁊ ad eum qui dedit: et ad eos q̃bus datus eſt refert̃. vt ſpũſſanctus qui etiam cum in ſcriptura (vt ſupra dictũ eſt) dicat̃ ſpũs noſter: vel ſpũs tuus: vel illius. vt de Moyſe ⁊ Helia dictu3 eſt. nuſq̃3 tm̃ in ſcriptura occurrit ita dici. ſpũſſanctus noſter vel tuus vel illius: ſed ſpiritus

noſter: vel tuus: vel illi⁹: quia ſpiritusſanctus eo dicitur quo donum: ⁊ vtrūq₃ relatiue dicit̄ ad patrem ⁊ ad filiū ⁊ hoc ſempiterna relatione. Si tamen aliquando dicit̄ donum noſtrum. accipitur donum pro donato vel dato. Cum vero donū accipitur eo modo quo ſpiritusſanctus donum patris ⁊ filij dicitur: non hominis. Ita ⁊ fili⁹ ſub hac appellatione non poteſt dici noſter vt dicatur filius noſter. ſicut nec dicit̄ ſpiritusſanctus noſter. ⁊ tamē de filio dicitur panis noſter. ⁊ de ſpiritu ſpiritus noſter. Ille noſter panis: q̄a nos reficit nobis datus. iſte noſter ſpiritus quia nobis inſpiratur a p̄re ⁊ filio. ⁊ in nobis ſpirat ſicut vult

Auguſti. Unde Auguſti. in. xv. lib. de trinita. ait. Quod de patre natum eſt: ad patrē ſolum refertur cum dicit̄ fili⁹. Et iō filius patris eſt. ⁊ nō noſter Dicimus tñ ⁊ panē noſtrū da nobis: ſicut dicimus ſpiritū noſtrū.

Utrū ſpiritusſanctus ad ſeipſum referatur. m

Poſt hec queritur vtrum ſpiritusſanctus ad ſeip̄m referatur? Hoc enim videtur ex predictis poſſe probari. Si enim quod datur: refertur ad eū qui dat ⁊ ad eum cui datur. ⁊ ſpiritusſanctus datur a ſeipſo. vt predictum eſt. ergo refertur ad ſeipſum.. Huius queſtionis determinationem in poſterum differimus donec tractem⁹ d̄ his q̄ relatiue dicunt̄ de deo ex t̄pe: in q̄b⁹ datū ⁊ donatū ꝯtinent̄.

Hec q̄ſtio nō ſoluit̄ hic. ſed differtur in ſequentia.

Iſta eſt diſtinctio decimaoctaua

In qua mgr̄ poſtq̄ꝫ tractauit de proceſſione ſp̄ūſſcti t̄pali tam viſibili q̄ꝫ inuiſibili. agit de proprietate ſm quā cōuenit ſp̄ūiſancto t̄palit̄ ꝓcedere. ſ. de ꝓprietate doni. Et circa hoc tria facit. Nam p̄mo oſtendit ꝙ ſp̄ūſſanct⁹ donū ⁊ datū dicat̄. Scd̄o ſubdit vnde ip̄m donū eſſe ſingulariter ſumat̄ Tertio excludit ꝙ ſm rōes doni ⁊ dati diuerſimode referatur. Primū facit a principio diſtinctionis vſq₃ ibi. Et notandū. Secundum ab inde vſq₃ ibi. Et ſm hoc ꝙ ſempiterne. Tertium ab inde vſq₃ ad finem diſtinctionis. Et hoc in generali. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribus propoſitionibus quarū prima eſt. Spiritusſanctus dicitur donum ex ſua eterna proceſſione. et datum ex temporali. Et probatur ſic Illud proprie de ſpiritusſancto dicitur ex eterna proceſſione quod ſibi conuenit ante omnem creaturā ⁊ illud ex temporali quod cognotat vel coegit creaturarum exiſtentiam. ſed eſſe donū conuenit ſibi ante omnium creaturarum eſſentiam. igitur pars ꝯcluſionis probāde vera. Iſtā rationē inueſtigat mgr̄ ī textu q̄rēdo. An ſp̄ūſſanctus eadē rōne dicat̄ donū ⁊ datū Et arguit ꝙ ſic: q̄ donū ⁊ datū ſūt eiuſdē rationis eo ꝙ vtrūq₃ eorū dicitur a datione. Et reſpondet magiſter ꝙ ſpiritusſanctus alia ratione dicitur donum. ⁊ alia ratione dicitut datum. Nam dicitur donum. eo ꝙ ab eterno fuit donabilis nobis: qui futuri eramus in tempore. Et dicitur datus ſeu datum ab actuali datiōe eo ꝙ temporaliter nobis datur. Ex iſtis mouet dubium. Quare etiam filius non dicatur donū vel datum: cum etiam ab eterno proceſſit vt donabilis nobis. quod patet ex hoc ꝙ temporaliter datus eſt nobis. Iuxta illud. Eſa. Filius dat⁹ eſt nobis. Ad q̄d reſpondet. Licet filius temporaliter ⁊ eternaliter ꝓceſſit vt donabilis nobis. non tamen dicitur donum quia filius nō ſolum procedit vt donabilis. ſed etiā vt genitus. Spiritus vero ſanctus procedit vt donabilis: ⁊ non vt genit⁹. Scd̄a propoſitio eſt hec. Non ex quacunq₃ proceſſione habet ſpiritusſanctus ꝙ ꝓprie dicitur donum: ſed ſolum a proceſſione eterna qua proprie procedit a patre ⁊ filio. Et probatur ſic Sicut filius ſe habet ad natiuitatē. ita ⁊ ſpiritusſanctus habet ſe ad proceſſionē ſ₃ filius eternaliter naſcendo a patre recepit ꝙ ſit filius igitur ſpiritusſanctus recepit eternaliter procedēdo a patre ⁊ filio ꝙ ſit ſpiritusſanctus. Cū igitur ſpiritusſanctus ex inde habeat ꝙ ſit donum vnde habet ꝙ ſit ſpiritusſanct⁹ hoc non habet ex quacunq₃ proceſſione: ſed tm̄ de ꝓceſſiōe eterna: qua proceſſit a patre ⁊ filio. igitur ex eodem habet ꝙ ſit donum Tertia propoſitio eſt hec Q̄ ſpiritusſanctus ſm ꝙ datum eſt poſſeſſiue refert̄ tam ad patrem q̄ꝫ ad filium q̄ꝫ etiam ad nos. ⁊ ſicut dicitur ſpiritusſanctus patris ⁊ filij: ſic etiam dicitur ſpiritusſanctus noſter. Hanc propoſitionem probat magiſter in. ix. c. huius diſtinctionis ſic di. Q̄d ſpiritusſanctus ſm hoc ꝙ ſempiterne donū eſt refertur ad patrē ⁊ filiū. ſm hoc vero ꝙ dicit̄ datū vel donatum refertur ad eū qui dedit. ⁊ ad eos quibus dat̄. Hec confirmat magiſter autoritate beati Auguſti. lib. de tri. que patent in textu. igitur. ⁊c̄.

Hic de qualitate triū pſonarū. a

DI. XIX

Hinc poſtquā n coeternitatē trium perſonarum pro modulo facultatis noſtre inſinuauimus. Iam de earundem equalitate aliquid eloqui ſupereſt. Fides enim catholica ſicut coeternas: ita ⁊ coeq̄les tres perſonas aſſerit. Equalis eſt enim in omnibus patri fili⁹. ⁊ patri ⁊ filio ſpiritusſanct⁹ Quia vt ait Auguſti. in lib. de fide ad petrum. breuiter aperiens quomō intelligatur equalitas docet. Nullus horum aliū aut p̄cedit eternitate. aut excedit magnitudine. aut ſuperat poteſtate. quia nec filio nec ſpirituiſancto quantum ad nature diuine vnitatem pertinet: aut anterior aut maior eſt pater filio: nec filius ſpiritusſancto. Eternum quippe ⁊ ſine initio eſt: ꝙ fili⁹ de natura patris extitit: ⁊ eternum ac ſine initio eſt: ꝙ ſpiritusſanctus de natura patris filijq₃ procedit. Ob hoc ergo tres vnū recte credimus et dicimus deum: quia vna prorſus eternitas: vna imēſitas: vna naturaliter eſt trium perſonarū diuinitas. Ecce breuiter aſſignauit Auguſti. in quo trium pſonarū conſiſtat equalitas. ſcilicet q̄ alia aliam non excellit: aut eternitate: aut magnitudine: aut poteſtate.

ꝙ eternitas ⁊ magnitudo ⁊ pote-
ſtas in deo ſunt vnum, licetponã-
tur quaſi diuerſa. b

Cũqȝ enumerent
iſta quaſi diuerſa. in deo tamen vnũ ⁊ ideȝ
ſunt. ſ. eſſentia diuina ſimplex ⁊ incõmuta
Auguſti. bilis. Vñ Aug⁹. in. vij. li. de tri. Non alio
magnus alio deus eſt. ſed eo magnus quo
deus. q꞉ nõ ẽ illi aliud magnũ eẽ aliud deũ
eſſe. Eadem quippe eius magnitudo ẽ que
virtus ⁊ eadem eſſentia que magnitudo.
Pater ḡ ⁊ filius ſiꝉ vna eſſentia ⁊ vna
magnitudo. Ita etiam ⁊ potentia dei ⁊ eſ/
Qꝫ magnitudo eſt dei eſſẽtia. ſentia diuina eſt. Vñ Aug. in. vij. li. cõfeſ.
Volũtas ⁊ potẽtia dei deus ipſe eſt. Eter
nitas quoqȝ dei eſſentia diuina eſt. Quod
Qꝫ potentia dei deus eſt. Aug⁹. oſtendit ſuper illũ locũ pſaꝉ. In ge/
neratione ⁊ generationẽ anni tui. Eſt gene
ratio generationũ que nõ trãſit collecta de
oĩbus generatiõibus. i. ſancti. In illa erũt
anni dei qui non tranſeunt. i. eternitas dei
Ꝙ eternitas dei deus eſt. Non enĩ ſunt aliud anni dei. aliud ipſe. ſed
anni dei eternitas dei ẽ. Eternitas ꝟo ipſa
dei ſuba eſt nihil habẽs mutabile. Incon/
cuſſe ergo teneam⁹ ꝙ vnũ ⁊ idẽ eſt. ſ. eſſen/
tia diuina. dei eternitas. potẽtia. magnitu
do. ⁊ tñ conſueuit ſcriptura hec ⁊ his ſimi
lia quaſi diſtincte ponere. In his ergo ver
bis triũ perſonaꝝ equalitatẽ breuiter com
plexus eſt Augu. q꞉ alius alium nec eter-
Supra egit de eternitate nitate. nec magnitudine nec potẽtia ſupat
Q꞉ aũt eternitate aliqua triũ perſonarũ
aliã non excedat ſupra oſtenſũ eſt vbi coe-
ternitas triũ perſonaꝝ inſinuata eſt.

Hic de magnitudine ꝙ ea aliqua
perſonarum aliã non excedit. c

Nunc igitur ſuper
eſt oſtendere ꝙ magnitudine vel potentia
alius alium nõ excedat. ⁊ prius de magni/
tudine videamus.

Ꝙ non eſt maior vna perſona alia
nec mai⁹ aliquid due q̄ȝ vna, nec
tres vel due q̄ȝ vna. d

Sciendũ eſt ergo
q꞉ pater nõ eſt maior filio. nec pater vꝉ fili⁹
maior ſpũſctõ. nec maius aliq̄d due pſone
ſimul ſunt q̄ȝ vna. nec tres ſiꝉ maius aliq̄d
q̄ȝ due. nec maior eſt eſſentia in tribus q̄ȝ i
Jo. dam̃. duabus. nec in duabus q̄ȝ in vna. q꞉ tota ẽ
in ſingulis. Vñ Joh. Damaſ. ait. Confite
mur deitatis naturam omnem pfecte eſſe i

ſingula ſuaꝝ hypoſtaſeon. i. perſonarum.
omnem in patre. omnẽ in filio omnẽ in ſpũ
ſctõ. Ideoqȝ perfectus deus pater. pfect⁹
deus filius. perfectus deus ſpiritusſctũs.

Quõ dicit̃ eſſe de⁹ pater in filio ⁊
fili⁹ in pr̃e. ⁊ ſpũſanct⁹ in vtroqȝ
⁊ ſingulus in ſingulis. e

Et inde ẽ qꝺ pater
dicit̃ eſſe in filio. ⁊ fili⁹ in patre. ⁊ ſpũſcũs
in vtroqȝ. ⁊ ſingulus in ſinguꝉ. Vñ Aug⁹ Auguſti.
in li. de fide ad petrũ. Propter vnitatẽ na
turalẽ totus pater in filio ⁊ ſpũſancto ẽ: to
tus q̄ȝ ſpũſanctus in patre ⁊ filio eſt. Nul
lus hoꝝ extra quẽlibet ipſoꝝ eſt ꝓpter di
uine nature vnitatẽ. Ecce hic aperit aliq̄te
nus. Non enĩ plene poteſt tñ ab homĩe re
ſerari archanũ. ex qua intelligentia dicat̃
ſingula perſonarum tota eſſe in alijs. Vñ Hylarius.
etiam Hylarius iſta interius ꝑquirens in
li. iiij. de trini. ait. Affert pleriſqȝ obſcurita
tem ſermo dñi cum dicit. Ego in pr̃e: ⁊ pa
ter in me eſt: nec immerito. Natura enĩ in-
telligentie humane rationẽ dicti hui⁹ non
capit. nec exemplũ aliqꝺ rebus diuinis cõ
paratio hũana pſtabit. Sed qꝺ nõ intelli-
gibile eſt hoĩ: deo poſſibile eſt. Cognoſcẽ/
dum itaqȝ atqȝ intelligendũ eſt q̄d ſit illud
Ego in patre: ⁊ pater in me eſt. Si tñ com
ꝓhendere hoc ita vt eſt valebimus. vt qꝺ
natura rerum pati non poſſe eſtimatur: id
diuine veritatis ratio conſequat̃. Patreȝ
ergo in filio: ⁊ filiũ in patre eſſe. plenitudi/
do in vtroqȝ diuinitatis perfecta eſt. quia
plenitudo diuitatis in filio: qꝺ in pr̃e eſt: h
⁊ in filio eſt. qꝺ in ingenito eſt: hoc in geni
to. alter ab altero. ⁊ vterqȝ vnũ. Is. ſ. qui
eſt nihil habens qꝺ nõ ſit etiã in eo a q̄ eſt:
non duo vnus: ſed alius ĩ alio. q꞉ nõ aliud
in vtroqȝ: vt vnuȝ ſint in fide noſtra: vter/
qȝ nõ vnus: nec eundem vtrũqȝ: nec aliud
confitemur. q꞉ deum ex deo natuȝ. nec eũ/
dem natiuitas: nec aliud eſſe ꝑmittit Ean/
dem ergo in vtroqȝ ⁊ ꝟtutis ſimilitudinẽ
⁊ deitatis plenitudinẽ cõfitemur. q꞉ veri/
tas dicit. Ego in pr̃e: ⁊ pr̃ in me eſt. Omĩa
enĩ filius accepit a patre. Nã ſi ꝑtem eiuſ-
dem q̄ genuit accepit. neuter ergo pfect⁹
eſt. deeſt enĩ ei vnꝺ deceſſit. nec plenitudo
in eo erit q̄ ex portione conſtiterit Neuter
ergo pfectus eſt: ſi plenitudinem ſuam ⁊ q̄
genuit amittit. nec qui natus eſt conſequi/
tur. Fateamur ergo ꝙ pr̃ eſt ĩ filio. ⁊ fiꝉ⁹ ĩ
patre: ⁊ deus in deo. vt idem Hylari⁹ ait

Hylarius. Hec verba diligent' attēde.

vij.li.de trini. Non ꝑ duplicē ꝯuenientiū
generū ꝯiunctionem. nec ꝑ inſitiuam capa
tioris ſbe naturā ſ ꝑ nature vnitam ſimili
tudinem: ꝑ natiuitatem viuentis ex viuē/
te natura dū res non differt. dū naturā dei
non degenerat natiuitas. dū nō alid aliqd
ex deo ꝙ̄ deus naſcit dū nihil in his nouū
ē nihil alienū. nihil ſepabile. Ecce his ver
bis ꝓut humana ꝑmittit infirmitas: aperi
tur ex quo ſenſu xp̄s dixerit ſe eſſe in patre
⁊ patrem in ſe: Ex eodē etiā ſenſu intelligi-
tur ſpūſſanct⁹ eſſe in vtroqꝫ: ⁊ ſingula per-
ſonaꝝ in ſingulis. q2. ſ. in ſingulis eſt eadē
plenitudo diuinitatis. et vnita ſimilitudo
nature. q2 nō eſt maior diuina natura i ali/
qua harū ꝑſonaꝝ. ſed vnius ⁊ indifferētis
nature ſunt he tres ꝑſone. Ideoqꝫ altera i

Ambroſi⁹.

altera eſſe d2 vt ꝑ̄dictū eſt. Unde Ambro.
ꝑ̄dictorū v̄borum ſniam nobis apiens ſu-
per epl'am. ij. ad Chor. ait. Per h̄ intelligi
tur pater eſſe in filio. ⁊ filius in pr̄e. q2 vna
eſt eorū ſba. Ibi eñ eſt vnitas: vbi nl'a di
uerſitas. Ecce tribus illuſtriū virorū teſti
monijs. ſ. Aug. Hylarij Amb. in idem cō/
currentib⁹ reuelatiōe ſpūſſancti i eis loqn-
tis: pie credere volētib⁹ oſtendit. tñ q̄ſi ꝑ
ſpeculū ⁊ in enigmate: qualit' accipiendū
ſit cum dicitur: pater in filio eſſe: vel filius
in patre: vel ſpirituſſanctus in vtroqꝫ.

Ad id qd̄ ceperat redit. ſ. vt oſten
dat ꝙ magnitudine ali⁹ alium nō
ſuperat. f

Sed iam nunc ad
ꝓpoſitum redeamus: ceptoqꝫ inſiſtamus
oſtendentes ꝙ magnitudine nulla triū per
ſonarū alia ſuperat: quia nulla maior alijs
nec maius aliquid ſunt due ꝙ̄ vna nec tres
ꝙ̄ due: nec maior deus ꝙ̄ ſinguli horum.
quia ſingulus horum perfectus eſt. nec eſt
quo creſcat illa perfectio.

Q nulla perſonarum pars eſt i tri-
nitate. g

Nec ē aliqua triuꝫ
ꝑſonarum ꝑs dei vel diuine eſſentie. quia
ſingula harū verus ⁊ plenus deus eſt ⁊ to
ta ⁊ plena diuina eſſentia eſt. et ideo nulla

Auguſti.

iſtarū in trinitate ꝑs eſt. Uñ Aug. in li. ij.
cōtra Maximinū hereticū ſic ait. Putas
deum patrē cū filio ⁊ ſpūſancto vnū deum
eſſe nō poſſe. times eñ ne pat' ſit ꝑs vnius
dei: q ꝯſtet ex tribus. Noli h̄ timere. Nul-
la eñ fit partiū in deitatis vnitare diuiſio:
vn⁹ eſt de⁹ pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanct⁹. i. ipa
trinitas vnus eſt deus. Ergo inquis deus
pater eſt pars dei: abſit. Tres eni perſone
ſunt pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus. et hi tres
q2 vnius ſubſtātie ſunt: vnum ſunt. ⁊ ſum/
me vnum ſunt: vbi nulla naturarū: nulla ē
diuerſitas volūtatū. Si enim natura vnū
eſſent: ⁊ conſenſione nō eſſent: non ſumme
vnum eſſent Si v̄o natura diſpares eſſent
nō ſumme vnū eſſent. Hi ḡ tres q2 vnū ſūt
ꝓpt' ineffabilē ꝯiunctionē deitatis q̄ inef/
fabiliter copulant' vnus de⁹ eſt. Pars er/
go trinitatis eſſe nō pōt q̄cunqꝫ vn⁹ eſt in
tribus. Je trinitate ḡ que deus eſt ⁊ pater
deus eſt: ⁊ filius deus eſt: ⁊ ſpūſſanct⁹ de⁹
eſt: ⁊ ſimul hi tres vn⁹ de⁹. Nec hui⁹ trini/
tatis tertia pars eſt vnus. nec maius ali/
qd duo ꝙ̄ vnus eſt ibi: nec maius aliquid
ſunt omnes ꝙ̄ ſinguli. q2 ſpūalis non cor/
poralis ē magnitudo Qui pōt capere capi
at: qui autē nō pōt: credat. ⁊ oret vt quod
credit: intelligat. Uerū eſt eñ qd̄ ꝑ ꝓphe/
tam dicit'. Niſi credideritis: non intellige-
tis. His v̄bis apte oſtendit indifferentem
magnitudinē triū ꝑſonarum. Item in eo-
dem. Tu nēpe dixiſti vnū deū nō ex ꝑ/
tibus eſt compoſitū. ⁊ hoc de pr̄e tm̄: vis
intelligi. Ille inqs virtus eſt ingenita ſim
plex. ⁊ tñ in hac ſimplici v̄tute multa vide
ris cōmemorare cū dicis. De⁹ deū genuit

Argumentatio Auguſtini cōtra hereticos qua oſtēdit patreꝫ ⁊ filiuꝫ ⁊ ſpūſanctū nō eē ꝑtes in trinitate.

bonus bonū genuit. ſapiens ſapientem cle
mens clementē. potens potentē. Nūqd er
go bonitas ⁊ ſapientia ⁊ clemētia ⁊ poten-
tia partes ſunt vnius v̄tutis quam ſimpli
cem eſſe dixiſti? Si dixeris ꝑtes ſunt. Sim
plex ḡ virtus ex ꝑtibus ꝯſtat. Et ſimplex
iſta virtus te diffiniente vnus eſt de⁹ ergo
deū ex ꝑtibus cōpoſitū eſſe dicis. Nō di/
co inquis: nō ſunt ꝑtes. Si ḡ in vna perſo
na patris ⁊ illa inuenis que plura vident'
⁊ ꝑtes nō inueneris. q2 vna v̄tus ſimplex
eſt. Quanto magis pat' ⁊ filius ⁊ ſpūſſan-
ct⁹. ⁊ ꝓpt' indiuiduā deitatē vn⁹ de⁹ ⁊ ꝓpt'
vniuſcuiuſqꝫ ꝓꝑetatē tres ꝑſone ſunt. ⁊ ꝓ
pter ſingulorꝫ ꝑfectionē ꝑtes vni⁹ dei ñ ſūt
Uirt⁹ ē pr̄. v̄tus ē fili⁹. v̄tus ē ſpūſſanct⁹.
Hoc veꝝ dicis. Sꝫ ꝙ v̄tutē de v̄tute geni
tā ⁊ v̄tutē de v̄tute ꝓcedentē: nō vis eādē
habere naturā: hoc falſum dicis. hoc ꝯtra
fidem rectam ⁊ catholicā dicis. His v̄bis
apte docet'. ꝙ tres ꝑſone ille nō ſunt ꝑtes
dei vel diuine eſſentie. Nullaqꝫ illaruꝫ tri/
nitatis ꝑs dicēda eſt. nec vna maior alijs.

Cũ dicimꝰ tres ꝑſonas eſſe vnam eſſentiã: nec vt genꝰ de ſpẽbꝰ: nec vt ſpeciem de indiuiduis predicamus: qꝛ non eſt eſſentia genꝰ et ꝑſona ſpecies: vel eſſentia ſpecies ⁊ ꝑſone indiuidua. b

Hic adiiciendũ eſt

ꝙ tãta eſt equalitas triũ ꝑſonarum atq̧ indifferẽs magnitudo: ꝙ cum dicamꝰ tres ꝑſonas vnam eſſe eſſentiã vel ſubſtantiã: neq̧ vt genus de ſpeciebus: neq̧ vt ſpeciem de indiuiduis ꝑdicamus. Nõ eñ eſſentia diuina genꝰ eſt: ⁊ tres ꝑſone ſpecies: vł eſſentia diuina ſpecies: ⁊ tres ꝑſone indiuidua. Qḋ Augꝰ. ratiõibus ꝓbabilibꝰ atq̧ irrefragibilibus aperte demonſtrat in lib. vij. de tri. dicẽs. Si eſſentia genꝰ eſt: ſpecies autẽ ꝑſona: vt nõnulli ſentiunt: oportet appellari tres ſubſtãtias: vt appellanṫ tres ꝑſone. Sicut cũ ſit aĩal genꝰ ⁊ equus ſpecies: appellanṫ tres equi ideq̧ tria animalia Non eñ ibi ſpecies pluraliṫ diciṫ: et genꝰ ſingulariṫ: vt ſi diceret: tres equi ſũt vnũ animal: ſed ſicut tres equi ſpeciali nomine ita tria animalia nomine generali dicunṫ: Cum ergo tres ꝑſonas vnaʒ fateamur eſſe eſſentiam: non tres eſſentias: cuʒ tres equi tria animalia dicanṫ: non vnũ. Patet nomine eſſentie non ſignificari genus: nec nomine ꝑſone ſpeciem.

Priꝰ ꝓbat ꝙ nõ illud dr̃ vt genꝰ de ſpẽbꝰ.

Hic ꝓbat ꝙ non diciṫ vt ſpecies de indiuiduis. i

Si vero dicũt no-

mine ꝑſone nõ ſpẽm ſignificari: ſ aliq̃d ſingulare atq̧ indiuiduuʒ: ⁊ noĩe eſſentie ſpeciẽ intelligi: vt ꝑſona non dicaṫ ſicut hõ: ſ quõ diciṫ hic hõ: velut Abraaʒ Iſaac Iacob: vel quis alius q̃ etiam digito pñs demonſtrari poſſit. Sic quoq̧ illos eadẽ ratio confutabit. Sicut eñ dicunṫ Abraam Iſaac Iacob tria indiuidua: ita tres homines ⁊ tria animalia. Cur ergo pater ⁊ filiꝰ ⁊ ſpũſſanctus. ſ. ſi ſm genus ⁊ ſpecieʒ ⁊ indiuiduũ iſta diſſerimus: non ita dicuntur tres eſſentie vt tres ꝑſone.

Alio modo ꝓbat idem. k

Alio quoqʒ modo

Auguſti.

idem ꝓbat Augꝰ. ſ. ꝙ eẽntia diuina nõ eſt genus: nec ꝑſone ſpẽs: vel eẽntia nõ ẽ ſpecies: nec ꝑſone indiuidua. Vna inq̃t eſſentia nõ habet ſpẽs: ſicut vnum aĩal non habet ſpẽs. Pater ġ ⁊ filius ⁊ ſpũſſanctꝰ non ſunt tres ſpecies vnius eſſentie. Diuina ġ eẽntia genus nõ eſt: ſ nec ſpecies eſt eẽntia diuina: ⁊ ꝑſone indiuidua: ſicut hõ ſpecies ẽ. Indiuidua aũt Abraam Iſaac ⁊ Iacob. Si eñ eſſentia ſpẽs eſt vt hõ: ſicut nõ diciṫ vnꝰ hõ eẽ Abraã Iſaac ⁊ Iacob ita nõ diciṫ vna eſſentia eſſe tres ꝑſone. Non itaq̧ ſm genus ⁊ ſpẽs iſta dicimus.

Nec ſm materialẽ cãʒ dicũṫ tres ꝑſone vna eſſentia. l

Notandũ etiãʒ qḋ

Idem.

eſſentia diuina nõ eſt materia trium perſonarum: vt Auguſtinus in eodem libro docet: tanq̃ ſm cõmunem eãdemq̧ materiã tres ꝑſone dicanṫ eſſe vna eſſentia: ſicut ex eodem auro ſi fierent tres ſtatue: diceremꝰ tres ſtatuas vnũ aurũ. Nõ aũt ſic trinitatem. i. tres ꝑſonas dicimꝰ vnam eſſentiã ⁊ deũ vnũ tanq̃ ex vna materia tria quedã ſubſiſtant. In ſtatuis eñ equalibus plus auri eſt tres ſimul q̃ ſingule: ⁊ minus auri eſt vna q̃ due. In illa vero eſſentia trinitatis nullo mõ ita eſt. Non ergo ſm materialem cauſam tres ꝑſonas vnaʒ dicimus eſſe ſubſtantiam vel eſſentiã: ſicut tres ſtatue dicunṫ vnum aurum.

Nec ita dicunṫ tres ꝑſone vna eſſentia: vt tres homines vna natura vel vnius nature. m

His quoqʒ adden-

Auguſti.

dum eſt ꝙ tres ꝑſonas non ita dicimꝰ eſſe vnam eſſentiam vt Augꝰ. in eodeʒ ait: vel vnius eſſentie: ſicut dicimus aliquos tres homines eiuſdem ſexus ⁊ eiuſdẽ temperationis corpis: eiuſdemq̧ animi: vnam eſſe naturam vel vnius nature. Nam in his rebus non tñ eſt vnus homo quantum tres homĩes ſimul: ⁊ plus aliq̃d ſunt homines duo q̃ vnus homo: ſicut in ſtatuis eſſe diximus: ac in deo non eſt ita. Nõ eñ maior eẽntia ẽ pater ⁊ filius ſimul q̃ ſolus pater vel ſolus filius: ſed tres ſimul ille perſone equales ſunt ſingulis. Ex premiſſis patet ꝙ tres perſone dicunṫ diuina eſſentia: nec ſm materialẽ cauſam: vt tres ſtatue vnuʒ aurũ: nec ſm complexionis ſimilitudinẽ: vt tres hoĩes vniꝰ nature: nec vt genꝰ ꝑdicaṫ de ſpẽbus: vel vt ſpẽs ex indiuiduis i. ꝯtinẽs de ꝯtentis: maiꝰ de minoribꝰ.

Que videṫ aduerſari ꝑdictis. n

His aūt videntur

aduerſari que ꝗdam ſacre ſcripture tracta-
tores catholici in ſuis ſcriptis tradiderunt
In ꝗbus ſignificare videnť ꝙ eſſentia di-
uina ſit qddā cōmune et vniuerſale velut
ſpecies: tres vero ꝑſone ſunt tria ꝑticularia.
tria indiuidua numero differentia. Unde

Joh. dam.

Joh. damaſcenus inter doctores grecorū
maximus in libro quem de trinitate ſcpſit:
quem ⁊ papa Eugeni⁹ transferri fecit: ait.
Cōmunia ⁊ vniuerſalia predicanť de ſub-
iectis ſibiipſis particularibus Cōmune ꝰ
ſubſtantia eſt. particulare vero hypoſtaſis.
id eſt perſona. Particulare autem dicitur
nō quod partem nature habet: ſed particu
lare numero: vt athom⁹. id eſt. indiuiduū.
Numero enim ⁊ non natura differre viden
tur hypoſtaſes. Item in eodem. Subſtan
tia ſignificat cōmunem ⁊ circūplexiuā ſpe-
ciem homoydeon. id eſt. ſimiliū ſpecie. hy/
poſtaſeon. i. ꝑſonarū: vtputa deus homo.
Hypoſtaſis autem indiuiduū demōſtrat:
ſcz patrem filium ⁊ ſpiritūſanctum Petrū
Paulum ⁊ huiuſmodi. Ecce aperte dicit
ſubſtantiā eſſe vniuerſale. hypoſtaſim vero
particulare: ⁊ ꝙ deus eſt ſpecies vt hō: et
ꝙ pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus ſunt indiui-
dua: ſicut Petrus ⁊ Paulus: eo ꝙ nume-
ro differunt: que ꝑmiſſe ſententie Auguſti

Uerba Aug. tenēda dicit.

ni penitus contradicere videnť. Quid er
go dicemus ad hec? Hoc vtiqꝫ dicere poſ-
ſumus atqꝫ debemus ꝙ ea que Auguſtin⁹
tradidit ſuperius ſine omni heſitatione te/
nenda ſunt.

Quō ſane pōſſit intelligi que Johānes
dicit ⁊ quō oſtendit. o

Hec autez que hic

dicunť: licet in ſermonis ſupficie aliqd a fi
de alienum reſonare videanť: ſane tn̄ intel
ligi queunt: piumqꝫ lectorem atqꝫ intelle-
ctorem plurimū efflagitant. In quorū ex/
planatione mallem ſilens alios audire: ꝙꝫ
loquendo maliuolis detrahendi occaſiōez
preſtare. Videť tamen mihi ita poſſe acci-

Ex quo intellectu dixerit: ꝙ ſuba dei ſit ſpēs vł vniuerſale ⁊ ꝑſone indiuidua.

pi: cum ait. Subſtantia eſt cōmune: ⁊ hy/
poſtaſis eſt particulare. Non ita hoc acce
pit cum de deo dicanť vt accipiunť in phi
loſophica diſciplina. Sed ꝑ ſimilitudinez
eorū que a philoſophis dicunť locut⁹ eſt.
vt ſicut ibi cōmune vel vniuerſale dicitur
quod ꝑdicať de pluribus: particulare vero
vel indiuiduū quod de vno ſolo: ita hic eſ
ſentia diuina dicta eſt vniuerſale: quia de
omnib⁹ ꝑſonis ſimul: ⁊ de ſingulis ſepatiz
diciť. Particulare vero ſingula quelibet
ꝑſonaruz: qꝛ nec de alijs cōmuniter nec de
aliqua aliarū ſingulariter ꝑdicať. Pro
pter ſimilitudinē ergo ꝑdicationis ſubſtā
tiā dei dixit vniuerſale: ⁊ ꝑſonas particu
laria vel indiuidua. Propter hoc idē etiā
eandē diuinā eſſentiā dixit eſſe ſpeciē com
munē ⁊ circūplectiuā ſimiliū ſpecie ꝑſona
rum. Quia ſicut hec ſpecies hō de ſuis ꝑ-
dicať indiuiduis: velut de Petro ⁊ Pau
lo ⁊ alijs: nec iſta ſpecie differūt: ſed ꝯueni
unt. Ita de⁹ de tribus ꝑdicať ꝑſonis: que
in diuinitate nō differunt: ſed ꝑ omnia con
ueniūt. Hanc ꝰ ſimilitudinē inter res ſem/
piternas ⁊ res tēporales ꝑpendens Johā
nes: vniuerſalitatis ⁊ particularitatis no/
mina: que rebus tēporalibus ꝓprie cōue-
niunt: ad res eternas tranſtulit. Aug⁹. ve-
ro maiorē videns diſſimilitudinē ꝙꝫ ſimili
tudinē inter res ꝑdictas: ab excellentia tri
nitatis ꝑdicta noīa remouit.

Ex quo ſenſu dixerit ꝑſonas dif-
ferre numero. p

Qd aūt Johānes

dicit hypoſtaſes differre nūero nō natura
In eo ꝙ nō differre natura ait: veriſſime ⁊
ſine ſcrupulo loqť. Qd vero dicit differre nu/
mero: cauēduz eſt quō itelligať. Diuerſis
eñ modis dicunť aliq differre numero.

Quib⁹ modis dicanť differre nu
mero: ⁊ ſm quē modū poſſit con-
uenire perſonis. q

Dicuntur enim ali

qua differre numero: qn̄ ita differunt: vt h
nō ſit illud nec aliqd qd illud eſt: vel in ipo
eſt: qliter differunt Socrates ⁊ Plato: et
hmōi q apud phōs dicunť indiuidua vel
particularia. Iuxta quē modū nō pñt di/
ci tres ꝑſone differre numero. Dicūtur ꝙꝫ
differre numero: que in enumeratione ſiue
cōputatione nō ſibi adiungunť: ſꝫ a ſe inui
cem diſcernunť: vt cum de aliqbus rebus
loquētes dicim⁹: vna: due: tres: ⁊ ſm hūc
modū forte dixit Johes: hypoſtaſes. i. ꝑ-
ſonas differre numero. Poſſum⁹ eñ dice/
re: pr̄ eſt vn⁹: ⁊ pater ⁊ fili⁹ ſunt duo: ⁊ pať
⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus ſunt tres Et itē Hec
ꝑſona eſt vna: ⁊ h ⁊ illa ſunt due: ⁊ h ⁊ illa
⁊ alia ſunt tres. Cōuenienti⁹ tn̄ tres ille ꝑ/

ſone ꝓprietatib⁹ tm̄ diſtingui dicunt᷑: de q̄rum diſtinctiõe ſm̄ ꝓprietates in ſequenti tractabit᷑. Nunc ỽo ad inceptū redeam⁹: q̄ dicta ſunt repetentes: vt ſepi⁹ verſando familiarius innoteſcant.

Ꝙ vna pſona nõ ē maioꝛ alia: nec tres ſimul q̄ȝ vna: ⁊ hoc rõe oſtendit catholica. r

Sciendū eſt ergo

tantā eq̄litatē eſſe in trinitate: vt ait Aug⁹. in. viij. li. de tri. vt nõ ſolū pat᷑ nõ ſit maioꝛ q̄ȝ fili⁹: ſȝ nec pater ⁊ fili⁹ ſit̄ mai⁹ aliq̄d ſunt q̄ȝ ſpūſſanctus: aut q̄libet pſona minus aliq̄d ſit q̄ȝ ipa trinitas. Ꝙ autē ita ſit: aliquo modo ſi fieri poteſt demõſtrādū eſt. Quātum ḡ ipſe creatoꝛ adiuuat attendam⁹. Inquit Aug⁹. in eodem: quomõ in hac trinitate due vel tres pſone: non ſunt maius aliquid q̄ȝ vna earum.

Augusti.

Ratione vtit᷑ ſubtiliſſima ad oſtēdendū ꝙ ita ſit. s

Quod ibi magnū

dicit᷑: aliunde magnū nõ eſt: q̄ȝ eo quo vere eſt: q꞉ ibi magnitudo ipſa veritas eſt: ⁊ veritas eſſentia. Nõ ḡ ibi mai⁹ eſt qđ veri⁹ nõ eſt. Nõ aūt veri⁹ eſt pat᷑ ⁊ fili⁹ ſimul q̄ȝ pat᷑ ſolus vel fili⁹. Nõ ḡ mai⁹ aliq̄d vtrūq̄ȝ ſimul q̄ȝ ſingulus eoꝝ. Et q꞉ eque vere eſt etiaȝ ſpūſſanctus: iõ pater ⁊ fili⁹ ſimul non ſunt aliq̄d maius q̄ȝ ipſe: q꞉ nec veri⁹ ſunt. Item in eſſentia veritatis hoc eſt veꝝ eſſe quod eſt eſſe: ⁊ hoc eſt eſſe qđ eſt magnum eſſe. Hoc eſt ḡ magnum eſſe qđ veruȝ eſſe. Qđ igit᷑ ibi eque verum eſt: ⁊ eq̄ magnum eſt. Qđ ḡ ibi plus veritatis nõ habet: non plus habet magnitudinis. Plus aūt veritatis non habet: quod verius nõ eſt. Non eſt auteȝ verius vna pſona q̄ȝ alia: vel due q̄ȝ vna: vel tres ſimul q̄ȝ ſingula. Nõ ergo plus veritatis habet vna q̄ȝ alia: vel due q̄ȝ vna: vel tres ſimul q̄ȝ ſingula. Sic ergo ⁊ ipſa trinitas non eſt maius aliq̄d q̄ȝ vnaqueq̄ȝ ibi pſona: ſed tam magnuȝ q̄ȝ ſingula. Non em̄ ibi maioꝛ eſt que verioꝛ nõ eſt. vbi ipſa veritas eſt magnitudo. Ecce modo ꝯueniēti ⁊ rõne catholica oſtenſuȝ eſt: quõ indifferēs ſit magnitudo triū pſonaꝝ q꞉ nec vna maioꝛ eſt alia: nec due vna: nec tres ſimul mai⁹ aliq̄d q̄ȝ ſingula.

Iterum aliter idem ꝓbat.

Ꝙ deus nõ eſt dicendus triplex ſȝ trinus. t

Preterea cū deus

dicat᷑ trinus: non tamen debet dici triplex Ibi em̄ non eſt triplicitas: vbi ſumma eſt vnitas ⁊ indifferens equalitas. Unde Auguſtinus in li. vj. de trini. ait. Nõ qm̄ de⁹ trinitas eſt: ideo triplex putandus eſt: alioquin minoꝛ eēt pater ſolus vel filius ſolus q̄ȝ ſimul pater ⁊ filius. Cū itaq̄ȝ tātus ē pater ſolus: vel ſolus fili⁹: vel ſolus ſpūſſanctus: quātus eſt ſimul pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus: nullo mõ triplex dicēdus eſt de⁹. Nõ em̄ pater cum filio ⁊ ſpiritusſancto maioꝛ deus eſt q̄ȝ ſinguli eoꝝ: quia nõ eſt quo creſcat illa pfectio. Perfectus aūt eſt ⁊ pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanct⁹: ⁊ pfectus dicit᷑ deus ſingulus eoꝝ. Et iõ trinitas potius q̄ȝ triplex dici debet.

Ꝙ nõ eſt ita in rebus coꝛpoꝛeis vt in trinitate. v

In rebus coꝛpoꝛe-

is nõ tm̄ eſt vna quātū tres ſil᷑: ⁊ plus ſunt due q̄ȝ vna res. In trinitate ỽo ſumma tātum eſt vna pſona quātū tres ſimul: ⁊ tantum ſunt due quantum vna: ⁊ in ſe infinite ſunt: q꞉ nõ eſt finis magnitudinis eaꝝ. Ac p hoc aperit᷑ qđ ſupius dictū eſt: quõ ſingula ſunt in ſingulis: ⁊ oīa ī ſingulis: ⁊ ſingula in oībus: ⁊ oīa in oībus: ⁊ vnū in omnib⁹ eſt: ⁊ vnū oīa. Ecce iam oſtendimus ſufficiēter qualiter in trinitate aliqua pſona aliā nõ ſupet magnitudine.

Iſta eſt diſtinctio decianona. In qua mgr̄ poſtq̄ȝ egit de diuinarū pſonaꝝ diſtinctiõe ⁊ oꝛigine: hic incipit agere de earūdem equalitate. Et circa hoc tria facit. Nam p̄mo oſtendit quid req̄ratur ad equalitatem in cõi. Scđo ſubdit applicationes illoꝝ ad pſonas diuinas. Tertio infert ex illis concluſionem intentam. Primū facit a pꝛincipio vſq̄ȝ ibi. Sed iam nunc ad ꝓpoſitum. Secundū ab inde vſq̄ȝ ibi. Sciendum eſt ergo. Tertium ab inde vſq̄ȝ ad finem diſtinctionis. In ſpeciali vero ſententia mgr̄i ſtat in tribus ꝓpoſitionib⁹: quarū p̄ma ē hec. Perſone diuine quo ad eternitatem: magnitudinē: ⁊ potentiā ſunt equales. Et ꝓbat᷑ ſic. In illis perſone diuine ſunt eq̄les in q̄bus ſe inuicem nullatenus ſunt excedentes. hmõi ſunt eternitates: magnitudo ⁊ potentia: ergo in his tribus ſibi pſone diuine ſunt equales: vt dicit ꝓpoſitio. Argumētū eſt euidens ⁊ maioꝛ. ſȝ minoꝛē. ſ. ꝙ in his trib⁹: eťnitate: magnitudine ⁊ potētia pſone diuine nõ ſunt ſe inuicē excedētes: ꝓbat p hoc. ſ. ꝙ iſta tria. ſ. eternitas ⁊c̄. ſunt in diuis pſonis vna eſſentia: licet ſint diuerſimode nominata: ꝓpter quam etiam vnitatē ⁊ conſubſtātialitatem vna pſona dicit᷑ eſſe in alia: vt mgr̄ pꝛobat diuerſis ſanctoꝝ autoꝛitatibus. igit᷑. Secūda pꝛopoſitio eſt hec. Diuine pſone ſunt nullius eſſentialis diuerſitatis. Quam pꝛobat ſic. Perſone diuine ſunt idem in diuina eſſentia: ꝙ nec differunt ſitualiter vt

partes integrales in toto integrali: nec localiter: vt
partes ſubiectiue in toto vniuerſali: nec materialiť
ſicut diuerſe aque cõmunicant in vna materia. Nec
formaliter: ſicut que cõueniunt in forma. igitur nul-
la eſt inter eas eſſentialis diuerſitas ſeu differentia.
cõſequentia tenet ex ſufficienti diuiſione. Sed mgr̃
antecedens in textu ꝓbat ꝑ ordinem. Et pˀmo ꝙ in
diuinis nõ ſit diuerſitas partiũ ſicut in toto integra
li. ꝓbat ꝑ hoc ꝙ in diuinis eſt ſumme nature vnitas
cui repugnat qualiſcũꝙ partium diuerſitas. Secun
do ꝓbat ꝙ ibi nõ ſit diuerſitas pluriũ: ſicut ĩ aliquo
toto vniuerſali. Nam ſi talis diuerſitas eſſet ibi: illa
attenderetť penes compationem eſſentie ad pſonas.
vt ſi eſſentia eſſet quaſi quoddã totuꝫ vniuerſale re-
ſpectu pſonarum: quod non eſt verũ. Quod probatť
ſic. Naꝫ vbi eſt totũ vniuerſale: pluraliť p̃dicatur de
pluribꝰ ptibus ſuis: ꝛ nõ eſt idẽ numero ĩ eis. Nam
hõ ẽ qᵭdam vniuerſale totũ reſpectu ſortis ꝛ plato-
nis: ꝛ p̃dicatť pl̃aliť de eis dicẽdo. Sortes ꝛ Plato
ſunt hoĩes: ꝛ etiã hũanitas nõ eſt eadẽ nũero in ſor-
te ꝛ platone. Cur ergo eſſentia diuĩa nõ p̃dicatť pl̃a-
liť de diuinis pſonis. qꝛ hec eſt falſa: pater ꝛ filꝰ ſũt
eſſentie. Nõ eſt: qꝛ eſſentia ẽ vna ꝛ eadẽ ĩ eis ambo-
bus: ideo eſſentia diuina nõ habet ſe vt totũ vniuer
ſale in diuinis. Tertio ꝓbat ꝙ tres pſone diuine nõ
ꝯueniũt in vna eſſentia ſicut in toto materiali: ita ꝙ
vna eſſentia ſit materia triũ pſonaꝝ. ſicẽ aurũ multo
rum vaſoꝝ. Et arguit ſic. Illa q̃ ꝯueniũt ĩ vna mate
ria: plus eſt de materia in pluribꝰ eoꝝ q̃ in vno: ſicẽ
plꝰ ẽ in anulť q̃nꝙ de auro q̃ vno: ſaltẽ ſi anuli ſũt in
põdere eq̃les. Cũ ergo nõ plus eſt de eſſentia diuĩa
in tribꝰ pſonis q̃ in vna tm̃: patꝫ ꝙ eſſentia nõ hꝫ ſe
ad pſonas ſicẽ totũ materiale. Quarto oñdit ꝙ due
pſone nõ ꝯueniũt in eſſentia ſicẽ in ꝓꝓetate formali.
ſicẽ ꝯueniũt multi hoĩes in vna cõplexione: qui etiã ꝓ
pter hoc dicuntť vnius nature. Nam in tali ꝓꝓetate
formali duo ſunt aliq̃d magis q̃ vnũ: ꝛ tres q̃ duo.
In diuinis aũt tres pſone in eſſentia ꝯuenientes: nõ
ſunt aliq̃d magis q̃ due. ꝛ due nõ magis aliquid q̃
vna. ꝛ ꝑ ꝯſequẽs nõ ꝯueniũt in eſſentia vt pl̃a. Con
tra hec poſtea obijcit autoritate Damaſ. di. ꝙ diuĩa
eſſentia eſt vniuerſalť ꝛ cõis: ſed tres pſone ſunt tria
pticularia. Poſtea rñdet mgr̃ ad hoc et dicit ꝙ ver-
ba Damaſ. non ꝓprie ſed ſimilitudinarie ſunt intel-
ligenda: ſunt eñi aliq̃ ibi q̃ ſimilitudinẽ tenent rei cõ-
munis: ꝛ aliqua rei pticularis. Similitudinem q̃deꝫ
rei cõis tenet eſſentia: ꝛ rei pticularis ſimilitudineꝫ
tenent pſone: vñ dicit pſonas numero differre: ſicut
pticularia alicuius nature cõmunis. Ad qᵭ reſpon
denduꝫ eſt: ꝙ aliqua differũt numero dupliciť. Uno
mõ ſic ꝙ vnũ nõ ſit aliud: ſeu aliq̃d aliud ab alio: ſicẽ
ſortes ꝛ plato dicuntť numero differre: qꝛ ſortes non
eſt illud qᵭ eſt plato. Et taliter diuine pſone non di-
cuntť differre numero: qꝛ vna eſt illud qᵭ alia. Alio
mõ dicuntť differre numero q̃ in enumeratiõe ſeu cõ
putatione a ſe inuicem diſcernuntť: vt cum numera-
mus aliq̃s res dicimꝰ: vna: due: tres: ꝛ ſm hunc mo
dum diuine pſone dicuntť differre numero: qꝛ poſſu-
mus catholice dicere: pr̃ eſt vnus: ꝛ pr̃ ꝛ filius ſunt
duo: ꝛ pr̃ ꝛ filius ꝛ ſpũſſanctus ſunt tres. Tertia ꝓ
poſitio eſt hec. Q᷑ omẽs pſone diuine ſimul nõ ſunt
maioris deitatis q̃ vna: ꝛ vna nõ maioris nec mino
ris q̃ oẽs. Et ꝓbatť ſic. Omẽs pſone diuine ſunt eq̃
lis magnitudinis ꝛ veritatis: ita ꝙ oẽs tres nõ ſunt
maioris magnitudinis nec minoris veritatis q̃ vna
ex quo magnũ eſſe ꝛ verũ eſſe in diuinis ſunt idem.
Patꝫ qꝛ ſicut oẽs pſone diuine ſunt eq̃lis magnitu-
dinis ꝛ veritatis: ita etiã ſunt equalť deitatis. Qᵭ ꝓ
bat mgr̃ autoritate. b. Auguſtini: que etiam vlteriꝰ
concludit: ꝙ q̃uis deus ſit trinus: nõ tñ põt dici tri-

plex: eo ꝙ triplicitas ineq̃litatẽ p̃dit. Nã vbi eſt tri
plicitas: ibi tria ſunt aliq̃d magis q̃ duo: ꝛ duo ali-
q̃d magis q̃ vnũ. Hec Augꝰ. igiť ꝛc̃.

Oſtenſo ꝙ aliqua perſonarũ aliã non ſupat magnitudine: nũc oſtẽdit ꝙ alia non excedit aliã potentia.

a

Nunc oſtende re reſtat quõ aliqua haꝝ pſona DI.XX.
rum aliam nõ excellat potentia
vt ſicut vna ꝛ indifferẽs ẽ magnitudo triũ
ita vna ꝛ indifferens monſtretur potentia
triũ. Sciendũ eſt g̊ qꝛ non eſt potẽtior patť
filio: nec filiꝰ vel pater ſpũſancto. Nec ma
iorem potentiam habent duo vel tres ſimť
q̃ ſingulus eorũ: quia nec plus poteſt pa-
ter ſimul ꝛ filius q̃ ſolus ſpũſſanctꝰ. Nec
hi tres ſimul plus poſſunt q̃ ſingulus eo-
rum: quia omnipotentiam quaꝫ habet pa
ter: ꝛ filius accepit naſcendo: ꝛ ſpũſſanctꝰ
ꝓcedendo. Quod Augꝰ. rationibus ꝛ au Auguſti.
toritatibus ꝓbabiliter aſtruit in li. contra
Maximinũ: qui dicebat patrem melioreꝫ
ac potentiorem filio.

Q᷑ nõ põt minꝰ filiꝰ q̃ pater. b

Nihil ĩquit patre Hic ponit fal-
minus habet ille qui dicit: Omnia que hꝫ ſam traditõeꝫ
pater mea ſunt. Naꝫ ſi minus habet in po- heretici.
teſtate aliq̃d q̃ pater: non ſunt eius omnia
q̃ hꝫ pater. Sꝫ eius ſunt omnia que habet
pater: tantam g̊ habet poteſtatẽ filiꝰ quan
tam pater. Equalis ergo eſt patri. Nõ eñi
poteſt qui accipit inequalis eſſe ei q̃ dedit
Tu aũt hoc de potentia ſapis: ꝙ potẽs ſit
filius: ſed potentior pater: vt ſm doctrinã
veſtram potens potentem potuerit gene-
rare vel gignere: ꝛ nõ omnipotens oĩpo
tentem. Habet g̊ pater omnipotentiã quã
nõ habet filiꝰ: ꝛ ſi hoc eſt: falſum eſt qᵭ ait
filius. Oĩa que habet pater mea ſunt.

Hoc veꝝ fatebatť hereticꝰ ex quo ꝓgrediebatť ad falſa. c

Sed inquiſ. pater
a nemine potentiã accepit: filius aũt a pr̃e
Fatemur ꝛ nos filiuꝫ accepiſſe potentiam
ab illo de quo natus eſt potẽs: patri vero
potentiam nullus dedit: quia nullus eum
genuit. Gignẽdo enim dedit pater poten-
tiã filio. Sicut omnia que habet in ſubſtã-
tia ſua: gignendo dedit ei quem genuit de
ſubſtantia.

Queſtio Auguſtini qua artat hereticum. d

Sꝫ queritur vtrū

ei tantam: quanta ipſi eſt potentiā pater filio dederit: an minorē? Si tātā: nō ſolū potētē: ſed etiā omnipotentē genuiſſe omipotens intelligit. Si vo minorem: quō omia que habet pater filij ſunt. Si pr̄is omnipotentia filij nō eſt: nō omnia ꝓculdubio que habet paṫ filij ſunt. At omnia filij ſunt: omnipotentia ergo patris etiam eſt filij. Non eſt ergo pater potentior filio.

Aliter ꝓbat filiū equalē patri. e

Itē alio modo pro

bat filiū equalē patri ꝯtra Maximinū ita dicens. Tu dicis ꝙ pr̄ genuit filiū minorē ſeipo: in quo ⁊ pr̄i derogas: q̄ ſi filium vnicum minorē genuit: aut nō potuit: aut non voluit gignere eq̄lem. Si dicis qꝛ non voluit: cū inuidū eſſe dixiſti. Si aūt nō potuit. vbi eſt. oīpotentia dei pr̄is. Prorſus ad hunc articulū res colligit: vt deus paṫ equalem ſibi gignere filiū: aut nō potuerit aut noluerit. Si non potuit: infirmus. Si noluit inuidus inuenit. Sed vtrunqꝫ hoc falſum eſt. Patri g̊ filius verus equalis ē. Genuit g̊ pater ſibi equalē filiū: ⁊ ab vtroqꝫ ꝓcedit vtriqꝫ equalis ſpūſſanctus. Si eīn formam ſuā (vt ait Aug⁹. ꝯtra eundē) pater in vnico filio plenaꝫ gignere potuit: nec tamē plenam genuit: ſed minorē. cogimini patrem inuidū dicere. Plenum ergo deum: ⁊ equalem ſibi genuit filium.

Si aūt paṫ nō potuit vel non voluit gignere eq̄lem filiū: infirm⁹ vel inuidꝰ inuenit.

Auguſti.

Per ſimile oſtendit ꝙ non minorem pater filium genuit. f

Hoc autē per ſimi

quicquid in ſe manet ⁊ gignit vl' operatur
aliquid: principiũ eſt eius rei quã gignit:
vel eius quã operat. Nõ poſſumus nega/
re etiã ſpiritũſanctũ recte dici principiũ: q2
nõ eũ ſepamus ab appellatione creatoris.
q2 ſcriptũ eſt de illo ꝙ opetur: ⁊ vtiꝫ in ſe
manens opatur. Non eñ in aliquid eorũ
que operatur ipe mutat ⁊ vertitur. Unuꝫ
ergo pncipium ad creaturam cum patre et
filio eſt ſpũſanctus: non duo vel tria prin=
cipia. Ecce apte oſtendit Aug⁹. patrem ⁊
filiũ ⁊ ſpũmſanctũ eſſe vnũ pncipiũ rerum
creatarũ. i. vno eodemꝫ modo eſſe princi=
pium: ⁊ illũ modum ſatis aperuit: quia ſcꝫ
operãtur omnia: ⁊ q2 ſimiliter opantur hi
tres: ideo vnũ principium eſſe dicunt.

Hic oſtendit quõ pater ſit principium filij: ⁊ ipſe ⁊ filius principiũ ſpirituſſancti. C

Deinde in eodeꝫ libro ꝯtinue oſtendit quõ pat dicat princi/
piũ ad filiũ: ⁊ ad ſpm̃ſanctũ ipe fili⁹: dicẽs
ideo eſſe patrẽ principiũ filij: q2 genuit eũ.
⁊ patrẽ ⁊ filiũ eſſe pncipiũ ſpũſſcti: q2 ſpiri
tuſſanctus pcedit vel dat ab vtroꝫ. Ait
eñ ita. Si gignens ad id qð gignit princi/
piũ eſt: pater ad filiũ principium eſt: q2 ge/
nuit eum. Utrum aũt ⁊ ad ſpũmſanctũ pn
cipium ſit pater: q2 dictũ eſt de patre pce/
dit: nõ parua queſtio eſt: Qð ſi ita eſt: non
iam pncipium eius tantũ erit rei quam gi=
gnit vel facit: ſed ⁊ eius quã dat: ⁊ ꝙ proce
dit ab ipõ. Si ergo quod dat vel quod p
cedit: pncipium habet a quo dat vel pce/
dit: fatendum eſt patrem vel filiũ vnũ pn/
cipium eſſe ſpũſſancti: non duo principia.
Sed ſicut pater ⁊ filius ad creaturam rela
tiue vnus creator ⁊ vnus dñs dicit: ſic re=
latiue ad ſpiritumſanctũ vnũ principium.
Ad creaturam võ pater ⁊ filius ⁊ ſpũſſan

Ex his colligitur ꝙ pat eo ẽ pncipium filij quo pat generatõe. ſcꝫ ⁊ eodẽ etiã auctor filij.

ctus vnum pncipiuꝫ: ſicut vnus creator ⁊
vnus dominus. Ecce habes ꝙ pater prin
cipium filij dicit: q2 genuit euꝫ. Qua g̃ no
tione eſt pater: ea pncipium filij dicit. id ẽ.
generatione: ſm quam etiam dicit auctor

Hylarius.

filij. Unde Hylari⁹ in. iiij. li. de tri. ita ait:
Ipo quo pater dicit eius quem genuit au
ctor oſtendit: id nomẽ habens quod neꝫ
ex alio pfectum intelligat: ⁊ ex quo is qui
genitus eſt ſubſtitiſſe doceat. Nouit eccle
ſia vnũ innaſcibilem deũ. Nouit vnigeni/

Nota ꝙ dicit filiũ nõ eſſe ab initio ſꝫ ab initiabili.

tum dei filiũ. Confitet prẽm ab origie libe
rum: confitet ⁊ filij originẽ ab initio: nõ ip
ſum ab initio: ſ ab initiali: nõ p ſeipm: ſ ab
eo qui a nemine eſt natum ab eterno: nati=
uitatem. ſ. ex paterna eternitate ſumentem
Edita eſt hic fidei pfeſſio: ſed pfeſſiõis ra
tio nondũ expoſita eſt: ⁊ ideo querenda. ſ.
quõ intelligendũ ſit ꝙ ait filij origineꝫ eſſe
ab initio: ⁊ nõ ipm eſſe ab initio: ſ ab initia

Apit ex quo ſenſu illa dixerit Hylarius.

bili. Hoc vtiꝫ ſubdẽs: determinauit quõ
acceperit initiũ: inquiens origineꝫ filij eſſe
ab initio: Ac ſi diceret. Non ita intelligas
originem filij eſſe ab initio: quaſi ipe filius
habeat initium: ſed q2 ipe eſt ab initiabili.
id eſt a patre a quo ſunt omnia. Nam licet
filius ſit pncipium de pncipio: nõ eſt tñ cõ
cedendũ ꝙ filius habeat pncipiũ. Cũꝫ fi=
lius ſit principiũ de principio: ⁊ pater pn=
cipium non de principio. Non eſt princi/
pium de principio: principium ſine princi
pio: ſicut filius nõ eſt pater. Neꝫ tñ duo
principia: ſed vnum ſicut pater ⁊ filius nõ
duo creatores: ſed vnus creator.

Cum pater ⁊ filius ſint vnuꝫ principium ſpirituſſancti: queritur an eadem notione. D

Vnum auteꝫ principium ſunt pater ⁊ filius: non tantũ crea=
turarum: vt dictum eſt ſupra: ſed etiaꝫ ſpi=
rituſſancti. Ideo queri ſolet vtrum eadem
notione pater ſit pncipium ſpirituſſancti ⁊

filius: an ſit alia notio qua pater dicat̃ pn̄-
Reſponſio — cipiũ ſpirituſſancti: ⁊ alia qua filius? Ad
quod dicimus: cum pater dicatur princi-
pium ſpirituſſancti ⁊ filius: quia ſpiritus-
ſanctus ꝓcedit vel dat̃ ab vtroq;: nec alit̃
ꝓcedit vel datur a patre q̃3 a filio. Sane in-
telligi poteſt patrem et filium eadem rela-
Querit̃ q̃ ſit notio qua pat̃ ⁊ filiꝰ dicit̃ pn̄cipiū ſpūſſcti. — tione vel notione pn̄cipium dici ſpūſſancti
Si vero queritur que ſit illa notio quã
ibi notat principium. Nomē eius non ha-
bemus: ſed nō eſt ipſa paternitas vel filia-
tio: imo notio quedã que patris eſt et filij:
q2 ab eterno pater ⁊ filius vnũ principium
eſt ſpirituſſancti. Donator aũt (vt p̄dictũ
eſt) dicitur pater vel filius ex tēpore: ſicut
ſpirituſſanctus donum vel donatũ.

Iſta eſt diſtinctio viceſimanona.

In qua mgr̃ poſtq̃ egit de innaſcibilitate put ſigni-
ficatur hoc nomine ingenitus: agit de cōi ſpiratiōe
put ſignificat̃ hoc nomīe pn̄cipium. Et diuiditur in
tres ptes. In quarum p̄ma oſtenditur qualiter tota
trinitas per hoc nomen pn̄cipium ſe habet ad crea-
turas. In ſecunda ſubdit quomō p idem nomen. ſ.
pn̄cipium pſone ſe habeant ad inuicē. In tertia ſub-
iungit cōcludendo q̄ non ſit aliquod cōe nomē quo
exp̄matur relatio patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti: ſicut per
nomen pn̄cipium exprimitur relatio patris ad ſpm̄-
ſanctū. Primũ facit a pn̄cipio diſtinctionis vſq; ibi.
Deinde in eodē libro. Scōm ab inde vſq; ibi. Unũ
aũt pn̄cipium. Tertium facit ab inde vſq; ad finem.
diſtinctionis. Et tm̄ in generali. In ſpeciali ſentētia
magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionibus quarum p̄ma
eſt hec. Pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus ſunt vnũ princi-
pium creaturarũ tempaliter. Hanc ꝓpoſitionē ma-
giſter ꝓbans dicit q̄ hoc nomen pn̄cipium ſm̄ q̄ re-
latiue dicit̃: in diuinis importat tm̄ relatiōem dei ad
creaturas: vel relationē pſonarũ ad inuicem. Et po-
ſtea dicit q̄ quelibet pſona ⁊ tota trinitas dicit̃ prin-
cipiũ creaturarũ ⁊ eorũ que naturaliter eſſe habent
nō aũt peccatorũ: q2 naturã vitiant: ⁊ hoc eſt ratiōe
creatōis: ppter quam creationem relatio intelligit̃
inter deum ⁊ creaturas. Sunt enī oēs pſone vnum
pn̄cipiũ reſpectu creature: ⁊ hoc ex tēpe nō ab eter-
no. ꝓpterea dicit q̄ vna pſona eſt pn̄cipiũ alterius.
Nam pater eſt pn̄cipiũ filij: q2 ipſum genuit: ⁊ pater
⁊ filius ſunt pn̄cipium ſpūſſancti: ⁊ hoc non ex tem-
pore ⁊ eſſentialiter: ſed notionaliter. Secunda pro-
poſitio eſt hec. Pater eſt pn̄cipium filij: pater ⁊ filiꝰ
ſunt vnum pn̄cipiũ ipſius ſpūſſancti. Hoc magiſter
declarat autoritate beati Auguſtini que ſententiali-
ter p̄miſſa eſt. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Relatio qua
pater ⁊ filius referunt̃ ad ſpūmſanctum non habet
aliqđ nomen ꝓprium vſualiter. Hanc ꝓpoſitionē
magiſter ꝓbans querit. Utrum pater ⁊ filius ſunt
eadem notione vnū pn̄cipium ſpūſſancti. Et reſpō-
det q̄ ſic. licet non habeamus nomen illã notionem
exprimens. Nam nomen illud. ſ. communis ſpiratio
quo doctores illam notionem nominant tēporibus
magiſtri nondum fuit in vſu. nec adhuc inuentum.
Poſtremo notandũ eſt q̄ hoc nomen pn̄cipium trã-
ſiens in predicationem diuinorum nō ſemp ſumitur
vniformiter. Nam quandoq; accipitur perſonaliter
vt cum dicitur principium de principio: ⁊ qn̄q; notio-
naliter: vt cũ dicitur. Pater ⁊ filius ſunt vnum prin-
cipium ſpirituſſancti.: quandoq; eſſentialiter: vt cũ
dicitur. Pater ⁊ filius ⁊ ſpirituſſanctus ſunt vnum
principium creature. Et tm̄ in ſpeciali.

De his que tpaliter de deo dicũt̃ ⁊ relatiue ſm̄ accidens quod non deo ſed creaturis accidit. a

Di.XXX

Unt eni3 que-
dam que ex tp̄e de deo dicũtur:
ciq; tempaliter ꝯueniũt ſine ſui
mutatione: ⁊ relatiue dicunt̃ ſm̄ accidens
non q̄ accidit deo: ſed q̄ accidit creaturis
vt creator: dominus: refugiũ: datũ vel do-
natum ⁊ hmōi. De his Augꝰ. in. v. lib. de — Auguſti.
trini. ait. Creator relatiue dicit̃ ad creatu-
ram ſicut dn̄s ad ſeruũ. Item nō aliquem
moueat q̄ ſpūſſanctus cum ſit coeternꝰ pa-
tri ⁊ filio: dicit̃ tm̄ aliquid ex tempe: veluti
hoc ipſm̄ quod donatũ diximus. Na3 ſem-
piterne ſpūſſanctus eſt donũ: tpaliter aũt
donatũ. Et ſi dn̄s non dicit̃: niſi cũ hr̄e in-
cipit ſeruum: etiam iſta appellatio relatiua
ex tempore eſt deo. Nō enī ſempiterna cre-
atura eſt: cuius ille dominꝰ eſt. ergo dn̄m
eſſe non ſempiternũ habet: ne cogamur eti-
am creaturam ſempiternã dicere. quia ille
ſempiterne nō dominaretur: niſi etiam iſta
ſempiterne famularetur. Sicut autem nō
poteſt eſſe ſeruus qui non habet dominũ.
ſic nec dominus qui non habet ſeruũ.

Oppoſitio q̄ non ex tēpore ſit dominus quia eſt dominus tēporis quod non eſt ex tempore. b

Sed hic aliquis di-
cet q̄ nō ex tēpore cōpetit deo hec appella-
tio qua dicit̃ dn̄s: q2 non eſt tantũ dn̄s re-
rum que ex tempe ceperũt: ſed etia3 illius
rei que non cepit ex tp̄e. i. ipſius temporis.
Quod non cepit ex tēpe: quia nō erat ante
tempus q̃3 inciperet. Et ideo non cepit eē
dominꝰ ex tempe. Ad quod dici poteſt
quia licet non cepit ex tempe dn̄s eſſe tem-
poris: cepit tm̄ eſſe dn̄s tēpis: q2 non ſemp
fuit tempus: ⁊ ipſius homis ex tp̄e cepit eē
dominꝰ. De hoc Augꝰ. in eodem li. conti-
nue ita ait. Quiſq̃s extiterit q̃ eternũ deu3
ſolum dicat: tempa vo nō eſſe eterna ꝓpt̃
varietatē ⁊ mutabilitatē: ſed tamen ipſa tē-
pora non in tp̄e eſſe cepiſſe: q2 non erat tp̄s
anteq̃3 tpa inciperent. Et ideo non in tp̄e ac-
cideret deo vt dn̄s eſſet: q2 ipſorum tempo-
rum dominus erat: que vtiq; non in tem-
pore eſſe ceperũt. Quid reſpōdebit de ho-
mine qui in tempore factus eſt: cuiꝰ vtiq;

Dn̄ tp̄s cepit deꝰ cepit eſſe dn̄s: nec ante tp̄s fuit dominus: ſ3 cũ tp̄e nō ex tp̄e vel ĩ tēpe: q2 nō añ fuit q̃ tp̄e dn̄s ſed ſimul.

Rn̄ſio.

Auguſti.

dn̄s non erat anteq̄ʒ eſſet. Certe vt dn̄s ho
minis eſſet ex tp̄e accidit deo: ⁊ vt omnis
amoueat̃ cōtrouerſia: certe vt tuus domi=
nus eſſet vel meus qui mō eſſe cepimus: ex

Quō intelligē dū ſit nihil di= ci d̄ deo ſm ac cidēs: ⁊ q̄ ſūt accidentia re= latiua.

tp̄e habuit. Quō ḡ obtinebimus nihil
ſm accidens dici deum: niſi q: ipſi⁹ nature
nihil accidit' quo mutet̃: vt ea ſint acciden
tia relatiua: que cū aliqua mutatiōe reruʒ
de q̄bus dicunt̃ accidunt: ſicut amic⁹ rela
tiue dicit̃. Non em̄ amicus eſſe incipit: ni/
ſi cum amare cepit. Fit ergo aliqua muta/
tio voluntatis vt amicus dicat̃. Num⁹
vo' cum dicit̃ p̄cium: relatiue dicit̃: nec tñ
mutatus eſt cum eſſe ceperit p̄cium: nec cū
dicitur pignus: ⁊ hmōi. Si ergo num⁹

Per ſīlitudi= nē oſtendit q̄ pōt deus dici qđ añ nō dice batur ſine ſui mutatione: vt numuſ dicitur precium.

poteſt nulla ſui mutatione totiens dici re=
latiue: vt neq̄ʒ cum incipit dici: neq̄ʒ cū de=
ſinit aliquid in eius natura vel forma qua
numus eſt mutationis fiat: q̄to facili⁹ de
illa incommutabili dei ſubſtantia debem⁹
accipe q̄ ita dicat̃ relatiue aliquid ad crea
turam: vel q̄uis temporaliter incipiat di=
ci. non tñ ipſi ſubſtantie dei accidiſſe aliq̄d
intelligat̃: ſed illi creature ad quam dicit̃.
qualiter etiam refugium noſtrum dicitur.

Q̄r de⁹ d̄r refu giū relatiue et ex tp̄e ſine ſui mutatione.

Refugiū em̄ noſtrum dicitur de⁹ relatiue.
ad nos em̄ refertur: ⁊ tunc refugiū noſtrū
fit cum ad eum refugimus. Nunq̄d tūc fit
aliquid in ei⁹ natura quod anteq̄ʒ refuge=
remus ad eum non erat? In nobis ergo fit
aliqua mutatio: qui ad eum refugiendo ef

Qđ pater di= cit̃ relatiue.

ficimur meliores. In illo aūt nulla. Sic et
pater noſter eſſe incipit: cum p̱ eius gratiā
regeneramur: qui dedit nobis poteſtatē fi
lios dei fieri. Subſtantia ergo nr̄a mutat̃
in melius: cum filij eius efficimur. Similit̃
⁊ ille pater noſter eſſe incipit: ſ; nulla ſui cō
mutatione ſubſtantie. Q̄r ergo temporalit̃
dici incipit deus: quod antea non dicebat̃
manifeſtum eſt relatiue dici: non tñ ſm ac=
cidēs dei q̄ aliquid ei acciderit. ſed plane
ſm accidens eius: ad quod dici aliq̄d de⁹
incipit relatiue. Ex his apte oſtenditur

Sūmatim p̄= dictorū intelli gētiā p̄ſtrigit

q̄ quedam de deo tp̄aliter dicunt̃ relatiue
ad creaturas ſine mutatione deitatis: ſ; nō
ſine mutatione creature: ⁊ ita accidens eſt
in creatura nō in creatore: ⁊ appellatio qua
creatura dicit̃ relatiue ad creatoreʒ: relati
ua eſt: ⁊ relationē notat q̄ eſt in ipſa creatu=
ra. Appellatio vero illa qua creator relati/
ue dicit̃ ad creaturā: relatiue quidē eſt: ſed
nullā notat relationem que fit in creatore.

Hic ſoluit̃ queſtio qua querebat̃ vtrū ſp̄ūſſanctus dicat̃ datum re

latiue ad ſe cum ipſe det ſe. c

Hic poteſt ſolui q̄

ſtio ſuperius p̱poſita: vbi querebat̃ cū ſpi
rituſſanctus datū dicat̃ vel donatuʒ. Qđ
aūt dat̃ refertur ad eum q̄ dat: ⁊ ad illū cui
datur: ⁊ ſp̄ūſſanctus det ſeip̄m: vtrū ad ſe=
ip̄m relatiue dicatur cum dicit̃ dari vl' do
nari? Cui queſtioni reſpondentes dici= Solutio.
mus ſp̄ūmſanctum dici datum vl' donatū
relatiue: ⁊ ad dantem ⁊ ad illum cui datur
Dans autem ſiue donator eſt pater cuʒ fi=
lio ⁊ ſp̄ūſancto. Nectamen dicimus ſp̄ūm
ſanctum referri ad ſe: ſed appellatio dati vl'
donati refertur ad dantem ⁊ ad recipiēteʒ
quia non poteſt aliquid dici datum niſi ab
aliquo ⁊ alicui detur. Cum autem ſpirituſ
ſanctus dari a ſe vel datus a ſe dicitur: re=
latiue quidem dicitur ad illum cui datur:
⁊ eſt appellatio relatiua: ⁊ in illo cui datur
mutatio fit: non in dante.

Iſta eſt diſtinctio triceſima hui⁹
p̄mi libri. In qua mgr̄ poſtq̄ egit de innaſcibilitate
⁊ cōmuni ſpiratione: agit incidentaliter de q̄buſdaʒ
relationibus que ꝯueniūt deo ex tp̄e. Et tria facit.
Nam p̄mo oſtendit deum ad creaturā ex tp̄e referri
Secundo ſubdit deū p̱ talem relationem nō mutari
Tertio exemplificat hoc p̱ ſp̄ūmſanctū ⁊ dicit tp̄ali=
ter dari. Primū facit a p̄ncipio diſtinctiōis vſq̄ʒ ibi.
Quō ergo obtinebim⁹. Scđm ab inde vſq̄ʒ ibi. Hic
pōt ſolui. Tertiū ab inde vſq̄ʒ ad finē diſtinctōis Et
hec eſt ſnīa huius diſtinctiōis in generali. In ſpēali
ſententia mgr̄i ſtat in trib⁹ p̱poſitiōib⁹: quaꝝ p̄ma
eſt hec. Conſtat deū ad creaturas ex tempe referri.
Hāc p̱poſitionē mgr̄ p̱bans dicit: q̄ illa que dicunt̃
de deo relatiue temporaliter dicunt̃ de ip̄o ſm acci=
dens: nō ſm accidens qđ in deo ſit: ſed quod in crea
turis ē: ⁊ exemplificat hoc p̱ hmōi nomina creator:
dominus: refugiū: ⁊ ſimilia: que nō poſſunt deo cō=
ueniſſe ab eterno: cū ab eterno nō habuit creaturaʒ
ad ſe refugientē ſeu ſeruū: ſed incepit hr̄e ex tempo
re. Contra qđ magiſter obijciēs dicit q̄ de⁹ nō ince=
pit eſſe dn̄s tp̄is: q: nō incepit in tp̄e nec ex tp̄e. Ad
qđ magiſter reſpōdens dicit: q̄ de⁹ incepit eſſe dn̄s
tp̄is: qñ tp̄s incepit eſſe. Vñ ſicut tp̄s nō incepit eſſe
in tp̄e ſeu ex tp̄e: ita de⁹ nō incepit eſſe dn̄s tp̄is in tē
pore ſeu ex tp̄e: ſed cum tp̄e. Scđa p̱poſitio eſt hec.
Deus p̱ relationem q̄ refert̃ ad creaturā non mutat̃
Huius p̱poſitionis rationē veritatis mgr̄ aſſignat
di. q̄ ip̄a relatio eſt ſolū in creatura realit̃ ſed tm̄ ei⁹
appellatio eſt in deo reſpectu creaturarū. Qđ exem
plificans dicit: q̄ ſicut numus fit precium ſeu incipit
eſſe p̄cium ſine ſui mutatione: ita deus ſine ſui muta
tione fit creator. Tertia p̱poſitio eſt hec: q̄ ſp̄ūſſan
ctus ſine ſui mutatione puris mentibus dat̃. Hanc
p̱poſitionē mgr̄ p̱bat ſoluēdo queſtionem ſuā quā
ſupius diſtinctiōe. xviij. reliq̄rat inſolutā. Vtrū ſcʒ
ſp̄ūſſanctus dās ſeip̄m poſſit referri ad ſeip̄m. Et re
ſpondet q̄ cū ſp̄ūſſanctus dicitur datus vel miſſus a
ſe: tunc relatiue dicit̃ ad eū cui dat̃: ⁊ eſt relatio ſm
nomen: ⁊ non ſm rem: ⁊ fit mutatio in illo cui datur
nulla mutatione facta in ip̄o donante. Et tm̄ de ſen
tētia magiſtri in hac diſtinctione in generali.

Quomõ dicat̃ filius equalis patri: an ſm ſubſtantiã: an ſm relationem ita ⁊ ſimilis. a

DI.XXXI. p

Retereaconſiderari oportet: cum tres pſone coequales ſibi ſint: vtrũ relatiue hoc dicat̃: an ſm ſubſtantiam: ⁊ ſi relatiue: vtrum ſm relationem an ſm eſſentiã conſideranda ſit equalitas? Deinde quid ſit ipa equalitas? Ad quod dicimus quia ſicut ſimile nihil ſibi eſt. Similitudo enim (vt ait Hylarius) ſibiipſi nõ eſt: ita et eq̃le aliquid ſibi non dicit̃: ac ꝑ hoc ſicut ſimile ita ⁊ equale relatiue dicit̃. Dicit̃ ergo relatiue filius equalis patri: ⁊ vtriq; ſpũſſanctus. Eſt tamẽ equalis patri filius: ⁊ vtriq; ſpũſſanctus ꝓpter ſummam ſimplicitatem eſſentie ⁊ vnitatem. Equalis eſt ergo filius patri ſm ſubſtantiam: non ſm relationem. Unde Aug⁹. in. v. li. de trini. ait: Querimus ſm quid equalis ſit patri fili⁹ non ſm hoc ꝙ ad patrem dicitur filius eq̃lis eſt patri. Reſtat ergo vt ſm id equalis ſit ꝙ ad ſe dicitur. Quicq̃d autem ad ſe dicitur: ſm ſubſtantiam dicit̃. Reſtat ergo vt ſm ſubſtantiam ſit equalis. Eadẽ ergo eſt vtriuſq; ſubſtantia. Item in ſexto libro Satis eſt videre nullo modo filium equalem eſſe patri: ſi in aliquo. ſ. quod ꝑtineat ad ſignificandam eius ſubſtantiã inequal' inuenit̃. In omnibus ergo equalis eſt pr̃i filius: ⁊ eſt eiuſdem ſubſtantie. Equal' eſt etiam ſpũſſanctus: ⁊ in omnib⁹ equalis ꝓpter ſummam ſimplicitatẽ illius ſubſtãtie. Ex his pſpicuum fit ꝙ ſm ſubſtantiam filius eſt equalis patri: ⁊ vtriq; ſpiritusſanctus ⁊ appellatio tm̃ relatiua ẽ. Equalitas ergo patris ⁊ filij non eſt relatio vel notio. ſed naturalis vnitas ⁊ idemptitas.

Hylarius

Auguſti.

Quid ſit eq̃litas.

Hic quomodo dicatur ſimilis: et quid ſit ſimilitudo. b

Hoc idem etiam dicimus de ſimili ⁊ ſimilitudine. Cum eñ dicitur filius ſimilis patri: relatiue q̃dem dicitur: ſed ſimilis eſt patri propter vnitatez eſſentie. Eſt ergo appellatio tantũ relatiua Similitudo vero indifferens eſſentia. Unde quibuſdam non indocte videt̃ nomine eq̃litatis vel ſimilitudinis non aliquid poni/ ſed remoueri: vt ea ratione dicatur fili⁹ eq̃lis patri: quia nec maior eſt eo nec minor. ⁊ hoc propter vnitatem eſſentie. Ita et ſimilis dicitur: quia nec diuerſus: nec alien⁹ nec in aliquo diſſimilis. Et hoc ꝓpter eſſentie ſimplicitatem. Non ergo ſm ꝙ fili⁹ eſt genitus a patre: equalis vel inequalis eſt patri: nec ſimilis vel diſſimilis: ſed equalis ⁊ ſimilis ſm ſubſtantiam.

Quibuſdã videt̃ ꝙ noĩe eq̃litatis vel ſilitudinis nõ ponit̃ aliq̃d: ſ; remouet̃.

De ſnĩa ſancti Hilarij qua in trinitate pſonarum ꝓpria oſtendit. c

Non eſt igitur hic ꝑtermittendum ꝙ vir illuſtris Hylarius ꝓprietates pſonarum aſſignãs: dicit in patre eſſe eternitatẽ: ſpeciem in imagine: vſuz in munere. Que tante difficultatis ſũt verba: vt in eorum intelligentia atq; explanatione vehementer laborauerit Aug⁹. vt ipſe oſtendit in ſexto libro de trini. ita dicẽs: Quidam cum vellet breuiſſime ſingularũ in trinitate perſonarum inſinuare propria Eternitas ẽ inquit in patre: ſpecies in imagine: vſus in munere. Et quia non mediocris autoritatis in tractatione ſcripturaruz ⁊ aſſertione fidei vir extitit. Hec eniz Hylarius in libris ſuis poſuit. Horũ verborum. id eſt patris ⁊ imaginis ⁊ muneris eternitatis ſpeciei ⁊ vſus abditam ſcrutatus intelligentiam: q̃tum valeo non eo ſecutum arbitror in eternitatis vocabulo: niſi ꝙ pater non habet patrez de quo ſit fili⁹ autem de patre eſt vt ſit: atq; vt illi coeternus ſit. Imago enim ſi perfecte implet illud cuius imago eſt: ipa coequat̃ ei: non illud imagine ſue: in qua imagine ſpeciem nominauit. Credo ꝓpter pulchritudinem vbi tanta eſt congruentia et prima equalitas. ⁊ prima ſimilitudo nulla in re diſſidens: ⁊ nullo modo inequalis: ⁊ nulla ex parte diſſimilis: ſed ad idẽptitatẽ reſpondens ei cuius imago eſt: vbi eſt prima ⁊ ſumma vita cui non eſt aliud viuere ⁊ aliud eſſe: ſed idem ⁊ primus ac ſummus intellectus: cui non eſt aliud viuere ⁊ aliud intelligere: ſed idem hoc eſt vnum tanq; verbum perfectũ: cui non deſit aliquid: ⁊ ars quedam omnipotentis ⁊ ſapientis dei: plena omniuz rationum viuentium incommutabiliũ: ⁊ omẽs vnum in ea: ſicut ipſa vnũ de vno cũ quo vnũ: ibi nouit oĩa deus que fecit ꝑ ipſam.

Ex quo ſenſu itelligẽda ſũt verba Hylarij ſm docet Aug. ⁊ prius quare pr̃i eẽnitas tribuat̃. Hylari⁹ in lib. de ſynodis Imago eius ad quã imaginat̃ ſpẽs indifferẽs ẽ. Nec ꝙ eñ ipſe ſibi q̃ſq; imago eſt ſ; eũ cui⁹ imago ẽ neceſſe ẽ vt imago demõſtret. Imago ergo eſt rei ad rẽ coequãdã ⁊ imaginata ⁊ indiſcreta ſilitudo. Eſt ergo pr̃: eſt etiam fili⁹: quia imago pr̃is ẽ fili⁹ Et q; imago ẽ vt rei imago ſit ſpẽm neceſſe eſt ⁊ naturã ⁊ eẽntiã ſm ꝙ imago ẽ in ſe habeat auctoris.

Hic de ſpirituſancto quare vſus dicatur. d

Eſt aũt ineffabilis quidã complexus pr̃is ⁊ imaginis q̃ nõ ẽ ſine ꝑfruitione: ſine charitate: ſine gaudio

Illa ergo dilectio: delectatio: felicitas vel beatitudo: ſi tñ aliqua humana voce digne dicit͛ vſus ab illo appellata eſt breuiter: ⁊ eſt in trinitate ſpūſſanctus: nō genitus: ſed genitoris genitiq; ſuauitas: īgeniti largitate atq; vbertate ꝑfundens oēs creaturas ꝓ captu earum. Itaq; illa tria ſi a ſe inuicem determinari videntur: ⁊ in ſe infinita ſunt. Qui videt hoc vel ex ꝑte vel ꝑ ſpeculum in enigmate: gaudeat cognoſcēs deum ⁊ gratias agat. Qui vero nō videt: tēdat ꝑ pietatē ad videndū: nō ꝑ cecitatem ad calūniandū: qm̄ vnꝰ eſt deus: ſed tñ trinitas. Ecce habes q̄liter verba Hylarij p̄miſſa accipiēda ſunt: licet tāte ſint ꝓfunditatis: vt etiā adhibita expoſitiōe vix aliquatenus ea intelligere valeat humanus ſenſus: cum ⁊ ipa eorum explanatio quaꝫ hic Auguſtinus edidit: plurimuꝫ in ſe habeat difficultatis ⁊ ambiguitatis.

Q nō mō illa verba Hilarij ſꝫ explanatio Augu. ſuꝑ hiſ obſcuriſſima ē

Q ſm hanc expoſitionem non diſtinguuntur ibi proprietates perſonarum tres. e

Non eni ſcd̄m premiſſam expoſitioneꝫ diſtinguunt͛ hic tres ille ꝓprietates ſuperiꝰ aſſignate: ſed ipe hypoſtaſes diſtincte ab inuicē monſtrantur. Eternitatis tñ nomine eadem videtur deſignata ꝓprietas: quā notat hoc nomē ingenitus. Sed videamꝰ quid ſit quod ait: Imago ſi ꝑfecte implet cuiꝰ imago eſt: ipſa coequat͛ ei: nō illud ſue imagini. Videt͛ eñ dicere ꝙ filiꝰ qui eſt imago patris: patri coequat͛: nō pater filio: cū ⁊ filius dicatur equalis pr̄i in ſcriptura: ⁊ pater filio: ſꝫ filiꝰ hoc hꝫ a pr̄e: vt ſit ei equalis: pater autē nō hꝫ a filio: ⁊ tñ filiꝰ plene ac ꝑfecte eq̄lis eſt patri. i. imago ei cuiꝰ eſt imago.

Quare dicatur Hylarius ꝓpria ꝑſonarum aſſignaſſe in verbis predictis: cum ibi non ſint expreſſe ꝓprietates. f

Propria ergo pſonarū in p̄dictis verbis aſſignaſſe dicit͛ Hylariꝰ: q2 relatiua noīa ꝑſonaꝝ poſuit. ſ. patris imaginis et muneris: que relatiue dicunt͛ de ꝑſonis: ⁊ ꝓprietates notant q̄bus diſtinguunt͛ ꝑſone. Ita eñ dicit͛ ſpūſſanctus munus relatiue ſicut donū. Verūtamen ipas ꝓprietates alijs tribꝰ nominibꝰ non ſignificauit: iuxta p̄dictā Augꝰ. expoſitionem: niſi ſolo nomine eternitatis: quo non ipam paternitatē: ſed eā voluit intelligi notionem qua dicitur ingenitus.

Q earundē ꝑſonarū diſtinctioneꝫ notat Augꝰ. alijs verbis ſine expreſſione trium ꝓprietatū. g

Illud etiā ſciri oportet ꝙ earundē triū ꝑſonarū diſtinctionem Augꝰ. oſtendere volens: ſine exp̄ſſiōe illarum triū ꝓꝑetatum ſupius cōmemoratarū in p̄mo li. de doctrina chriſtiana ſic ait In pr̄e eſt vnitas: in filio eq̄litas: in ſpūſancto vnitatis equalitatiſq; ꝯcordia Et hec tria vnum omnia ꝓpter patrem: equalia omia ꝓpter filium: cōnexa omnia ꝓpter ſpiritū ſanctum. Itaq; pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctꝰ ⁊ ſingulus quiſq; horum deus eſt: ⁊ ſimul omnes vnus deus: ⁊ ſingulus quiſq; horū plena ſubſtantia eſt: ⁊ ſimul omēs vna ſubſtantia: pater nec filius eſt nec ſpūſſanctus ⁊ filius nec pater eſt nec ſpūſſanctus. Spirituſſanctꝰ nec pater ē nec filiꝰ: ſed pater tm̄ pater: ⁊ filius tm̄ filius: ⁊ ſpūſſanctꝰ tm̄ ſpūſſanctus. Eadē tribus eternitas: eadē incōmutabilitas eadem maieſtas: eadē poteſtas. In his verbis aperte īſinuatur perſonarum trium diſtinctio.

Quare patri attribuatur vnitas: et filio equalitas. h

Sꝫ plurimos mouet ꝙ patri attribuit vnitatē: filio equalitatem. Cū eñ vnitas dicat͛ ſm ſubam: nō tātum in patre eſt: ſꝫ etiam in filio ⁊ in ſpūſancto: ⁊ equalitas vna eſt patris ⁊ filij ⁊ ſpirituſſancti. Cur ḡ patri attribuit͛ vnitas: ⁊ filio equalitas. Forte eadē ratione attribuitur patri vnitas ſm Auguſtinuꝫ: qua ſupra eidē eternitas ſm Hylariū: q2 videlicet pater ita eſt: vt ab alio nō ſit. Et quia filiū genuit vnū ſecū deum: ⁊ ſpūſſanctus ab eo ꝓcedit vnus cum eo deus. Vnitas ergo in patre eſſe dicit͛: q2 nec eſt aliq̄d aliud a quo ſit. Non eñ ab alio eſt: nec ab eo aliq̄s vel aliquid eſt ab eterno: qđ vnū cū eo nō ſit: filiꝰ eñ ⁊ ſpūſſanctꝰ vnū ſūt cū patre. Vñ veritas ait. Ego ⁊ pat͛ vnū ſumꝰ.

Quare pater ⁊ filius dicantur eē vnū vel vnus deus ſed nō vnus: quia res eiuſdem nature recte poſſunt dici vnū ſimpliciter eſſe ⁊ cū adiectione. Res vero diuerſe nature non poſſunt dici vnuꝫ niſi di-

Hylarꝰ in lib. đ ſynodis. Si q̄s innaſcibilē ⁊ ſine initio dicat filiū quaſi duo ſine ꝑncipio: ⁊ duo innaſcibilia: ⁊ duo inata: dicens duoſ faciat deos: anathema ſit. Caput eñ qđ eſt p̄ncipiū oīm filius. Caput aūt qđ eſt p̄ncipium xp̄i deꝰ. Sic enim ad vnū initiabile oīm: initium ꝑ filiū vniuerſa r͛ferimꝰ filiū īnaſcibilē cōfiteri ipiſſimū eſt. Iā eñ nō erit vnꝰ deus: q2 deū vnū p̄dicari natura vniꝰ innaſcibiliſ dei exigit Cū ergo deus vnꝰ ſit duo innaſcibiles eſſe nō pn̄t cum idcirco deꝰ vnus ſit cū ⁊ pr̄ deꝰ ſit: ⁊ filius dei deꝰ ſit: q2 innaſcibilitas ſola penes vnū ſit: filiꝰ autē idcirco deꝰ: q2 ex innaſcibili eſſentia natꝰ exiſtat Caput. n. oīm filiꝰ ē ſꝫ caput filij deuſ eſt: ⁊ ad vnū deum omīa hoc ḡdu ⁊ hac ꝯfeſſiōe referūt͛ cuꝫ ab eo ſumant vniuerſa p̄ncipiū cū ipe p̄ncipiū ſit. Idē in eodē. Oībus creaturis ſubſtātiaꝫ voluntas dei attulit: ſed naturaꝫ dedit filio ex innaſcibili ac nō nata ſubſtātia ꝑfecta natiuitas. Talia eñ cuncta creata ſūt qualia deꝰ eſſe voluit: filꝰ autē natꝰ ex deo ſubſiſtit tal͛ q̄l͛ deus eſt. Nec

catur quid vnum. i

Hic dici opoꝛtꝫ qđ
pater ⁊ filius ⁊ ſpũſſanctꝰ recte dicunť eſſe
vnũ ⁊ vnꝰ deꝰ: ſ; nõ vnus. Res eñ due vł
plẽs recte pñt dici vnũ eſſe: ſi ſint vnius eſ
ſentie: ⁊ earũ vna ſit natura. Unus autem
vel vna nõ põt dici de diuerſis rebus: niſi
addať ꝗd vnꝰ vel vna. Quo addito recte
põt dici de rebꝰ ⁊ vniꝰ ⁊ diuerſe ſube. Uñ
Augꝰ. in. vj. li. de trini. ſic ait. Neſcio vtꝝ
inueniať in ſcripturis dictũ vnũ ſunt: quo
rũ eſt diuerſa natura. Si autẽ ⁊ aliq̃ plura
ſunt eiuſdem nature ⁊ diuerſa ſentiant: nõ
ſunt vnũ inq̃ꝫtũ diuerſa ſentiũt. Cũ ḡ ſic di
ciť vnũ: vt nõ addať ꝗd vnũ: ⁊ plã vnũ di
cunť eadem natura atq; eſſentia: non diſſi
dens neq; diſſentiẽs ſignificať. Uñ Pau/
lus ⁊ apollo: q̃ ⁊ ambo hoies erãt et idem
ſentiebant: vnũ eſſe dicunť cũ diciť Et qui
plantat ⁊ qui rigat vnũ ſunt Cũ ꝟo addiť
ꝗd vnũ: põt ſignificari aliquid ex pluribꝰ
vnũ factuꝫ: q̃uis diuerſa natura: ſicut aĩa
et coꝛpus non pñt vtriq; dici vnum. Quid
eñ tam diuerſum. niſi addať vel ſubintel/
ligatur quid vnũ. i. vnus hõ. Unde aplš:
Qui adheret inq̃t dño: ſpũs vnꝰ ẽ. Nõ di/
xit vnus eſt vel vnũ ſunt: ſed addidit ſpũs
Diuerſi ſunt eñ natura ſpũs hoĩs et ſpiri/
tus dei: ſed inherendo fit ſpũs hoĩs vnus
ſpũs cũ deo: q2 ꝑticeps fit veritatis ⁊ bea
titudinis illiꝰ. Si ḡ de his que diuerſe ſbe
ſunt: recte diciť ꝙ ſint vnus ſpũs: q̃to ma
gis qui vnius ſube ſunt: recte dicunť vnꝰ
deus eſſe. Pater ḡ ⁊ filius vnũ ſunt vtriq;
ſ̃m vnitatẽ eſſentie ⁊ vnꝰ deus. Jn quo et
arriana hereſis damnať: que prẽm ⁊ filiũ
⁊ ſpũmſanctum (vt ait Augꝰ. in li. de here
ſi) nõ vult eſſe vnꝰ eiuſdemq; ſube atq; na
ture: vel vt expꝛeſſius dicať eſſentie: q̃ grece
diciť vſia: ſ; filiũ eſſe creaturã. Necnõ ⁊ ſa/
belliana: q̃ (vt ait Augꝰ. in eodem li.) dice
bat xp̃m eundẽ ip̃m ⁊ patrẽ ⁊ ſp̃mſanctuꝫ
eſſe: vt eſſet trinitas noĩm ſine ſubſiſtẽtia ꝑ
ſonarũ. Utranq; peſtem (vt ait Augꝰ. ſuꝑ
Joh) elidit veritas dicens. Ego ⁊ pater
vnũ ſumus. Utrũq; audi ⁊ aduerte ⁊ vnũ
⁊ ſumus: ⁊ a caribdi ⁊ a ſcilla liberaberis.
Qꝛ enim dixit vnuꝫ: liberat te ab Arrio: ꝙ
dixit ſumꝰ: liberat te a Sabellio. Si vnuꝫ
ergo non diuerſum: ſi ſumus ergo pater ⁊
filius. Sumus eñ non diceret de vno: nec
vnum de diuerſo. Erubeſcant ergo ſabel/
liani qui dicunt ip̃m eſſe prẽm qui eſt filiꝰ:
ꝯfundentes ꝑſonas: qui ⁊ dicti ſunt patri

diſſiliꝫ ſui edi dit natura na turã: ſ; ex ſub ſtantia dei ge- nitꝰ nature ſ̃m originẽ attulit nõ ſ̃m creatu ras volũtatis eſſentiam.

Hylariꝰ in lib. de ſynodis. Minus forte expꝛeſſe videtur de indifferẽti ſilitudine prĩſ ⁊ filij fides lo- cuta eẽ: cũ de patre ⁊ filio ⁊ ſpũſctõ ita ſen ſerit ſignifica- tã in noĩbꝰ ꝓ- pꝛiaꝫ vniuſcu- iuſq; noĩatorũ ſubam ⁊ oꝛdi nẽ ⁊ gloꝛiaꝫ vt ſunt q̃dẽ ꝑ ſub ſtantiaꝫ tria ꝑ ꝯſonantiã ꝟo vnũ. Uolẽs er go cõgregata ſanctoꝝ ſyno- dus ĩpietateꝫ cã ꝑimere que vnitatẽ prĩs ⁊ filij ⁊ ſpũſſcti noĩm numero illuderet: vt ñ ſubſiſtente cã vniuſcuiuſq; nomĩs triplex nũcupatio ob tineret ſub fal ſitate nominũ vnionẽ ⁊ pr̃ ſo lus atq; vnus idẽ ⁊ ip̃e habe ret ⁊ ſpũſſãcti nomen ⁊ filij. Jdcirco tres ſubas eẽ dixe rũt: ſubſiſten- tiũ ꝑſonas: ſ; ꝑ ſubam edo- cẽtes niſi ſub- ſtantiã prĩs et filij diuerſita- te diſſilia eẽn- tie ſeꝑantes. Qđ autem di ctuꝫ eſt: vt ſint q̃dẽ ꝑ ſubſtan tiã tria ꝑ cõſo nãtiã ꝟo vnũ nõ hꝫ calũniã

paſſiani: q̃ dicunt patrem fuiſſe paſſũ. Ar/
riani ꝟo dicunt aliud patrẽ eſſe: aliud filiũ
nõ vnã ſubam: ſed duas: patrẽ maioꝛẽ fili
um minoꝛẽ. Noli hoc dicere tu catholice.
Jn medio ḡ nauiga: vtrũq; ꝑiculoſuꝫ latꝰ
deuita: ⁊ dic. Pať pr̃ eſt: ⁊ filiꝰ filiꝰ ẽ. Aliꝰ
pater: alius filiꝰ: ſed nõ aliud: imo hoc ip/
ſum: q2 vnꝰ deus. Ecce oſtenſum ẽ quare
vnitas in patre eſſe dicať: cũ tres vnũ ſint.

Quare diciť eſſe equalitas ĩ filio: cũ ſit vna equalitas trium. k

Nunc videamus
q̃re eq̃litas dicať eſſe in filio: cũ vna ⁊ ſum
ma eq̃litas ſit triũ. Hoc ideo foꝛte dictũ eſt
q2 filius genitus eſt a patre equalis gignẽ
ti ⁊ dono qđ ab vtroq; ꝓcedit: ⁊ ideo illa
tria dicunť eſſe eq̃lia ꝓpť filiũ. Filiꝰ eñ hꝫ
a prẽ vt ſit ei equalis ⁊ ſpũiſctõ: ⁊ ſpũſſan
ctus ab vtroq; habet: vt ſit equalis vtriq;
Hoc autẽ ſine aſſertionis ſupcilio ⁊ maio
ris intelligentie p̃iudicio dicimus: malen/
tes in apertione tam clauſoꝛum ſermonuꝫ
peritioꝛes audire q̃ꝫ aliquid alijs influere.

Quare in ſpũſancto diciť eſſe vtriuſq; cõcoꝛdia vel connexio. l

Qđ autẽ in ſpiritu
ſancto diciť eſſe vtriuſq; cõcoꝛdia: ⁊ ꝑ euꝫ
omĩa ꝯnexa: facilioꝛ eſt intelligẽtia nobis
p̃miſſa ad mentem reuocantibꝰ. Supꝛa. n.
ſ̃m autoꝛitates ſanctoꝛũ dictuꝫ eſt ꝙ ſpũs
ſanctus amoꝛ eſt quo pater diligit filiũ: ⁊ fi
lius patrẽ. Recte ḡ ſpũſſanctus diciť con/
nexio vel cõcoꝛdia patris ⁊ filij: ⁊ ꝑ eũ om
nia ꝯnexa. Uñ Augꝰ. in. v. li. de trini. Cõ
munio quadã cõſubſtantialis patris ⁊ fi/
lij eſt amboꝛũ ſpũſſanctus. Jdẽ in. vij. li.
de trini. Spũſſanctus eſt ſumma charitas
vtrũq; ꝯiungens: noſq; ſubiungens.

Jſta eſt diſtinctio triceſimaprima
huius p̃mi libꝛi. Jn q̃ mgr̃ poſtq̃ꝫ egit de ꝓꝑetatibꝰ
ꝑſonaruꝫ ꝓpꝛijs: incipit agere de appꝛopꝛiatis. Et
tria facit. Nam p̃mo oſtendit quedam nomĩa cõmu-
nia appꝛopꝛiabilia aliquibus ꝑſonis. Jn ſc̃do oñdit
ſignificationẽ quoꝛundã nominũ cõmuniũ: ſ; appꝛo
pꝛiabiliũ ſ̃m Hylariũ. Tertio aſſignat rõem appꝛo-
pꝛiatoꝛũ p̃us dictoꝛũ. Pꝛimũ facit vſq; ibi. Nõ eſt p̃
tereundũ. Sc̃dm vſq; ibi. Hic dici opoꝛtꝫ. Tertium
ꝟo ab inde vſq; ad finẽ diſtinctõnis. Et hec eſt ſniã
mgr̃i in generali. Jn ſpẽali ſniã mgr̃i ſtat in tribꝰ ꝓ-
poſitionibus: quaꝝ p̃ma eſt hec. Eq̃litas ⁊ ſimilitu
do ſunt in diuinis relationes tm̃ ſ̃m rõnes. Et mgr̃
hanc ꝓpoſitionem ꝓbans querit tres queſtiones.
Et p̃ma eſt. Utrũ hoc nomẽ eq̃le in diuĩs dicat ſub-
ſtantiã vel relationẽ. Et rñdet ꝙ relatiue dr̃: eo ꝙ ſi
cut nihil ꝓpꝛie diciť ſibiipſi ſimile: ita etiam nõ põt

q2 cognoſato ſpũ. i. paclyto ꝯſonãtie potiꝰ q̃ꝫ eſſentie ꝑ ſi militudinem ſbe predicari cõuenit vnita tẽ Jtẽ in eod. Cũ deũ patrẽ ꝯfitemur ⁊ cri ſtũ dei filiuꝫ p̃ dicamꝰ ⁊ inter hec diuoꝛtium deoꝝ ſit irreli gioſa cõfeſſio: nõ pñt ſ̃m na- ture indifferẽ tiã ⁊ nomẽ in differens non vnũ eſſe ĩ eẽn tie generatiõe quoꝝ eſſentie nomẽ nõ lꝫ eẽ niſi vnũ nõ. n. religioſa vni tas noĩs ex in differentis na ture eẽntia cõ ſtitutã ꝑſonaꝫ genite ademit eſſentie: vt vni ca ac ſingula ris dei ſubſtã tia ꝑ vnionem noĩs ĩtelligať cũ vtriuſq; eẽn tie noĩm. id eſt vnꝰ deꝰ: ob in diſcrete ĩ vtro q; nature ĩdiſ ſimilẽ ſubſtan tiam p̃dicet.

dici equale ꝓp̄rie. Scd̄o querit̄. Utrū eq̄litas ſm eſ
ſentiā vel relationē attendat̄. Et rn̄det ꝙ ſm eſſen-
tiam non ſm relationē. Qđ ꝓbat autoritate. b. Au
guſtini dicentis. Querimus ſm quid ſit equalis pa
tri filius: nō ſm hoc ꝙ ad prēm dr̄ filius equalis eſt
patri. Reſtat ergo ꝙ ſm hoc eq̄lis ſit qđ ad ſe dicit̄:
q̄cq̄d aūt ad ſe dicit̄ ſm ſubaꝫ dicitur. reſtat ergo ꝙ
ſm ſubam eſt equalis. Tertio querit̄ q̄d ſit ip̄a eq̄li-
tas in diuinis. Et rn̄det ꝙ ſit quedaꝫ relatio ſm no
men ſolum. i. relatio rationis: ⁊ realiter nihil aliud
eſt q̄ idemptitas v̄tutis diuinarū ꝑſonarum. Et ad
dit ꝙ idem dicendū eſt de ſimilitudine in diuis. ſ. ꝙ
dicat ⁊ attendat̄ ſm ſubſtantiam ſeu vnitatem eſſen
tie. Et ꝙ ſit relatiuū ſm nomen. Et poſtea ex p̄di
ctis approbat opinionē quorundā dicentiū. ſ. ꝙ ſimi
le ⁊ equale in diuinis non dicunt̄ poſitiue: ſed nega-
tiue: eo ꝙ equalitas excludit differentē magnitudi-
nem. Similitudo aūt excludit omnē diuerſitatē Se
cunda ꝓpoſitio eſt hec. In diuis ſm appropꝛiationē
affirmant̄ de p̄re eternitas ⁊ vnitas: de filio imago
⁊ equalitas: de ſp̄uſancto amborū nexus ⁊ caritas.
Hanc magiſter inſinuat ex verbis Hylarij atq̄ red-
dens rōem ex dictis. b. Augu. q̄ dicit eternitatē pa
tri appropꝛiari: qꝛ cum eternitas ꝓuenit p̄ncipium.
ideo cōuenit patri: q̄ ꝓpter p̄ncipij ꝓuationem ina-
naſcibilis affirmat̄. Imaginem: eq̄litatē: ſpēm ⁊ pul
chritudinem dicit appropꝛiari filio: ꝓpter ꝑfectam
⁊ ꝓportionatā repreſentatiōꝫ p̄ris. Rep̄ntat eīn fili⁹
cum ſumma ſimilitudine ⁊ eq̄litate. Munus auteꝫ ⁊
nexum charitatis ⁊ vſum aſcribit ſp̄uſancto: eo ꝙ ꝑ
ip̄m ⁊ ab ip̄o om̄ia nobis donant̄ ⁊ infunduntur ad
nr̄am vtilitatē. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Quamuis
p̄r ⁊ filius ⁊ ſp̄uſſanctus vnū ſunt: nō t̄n dici debent
vn⁹: niſi cū additiōe: vt dicat̄: vn⁹ deus: vn⁹ creator
Cuius rō eſt: qꝛ neutrū genus refert̄ ad eēntiā: ideo
cum dr̄ p̄r ⁊ fili⁹ ⁊ ſp̄uſſanctus ſunt vnum: intelligit̄
eſſentialiter: vel aliq̄d talium Maſculinū v̄o genus
refert̄ ad ꝑſonam ſeu hypoſtaſim: ⁊ non cum dicit̄.
pater ⁊ filius ⁊ ſp̄uſſanctus ſunt vnus: niſi fieret ad
ditio vt diceret̄ vnus deus vel vnus potens vel vn⁹
ſciens: tolleretur diſtinctio perſonarū vel poneretur
ipſarum confuſio. Et t̄m de ſententia in ſpeciali.

**Utrum pater vel filius ſpiritu ſan
cto diligat cum diligere ideꝫ deo
ſit quod eſſe. a** Di.XXXII

Iꝺ oritur que

b ſtio ex p̄dictis deducta: dictuꝫ
eſt eīn ſupra atq̄ ſanctorū auto-
ritatibus oſtenſum ꝙ ſp̄uſſanctus eſt com
munio patris ⁊ filij ⁊ amor quo p̄r ⁊ filius
ſeinuicem diligunt. Ideo querit̄. Utꝝ pa
ter vel fili⁹ ꝑ ſp̄ūmſanctum diligat? Quod
vtiq̄ videt̄ oportere dici ſm autoritates
ſupꝛapoſitas: quibus oſtendit̄ ſp̄ūmſctm̄
eſſe quo genitus a gignente diligatur: geni
toremq̄ ſuū diligat. Sed econtra ſi pater
vel filius dicatur diligere ꝑ ſp̄m̄ſanctū: vi
detur eſſe ꝑ ſpiritūſanctū: qꝛ non eſt aliud
deo eſſe ⁊ aliud diligere: ſed idem: qꝛ vt ait
Aug⁹. in. xv. li. de trini. Quicq̄d ſm qua- Auguſti.
litates in illa ſimplici natura dici videtur
ſm eſſentiam eſt intelligendū: vt bon⁹: ma
lus: immortalis: ſapiēs: diligens: ⁊ hmōi.
Ideoq̄ ſi pater vel filius diligit ꝑ ſpiritū-
ſanctū: ꝑ ip̄m ſpiritū eſſe videtur: neq̄ t̄m
eſſentia ſua diligit: ſed etiam dono.

**Hec queſtio inſolubilis eſt huma
num ſuperās ſenſum in qua auto-
ritates ſibi occurrunt. b**

Huic queſtioni cū

altitudinē nimie ꝓfunditatis ꝯtineat: id ſo
lum rn̄demus qđ Aug⁹. ſignificare videt̄
ſcꝫ ꝙ pater ⁊ fili⁹ ſe diligāt ⁊ vnitatē ſuēt.
non ſolū eſſentie ſua: ſed ſuo dono ꝓpꝛio:
qđ licet ſupꝛa poſitum ſit: iterare t̄n nō pi-
get: qꝛ ſic expedit. Ait ḡ Aug⁹. in. vj. li. de Auguſti.
trini. ita: Manifeſtū eſt ꝙ nō aliq̄s duoꝝ
eſt quo vterq̄ ꝯiungit̄ quo genitus a gi-
gnente diligatur genitoremq̄ ſuum diligat
ſintq̄ nō ꝑticipatiōe: ſed eſſentia ſua neq̄
dono ſuperioris alicui⁹: ſed ſuo ꝓpꝛio ſer-
uantes vnitatē pacis. Ecce hic dicit ꝙ
eſſentia ſua ⁊ dono ſeruāt vnitatē. Idem
in. xv. li. de trini. ait. In illa trinitate quis
audeat dicere patrem nec ſe nec filiū nec ſpi
ritūſanctū diligere: niſi ꝑ ſpiritūſanctum.
Hic apte oñdit patrē non t̄m ꝑ ſpiritūſan
tum diligere. Non autem ſimpliciter dicit
patrem nō diligere ꝑ ſpiritūſanctum.

Apte dicit ꝙ pater et filius eēntia ⁊ dono ſuo diligūt ſe ⁊ pacē ſeruāt

**Utrum pater ſit ſapiens ſapiētia
quam genuit: ſicut diligit amore
qui ab ipſo procedit. c**

Preterea diligen-

ter inueſtigari oportet vtruꝫ pat̄ ſapiēs ſit
ſapiētia quaꝫ genuit que t̄m filius eſt? Qđ
videt̄ a ſimili poſſe ꝓbari. Si eīn p̄r diligit
amore qui ab ip̄o ꝓcedit: cur non ⁊ ſapien
tia vel intelligentia quā ip̄e genuit ſapit vl̄
intelligit? Hanc queſtionem vrgere videt̄
vt ait Aug⁹. in. vj. lib. de tri. quod ſcripſit
ap̄lus dicens chriſti dei v̄tutem ⁊ dei ſapi
entiam. Ubi querit̄: vtrum ita ſit pater ſa
pientie ⁊ virtutis ſue: vt hac ſap̄ia ſapiēs
ſit quā genuit: ⁊ hac v̄tute potēs quaꝫ ge-
nuit? Sed abſit vt ita ſit: qꝛ ſi hoc eſt ibi eē
qđ ſapere: non ꝑ illam ſapiam quā genuit
ſapiens dicit̄ pater: alioq̄n non ip̄a ab illo
ſed ille ab ip̄a eſt. Si eīn ſapientia quaꝫ
genuit cauſa eſt illi vt ſapiens ſit: etiā vt ſit
ip̄a illi cauſa eſt: quod fieri non pōt: niſi gi
gnendo eum aut faciendo: ſ; nec genitriceꝫ
nec ꝯditricem p̄ris vllo mō q̄ſq̄ dixerit ſa
pientiā. Quid eīn eſt inſani⁹? Ergo p̄r ip̄a

Hic determinat dicēs p̄reꝫ nō eſſe ſapiētē ſapientia quam genuit.

Aug⁹. in li. lxxxiij. queſti. Cũ ſapiẽs de⁹ dꝛ et ſapia ſapiens dꝛ ſine qua eum vł fuiſſe aliquñ: vł eſſe poſſe nefas eſt credere: ñ ꝑticipatiõe ſapiẽtie ſapiens dꝛ: ſicut aia ꝙ ⁊ eſſe ⁊ nõ eſſe ſapiẽs põt: ſꝫ ꝙ ipe eã genuerit ꝙ ſapiens dꝛ ſapientiaꝫ. Aniaduerte lectoꝛ pñeꝫ dicí ſapiẽtẽ genita ſapia quod eñi alijs obuiat teſtimonijs Uez hoc Auguſtinus corrigit in li. retracta. inquiens: Dixi in li. lxxxiij. qſtionum de pñe: ꝙ eam genuit ꝙ ſapiens dꝛ ſapiaꝫ. Sed meli⁹ iſtã qſtionẽ ſłi. poſtea de trinitate tractaui.

ſapia eſt qua ſapiens eſt. Filius vero dicitur ſapiẽtia patris: ⁊ virtus patris: nõ qꝛ pater ꝑ eum ſit ſapiens vel potens: ſed qꝛ filius ſapia ⁊ virtus eſt de pñe ſapia ⁊ virtute. Ex his ğ patet ꝙ pater nõ eſt ſapiẽs ſapientia genita: ſ; ſeipõ ſapientia ingenita.

Utruꝫ filius ſit ſapiens ſapientia genita vel ingenita. d

Poſt hec queri ſolet a qͥbuſdã vtrum filius ſit ſapiens ſapiẽtia genita vel ingenita. Si eñi nõ eſt ſapiẽs ſapia genita: nec ſeipõ ſapiens ẽ. Si vo ſapiẽtia genita ſapiens eſt: nõ videť ſapiens eſſe ſapia ingenita: ⁊ ita nõ videť eſſe ſapiens a patre cuꝫ a patre habeat oia? Ad qđ dicimus: qꝛ vna eſt ſapientia patris et filij ⁊ ſpũſſancti ſicut vna eſſentia: qꝛ ſapia in illius nature ſimplicitate eſt eſſentia: ⁊ tñ filius tñ eſt ſapientia genita: ⁊ pater tñ eſt ſapientia ingenita: vel a ſapientia ingenita. Et cũ ipſe ſit ibi eſſe qđ ſapientẽ eſſe, relinꝗtur vt ſapia genita ſit ſapiens de ſapientia ingenita. Nõ ğ filius diciť ſapiẽtia dei tanꝗ ipe ſolus intelligens ſit vel ſapiẽs ſibi ⁊ patri ⁊ ſpũiſancto: qꝛ vt ait Aug⁹. in. xv. li. de tri. Si ſolus ibi filius intelligit ⁊ ſibi ⁊ patri ⁊ ſpũiſancto/ad illã rediť abſurditatẽ vt pater nõ ſit ſapiens de ſeipõ: ſ; de filio. Nec ſapientia ſapiam genuerit: ſ; ea ſapientia pater dicať ſapiens eſſe quã genuit. Ubi eñi nõ eſt intelligẽtia: nec ſapiẽtia põt eſſe. Jdeoꝫ ſi pater nõ intelligit ipe ſibi: ſed fili⁹ intelligit patri ꝓfecto filius patreꝫ ſapientẽ facit. Et ſi hoc eſt deo eſſe qđ ſapere: ⁊ ea illi eſt eſſentia que ſapiẽtia nõ fili⁹ a patre qđ verũ eſt: ſ; a filio potius pater habet eſſentiã: qđ abſurdiſſimum atqꝫ falſiſſimũ eſt. Eſt ğ de⁹ pater ſapiẽs ea que ipſe ẽ ſua ſapientia: ⁊ fili⁹ ſapientia patris eſt ſapiens de ſapiẽtia que eſt pater: de quo ẽ genitus filius. Jta ⁊ pater eſt intelligẽs ea ꝗ ipe eſt ſua intelligẽtia. Nõ eñi eſſet ſapiẽs qui nõ eſſet intelligens. Fili⁹ aũt intelligẽtia patris: de intelligẽtia genitus eſt que ẽ pater: de qua ⁊ intelligẽs eſt. Proinde pater eſt ſapia: ⁊ fili⁹ ſapia: ⁊ vtꝙ vna eſt ſapiẽtia: ⁊ tñ ſolus pater eſt ingenita ſapia: ⁊ fili⁹ ſolus genita ſapia: nec tñ alia ſapiẽtia dať: alia ſapia filius: ſ; vna eademꝙ eſt: ſicut pater eſt de⁹ ingenitus: ⁊ fili⁹ eſt de⁹ genitus: neꝙ deus genit⁹ eſt de⁹ ingenit⁹: nõ ideo tñ alius deus eſt pater alius fili⁹: ſed vnus deus vterꝙ nõ aũt vnus. Alius eſt

Pr̃ eſt ſapiẽs ea ſapientia ꝗ ipe eſt ⁊ de ea fili⁹ eſt genit⁹ ⁊ ſapiẽs illa igenita hec vna tñ ſapientia.

eñi genitus: alius ingenitus: ſ; nõ ali⁹ de⁹. imo vterꝙ vnũ ſiue vnus de⁹. Jta nõ eſt ſapiẽtia genita ſapientia ingenita: ſed alia eſt ſapientia genita: alia ingenita: nõ tñ eſt alia ſapientia: ſed vna eadẽꝙ ſapientia.

An filius ſit ſapiens ſeipſo vel per ſeipſum. e

Ex ꝑdictis conſtat ꝙ filius nõ eſt ſapiẽs a ſe: neꝙ de ſe: ſed de patre ⁊ a patre. Queri aũt ſolet: vtꝝ filius ſit ſapiens ſeipõ vel ꝑ ſeipm? Quidã dicunt multiplicem hic fieri intelligentiaꝫ: ⁊ ideo diſtinguendũ foꝛe: ita vt cum dicis filium eſſe ſapientem ſeipõ vel ꝑ ſeipm. Si ſui natura ⁊ eſſentia ſapientem intelligas: verus ſit intellectus. Si vo a ſeipõ vel de ſeipõ ſapientem eſſe intelligas: falſitati ſubiectam habes intelligentiam. Alij vero ſimpliciť ⁊ abſꝙ determinatiõe cõcedunt hmõi locutiões: filius eſt ſapiens ꝑ ſe: ſed nõ a ſe vł de ſe: ⁊ filius eſt deus ꝑ ſe: ⁊ eſt ꝑ ſe: ſed nõ a ſe vel de ſe. Hoc cõfirmãtes verbis Hylarij qui filiũ non a ſe: ſed ꝑ ſe agere in li. ix. de trini. ait: Nature inquit cui contradicis heretice hec vnitas eſt: vt ita ꝑ ſe agat filius ne a ſe agat: ⁊ ita non a ſe agat. vt ꝑ ſe agat. Jntellige filium agentem: ⁊ ꝑ eum patrem agenteꝫ. Non a ſe agit: cũ pater in eo manere monſtratur. Per ſe agit: cum ſm natiuitatem filij agit ipe que placita ſunt. Jnfirmus ſit non a ſe agendo: niſi a deo ipe agit: non ſit vo in vnitate nature ſi que agit: ⁊ in quibus placet non per ſe agit. Sicut ergo inquiũt: filius ꝑ ſe agit: ſ; non a ſe. Jta ⁊ filius debet dici ſapiẽs ꝑ ſe: ſed nõ a ſe. Sic ⁊ ipſe ꝑ ſe deus eſt vel eſſe dicẽdus eſt (vt aiunt) ſed nõ a ſe vel de ſe.

Solutio ſm quoſdam.

Alioꝝ determinatio.

Hylarius.

An vna tãtũ ſit ſapiẽtia pr̃is. f

Poſt hec a quibuſdam ſolet queri: vtrum vna tñ ſit ſapiẽtia pr̃is? Quod non eſſe nituntť ꝓbare h̃ mõ. Filius inquiũt eſt ſapientia pr̃is genita: ꝗ pater ſapiens non eſt. Eſt igiť aliqua ſapientia patris qua ſapiens nõ eſt. Eſt auteꝫ ⁊ ſapientia patris ingenita: ⁊ ea pater ſapiens eſt. Eſt ergo quedam ſapientia patris qua ſapiens eſt: ⁊ ipſa non eſt illa ſapiẽtia patris qua pater ſapiens non eſt. Non eſt ğ vna tantũ ſapientia patris. Jtem ſapiẽtia ingenita eſt ſapientia patris: ⁊ ſapiẽtia genita eſt ſapientia patris. Non eſt autem ſapientia ingenita ſapientia genita. Nõ eſt

Quõ nituntť quidaꝫ ꝓbare ꝙ non vna tñ eſt ſapia pr̃is.

¶ Ꝛꝛn̄ſione; in digna ſint hec ⁊ his ſimilia.

igitur vna tantū patris ſapientia. Hec et his ſimilia tanqꝫ ſophiſtica ⁊ a veritate lōginqua: cunctiſqꝫ in theologia peritis patentia abijcimus: reſponſo indigna aduertentes. Id tamen adijcientes quia vna eſt tantū ſapientia patris: ſed non vno mō dicitur. Nam ſapientia patris dicit̄ illa quā genuit: ⁊ ſapiētia patris dicit̄ ea qua ſapiens eſt. Diuerſa ē ergo ratio dicti. Illa eñ dicitur patris: qꝛ eam genuit: ⁊ ea dicit̄ ſapientia patris: quia ea ſapit. Una ē tamen ſapientia patris: quia ſapientia genita ē eadem ſapientia ⁊ ea qua ſapiens eſt: ſiue ea qua ſapiens eſt intelligat̄ pſona pr̄is ſiue eſſentia patris: qꝛ pſona patris que intelligit̄ cum dicit̄ ſapiētia ingenita: ⁊ pſona filij que ſignificat̄ cum dicit̄ ſapientia genita: vna eadēqꝫ ſapientia eſt: que eſſentia diuina intelligit̄ cōmunis tribus pſonis.

¶ In trinitate eſt dilectio que ē trinitas ⁊ tamen ſpiritusſanctus eſt dilectio que non eſt trinitas; nec ideo due ſunt dilectiones; ita ⁊ de ſapientia. g

Et ſicut ī trinitate dilectio eſt: q̄ eſt pater: filius ⁊ ſpūſſanctus que eſt ipa eſſentia deitatis: ⁊ tñ ſpūſſctūs dilectio eſt: que nō eſt pater vel filius: nec ideo due dilectiones ſunt in trinitate: quia dilectio que ꝓprie ſpūſſanctus eſt: eſt dilectio que trinitas eſt: non tñ ipa trinitas eſt ſicut ſpūſſanctus eſt eſſentia q̄ trinitas eſt: non tamen ipe trinitas eſt. Ita in trinitate ſapiētia eſt que eſt pater ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanctus: que eſt eſſentia diuina: ⁊ tamen filius eſt ſapientia que non eſt pater vel ſpiritusſanctus. Nec ideo due ſapiētie ibi ſūt quia ſapientia que proprie eſt filius: eſt ſapientia que eſt trinitas: ipſa tamen non eſt trinitas ſicut filius eſt eſſentia que eſt trinitas: ipſe tamen nō eſt trinitas.

¶ Qua ratiōe pater nō dicitur ſapiens ea ſapientia quam genuit eadem videtur debere dici ꝙ non ſit diligens pater vel filius dilectione qua ab vtroqꝫ ꝓcedit. h

Preterea diligēter notandū eſt ꝙ ea ratione qua pater non dicitur ſapiens ea ſapia quam genuit: videt̄ fore dicendum ꝙ pater non diligat filium: vel filius patrē ea dilectiōe que ab vtroqꝫ ꝓcedit. ſ. que ꝓprie ſpiritusſanctus eſt. Sicut eñ idē eſt deo ſapere quod eſſe: ita eſt ei idē diligere qđ eſſe. Ideoqꝫ ſicut negatur pater eſſe ſapiens ſapientia quā genuit q̄ ſi ea diceret̄ ſapiens: nō ipa ab eo: ſed ipſe ab ea intelligeret̄ eſſe. Ita videt̄ non debere cōcedi ꝙ pater vel filius diligat dilectione que tm̄ ſpūſſanctus eſt: qꝛ ſi ea: diligit pater vel filius: non ſpūſſanctus videt̄ eſſe a patre ⁊ filio: ſed pater ⁊ filius a ſpiritu ſancto: quia idem eſt ibi diligere qđ eſſe At ſupra dictū eſt: atqꝫ autoritate Auguſtini ſancitū: ꝙ in trinitate tria ſunt: vnus diligens eum qui de illo eſt: ⁊ vnꝰ diligēs eum de quo eſt: ⁊ ipa dilectio: ⁊ non eſt aliquis duorū quo genitus a gignente diligitur: genitorē ſuū diligit. Quibus verbis aperte ſignificatur patrem filium: ⁊ filium patrem diligere: ea ſcꝫ dilectiōe que nō eſt aliquis eorum: ſed tantum ſpiritusſanctꝰ. Cum idem ergo ſit ibi diligere quod eſſe: quomodo dicitur pater vel filius non eſſe ea dilectione qua alter alterum diligit. Cū ideo pater negetur ſapere ſapientia quam genuit ne ea eſſe intelligatur.

¶ Et hec queſtio inexplicabilis eſt que excellit infirmitatem hominis. i

Difficilem mihi fateor hanc queſtionem precipue cū ex predictis oriatur que ſimilem videtur habere rationem: quod mee intelligentie attendens infirmitas turbatur: cupiens magis ex dictis ſanctorū referre q̄ȝ afferre. Optimus eñ lector eſt: inquit Hylariꝰ in. j. lib. de tri. qui dictorū intelligentiam expectet ex dictis potiꝰ q̄ȝ imponat: ⁊ retulerit magis q̄ȝ attulerit: neqꝫ cogat id videri dictis contineri quod ante lectionem p̄ſumpſerit intelligendum. Cum ergo de rebꝰ dei ſ̄mo eſt: concedamꝰ deo ſui cognitionē dictiſqꝫ eius pia veneratiōe famulemur. Inueſtiget ergo diligenter pius lector rationē dictorum: ſi forte dictorū aliquā valeat reperire cauſam q̄ nota ipa p̄miſſa queſtio aliq̄tenus explicari valeat. Ego aūt hanc queſtionem nō abſoluens: ſed errorem excludens ꝓfiteor nō eſſe dictum patrē diligere filiū vel filium patrem: ea dilectiōe que ab vtroqꝫ ꝓcedit: q̄ nō eſt aliquis eorū: ſ; tantum ſpūſſanctus tāq̄ȝ ea dilectiōe pater ſit vel filius. Sed ſic ea pat̄ diligit filiū ⁊ filiꝰ patrem: vt etiā pater ꝑ ſe ea que ipſe eſt di

Hylarius

lectione diligat: ſic ⁊ filius: nō autē ſic vt pater ꝑ ſe non diligat ⁊ filius: ſed ꝑ eā tm̄. Quis hec in illa trinitate (inquit Aug⁹.) opinari vel affirmare p̄ſumat. Eam tamē queſtionē lectorum diligentie plenius di/iudicandam atqꝫ abſoluendam relinqui/mus ad hoc minus ſufficientes.

Iſta eſt diſtinctio triceſima ſecunda huius p̄mi libri. In qua mgr̄ poſtq̄ aſſignatiōeꝫ quorūdam appropriatorū determinauit: quaſdā dubitationes ex aſſignatione hmōi emergentes determinat. Et tria facit. Nam p̄mo determinat qualiter pſone compant̄ ſm ꝓprium ⁊ approp̄atum ſpūiſctō Secundo quō circa approp̄atum filij. Tertio quō circa vtrunqꝫ ſimul. Primum facit a principio diſtinctionis vſqꝫ ibi. Preterea diligenter eſt iue. Secundo ab inde vſqꝫ ibi. Preterea diligent̄ eſt notandū. Tertium v̄o ab'inde vſqꝫ ad finem diſtin. Et tm̄ de ſnīa huius diſtinctionis in generali. In ſpēali ſentētia mgr̄i ſtat in tribus ꝓpoſitionibus quarū p̄ma eſt hec. Pr̄ ⁊ filius diligunt ſe mutuo .ſſ. ab ipis ꝓcedente. Hanc mgr̄ ꝓbans querit. An pr̄ ⁊ fili⁹ diligunt ſe .ſſ. ab ipis ꝓcedente. Et arguit ꝙ non. Nam diligere ⁊ eſſe in diuīs ſunt idē: ſi ergo pr̄ ⁊ fili⁹ diligunt ſe .ſſ. ⁊c̄. videt̄ ipos hr̄e eſſe ꝑ ſpm̄ſctm̄: qđ abſurdū eſt. Et mgr̄ rn̄det ꝙ pater ⁊ filius diligunt ſe capiendo diligere notionalit̄ .ſ. ꝓut ideꝫ eſt qđ cōis ſpiratio. ⁊ ſic differt diligere ab eſſentia ſm rōem: ⁊ ꝑ ꝯn̄s factum argumentū ꝓ illa parte non ꝯcludit.

dixerit mala eſſe in deo? Illa enim eſſe in deo intelliguntur: que ex ipo ⁊ p ipm ſunt Ea vero p ipm ſunt ⁊ ex ipo quorũ autor eſt: ſed non eſt auctor niſi bonorũ. Non er⸗go ex ipo ⁊ per ipm ſũt niſi bona: ita ergo non in ipo ſunt niſi bona Nõ ergo mala in deo ſunt: quia licet ea noſcat: nõ tamen ita omnino noſcit vt bona: mala quaſi de lon ge cognoſcit. vt ait propheta: Et alta a lõ/ge cognoſcit. id eſt ſupbiã. Et alibi ad de/um loquens de malis ait. De abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorũ. Quod ex ponẽs Auguſti. Abſcondita inquit pecca ta ſunt: que a lumine tue veritatis abſcon/duntur. Sed quõ peccata a lumine verita tis diuine abſconduntur cum a deo ſcian/tur. Si enĩ non ſciret quõ de illis iudicaret ⁊ pro illis malos damnaret? Alibi prophe ta. Quia neq; ab oriente neq; ab occiden/te deeſt. Quod exponens Caſſiodo. inqͭt Neq; a bonis neq; a malis deeſt deus: ſed omnibus p̃ſens ⁊ cognitor eſt. Cognoſcit ergo deus ⁊ bona ⁊ mala per ſcientiã: ſ3 bo na cognoſcit etiã per approbationem ⁊ per beneplacitũ: mala vero nõ. Unde caſſio. ſuper pſal. dicit. Peccata abſcondita deo ſunt: quia non nouit. id eſt approbat. Et ex eo ſenſu Auguſtinus dixit ea abſcondita a lumine dei. Qui etiã in lib. ad Heluidium inſinuat cognitionẽ dei varijs modis acci piendam inquiens. Si ad ſcientiã referas non ignorat deus aliquos vel aliqua: qui tamen in iudicio quibuſdã dicet Nõ noui vos: ſed eorũ improbatio hoc verbo inſi/nuata eſt. Ecce non cognoſcere dicit̃ de/us que non approbat: que ei non placent. Apparet itaq; verum eſſe qᵭ diximus. ſcili cet quia quodammõ cognoſcit deus bona quo non cognoſcit mala. Pariter quidem vtraq; eodemq; modo noſcit q̃tum ad no ticiam. ſed bona etiam approbatione ⁊ be⸗neplacito cognoſcit.

Q[uod] nõ omnia ita cognoſcit deus mala vt bona. q[uia] ma⸗la tm̃ p ſciam bona vo p p[ro]bationẽ ⁊ bñ⸗placitũ.

Hic aperit quare bona tm̃ dicant̃ eſſe in deo ⁊ non mala. c

Et inde ẽ qᵭ bona tm̃ dicuntur eſſe in deo nõ mala. ⁊ illa pro pe. hec longe: quia licet in deo aliqua dicã tur eſſe propter cognitiõis preſentiã. ⁊ de⸗us bona ⁊ mala cognoſcat: mala tamẽ non cognoſcit niſi p noticiam: bona vero nõ ſo lum per ſcientiã: ſed etiam per approbatio/nem ⁊ beneplacitũ. Et ob talem cognitio⸗nem aliqua dicuntur eſſe in deo. ſcil3 quia ita ea ſcit vt etiam approbet ⁊ placeant. id eſt ita ſcit vt eorum ſit auctor.

Q[uod] idem eſt om̃ia eſſe ex deo. ⁊ per ipſum ⁊ in ipſo. d

Proinde ſi diligenter inſpiciamus: idẽ videt̃ eſſe om̄ia eſſe ex deo: ⁊ p ipm ⁊ in ipo. Uñ Amb. in. ij. lib. de ſpũſancto. Hec tria ex ipo ⁊ p ipm ⁊ in ipſo ſunt omnia vnum eſſe ſupra diximus Cum dicit p ipm eſſe om̄ia. nõ negauit in ipſo eſſe omnia. Eandẽ vim habent om̄ia hec: ſc3 cũ ipo ⁊ in ipo ⁊ p ipm. ⁊ vnum in his atq; conſimile: non contrariũ intelligi tur. Ecce habes q[uod] ex eadẽ intelligẽtia ſcri ptura dicit omnia eſſe in ipo: ⁊ p ipm: ⁊ ex ipo: ⁊ cum ipo. Cu3 ergo ex eadẽ rõne oĩa dicant̃ eſſe ex deo vel p ipm. non ſolum q[uia] ſcit: ſed etiã quia eorum auctor eſt ꝯſequi/tur vt eadem ratione ita eſſe in deo dicant̃ ſc3 q[uia] ſcit ⁊ eorũ auctor eſſe dicit̃: q[uia] in illo viuimus ⁊ mouemur ⁊ ſum⁹. quia eo au/ctore ſumus mouemur ⁊ viuimus. Cũ er⸗go non ſit auctor niſi bonoru3: merito ſola bona in eo eſſe dicunt̃ ſicut ex ipo ⁊ p ipm Cum ergo in eius cognitiõe vel p̃ñtia ſint omnia ſc3 bona ⁊ mala: in eo tamen non di cuntur eſſe: niſi bona quorum auctor eſt. Unde Auguſtin⁹ in libro de natura boni Cum audimus inquit ex deo ⁊ per ipſum ⁊ in ipo eſſe omnia: omnes vtiq; naturas intelligere debem⁹ ⁊ om̄ia que naturaliter ſunt. Neq; enĩ ex ipo ſunt p̄cta q̃ naturam nõ ſeruãt: ſ3 viciant q̃ ex volũtate peccanti um naſcunt̃ oĩa. Hic aperte dicit̃ q[uod] in illa generalitate locutionis bona tm̃ ꝯtinent̃.

Ambroſi⁹.

Auguſti.

Q[uod] oĩa ex p̃re ⁊ per patrẽ ⁊ in patre ſunt. ita ⁊ de filio et de ſpũſancto eſt dicendũ. licet ꝓpter pſonas fi⸗at diſtinctio. e

Preterea ſciendũ eſt: q[uod] licet ibi indicet̃ diſtictio pſonarũ cũ dr̃ ex ipo ⁊ p ipm ⁊ in ipo: oĩa tñ ex p̃re et p patrẽ ⁊ in p̃re ſunt. Silr̃ de filio ⁊ ſpũſan cto accipiẽdũ eſt. Uñ Aug⁹. in. j. li. de tri. Nõ ꝯfuſe inqͭt accipiendũ eſt qᵭ ait aplus ex ipo ⁊ p ipm ⁊ in ipo. Ex ipo dicẽs ꝓpt̃ p̃rem. p ipm ꝓpt̃ filiũ: in ipo ꝓpter ſpũm⸗ſanctũ. Uigilãter aũt attende: ne q[uia] patrẽ volens intelligi dixit ex ipſo: ſic intelligas oĩa eſſe ex p̃re vt neges oĩa eſſe ex filio vel ex ſpũſancto: cũ ex patre ⁊ p patrẽ ⁊ in pa/tre omnia eſſe ſane dici poſſunt: ſilr̃ ⁊ de fi⸗lio ⁊ de ſpũſancto dicendum eſt.

Auguſti.

Q non oia que ex deo ſunt etiã de
ipſo ſunt. ſed econuerſo. f

Illud etiam hic an
nectendum eſt: q non omnia que dicũtur
eſſe ex deo: etiam de ipſo eſſe dici debeant:
Auguſti. Quia vt ait. Auguſtinus in libro de natu
ra boni. Nõ hoc ſignificat penitus ex ipſo
quod de ipſo. Quod eñ de ipſo eſt: poteſt
dici eſſe ex ipõ. ſed non omne quod ex ipſo
eſt: poteſt dici eſſe de ipſo: quia non eſt de
ſua ſubſtantia. Ex ipſo enim ſunt celum et
terra: quia ipſe fecit ea: non autem de ipſo:
quia non de ſubſtantia ſua. Sicut aliquis
homo generat filium vel faciat domũ. Ex
ipõ eſt filius: ex ipſo eſt ⁊ dom⁹: ſed fili⁹ de
ipõ: domus vero de terra ⁊ ligno: nõ de ipõ

Que dicta ſunt ſummatim colli-
git. g

Ex premiſſis aper-
tum eſt q in dei cognitione ſiue pñtia ſunt
omnia: ſcilicet bona ⁊ mala. ſed non omni-
modo ſunt ibi mala quo bona: ⁊ q in deo
bona tm̃ ſunt: ſicut ex ipſo ⁊ per ipſum: nõ
mala. Et ex quo ſenſu hec accipienda ſint
aſſignatũ eſt. Et q de ipſo non dicitur eſſe
proprie quod aliud eſt ab ipõ. Ex ipõ aũt
eſſe dicunt̃ omnia q̃ eo autore ſunt.

Iſta eſt diſtinctio triceſimaſexta.
huius p̃mi libri. In qua magiſter poſtq̃ egit de ſcia
dei ſm ſe. agit de compatione rerũ ſcitarũ ad ſcien-
tem. Et tria facit. Nam primo oſtendit q non omĩa
ſunt in dei eſſentia ſicut ſunt in dei ſcientia. Secun-
do ſubdit qualiter ſe habeat ſcientia dei ad bona et
mala. Tertio concludit q nõ omĩa que ſunt ex deo
patre poſſunt dici de ipõ. Primũ facit a principio di
ſtinctionis vſq3 ibi. Poſt p̃dicta querit̃. Secundum
vſq3 ibi. Illud etiam hic aduertendum. Tertium vero
vſq3 ad finem diſtinctionis. In ſpeciali ſentẽtia ma-
giſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionibus. quarũ prima eſt
hec. Q licet omnia ſint in dei ſcientia: nõ tamẽ om
nia ſunt in eius eſſentia. Hãc magiſter ꝓbat reſpon
dens ad hanc queſtionem. Utrum omnia que deus
cognoſcit poſſunt dici eſſe in eius eſſentia: ſicut dicũ-
tur eſſe in dei ſcientia. que idem eſt quod ſua eſſen-
tia. Et reſpondet q non omnia que ſunt in eſſentia
diuina ſunt eiuſdem nature cum deo. Ea autem que
ſunt in eius ſcientia: nõ ſunt eiuſdem nature cũ deo
Ideo omnia cognita a deo poſſunt dici eſſe in diuĩa
ſcientia. licet nõ poſſunt dici eſſe in eius eſſentia Se
cunda propoſitio eſt hec. Stat deum aliqualiter co-
gnoſcere bona qualiter non cognoſcit mala. Hanc
magiſter probans querit. Utrum mala que cogno-
ſcuntur a deo poſſunt dici eſſe in deo? Et reſpondet
q non: q2 illa ſolu3 dicunt̃ eſſe in deo ad que deus ſe
habet in ratione principij. non autem ſic ſe habet de
us ad mala. Tertia propoſitio eſt hec. Licet omnia
que ſunt de deo poſſunt dici ex ipſo: non econuerſo
omnia que ſunt ex ipſo poſſunt dici de ipſo. Hec ꝓ-
poſitio que patet per hoc: q eſſe de deo dicit̃ ab ipõ
ſm ſubſtantialitatem. Sed eſſe ex deo denotat gene
ralem principiatõnem Unde patet q nihil de deo ꝓ
prie dicitur: niſi qđ eſt de eius ſubſtãtia Sed ex deo
dicuntur eſſe omnia que quouis modo ſunt ab ipſo
principiata. Si ergo omne illud quod eſt ex eo dicit̃
eſſe de deo. omnes creature dicerentur eſſe ſubſtan
tiales ipſi deo. quod falſum eſt. ſed ſolum perſone fi
lij ⁊ ſpiritusſancti que ſunt de patre poſſunt dici ipſi
conſubſtantiales. Et tm̃ in ſpeciali.

Quib⁹ modis dicat̃ de⁹ eẽ ĩ reb⁹ a

Et quoniã demonſtratũ eſt ex parte: quomõ DI. XXX VII
e omnia dicant̃ eſſe in deo adden
dum videtur hic quibus modis dicat̃ de-
us eſſe in rebus: ſi tamen id humana mens
vel ex parte digne valeat cogitare. vel lin-
gua ſufficit eloqui. Sciendũ ergo eſt q Q de⁹ in om
deus incõmutabiliter ſemꝑ in ſe exiſtẽs: ꝑ ni eſt eſſentia
ſentialiter: potentialiter: eſſentialiter eſt in potentia: ſed
oi natura ſiue eſſentia ſine ſui diffinitiõe: ⁊ in ſanctis per
in oi loco ſine circũſcriptiõe. ⁊ in omĩ tem- gratiam. ⁊ in
pore ſine mutabilitate. Et p̃terea i ſanctis homine xp̃o
ſpiritibus ⁊ aiabus eſt excellenti⁹. ſ. ꝑ gra ꝑ vnionẽ per-
tiam inhabitãs: ⁊ in hoie xp̃o excellentiſſi ſone.
me: in quo plenitudo diuinitatis corꝑalit̃
habitat: vt ait apl's. In eo eñ de⁹ habita-
uit nõ ꝑ grãm adoptionis: ſ; ꝑ grãm vnio
nis. Ne aũt iſta q2 capacitatẽ humane Auctibus ita
intelligẽtie excedũt: falſitates arguere aliq̃ eſſe cõfirmat.
p̃ſumant: ſanctoꝝ autoritatibus muniẽda
mihi vident̃. Beatus Grego. ſuꝑ cantica Gregori⁹.
canticorũ inquit. Licet deus cõmuni mõ
oibus rebus inſit pñtia: potentia: ſuba: tñ
familiariori mõ ꝑ grãm dr̃ eſſe in illis q̃ mi
rificentiam operũ dei acutius ⁊ fideli⁹ cõ
ſiderant. De hoc eñ eodẽ Aug. ad Dar- Auguſti.
danum in li. de pñtia dei ait. Cũ de⁹ ſit na-
tura incorꝑea ⁊ incõmutabiliter viua eter
na ſtabilitate i ſeipõ manẽs: tot⁹ addeſt re
bus oibus: ⁊ ſingulis tot⁹: ſed in q̃bus ha
bitat: habent eũ ꝓ ſue capacitatis diuerſi-
tate. alij amplius. alij minus quos ipſe ſibi
dilectiſſimũ templũ grã ſue bonitatis edifi
cat. Hylarius q3 in. viij li. de tri. apertiſſi Hylarius.
me docet deum vbiq3 eſſe. Deus inq̃t im-
menſe virtutis viuens poteſtas q̃ nuſq3 nõ
aſſit: nõ deſit vſq3. ſe omnẽ ꝑ ſua edocet vt
vbi ſua ſint ipſe eſſe intelligat̃. Nõ aũt cor-
porali mõ cũ alicubi ſit: non etiã vbiq3 eſſe
credat̃: cum ⁊ in omnibus eſſe nõ deſinat.
Amb. in. j. li. de ſpũſancto. Spũmſanctu3 Ambroſi⁹.
ꝓbat nõ eſſe creaturã. quia vbiq3 eſt: qđ ẽ
ꝓpꝛium diuinitatis ita dicẽs. Cũ ois crea-
tura certis nature ſue ſit circũſcripta limi-

tibus: quō quis audeat creaturā appellare ſpūmſanctū: qui nō habet circūſcriptā determinatamq; ꝟtutē: que ⁊ in oībus ⁊ vbiq; ſꝑ eſt. quod vtiq; diuinitatis ⁊ dominationis eſt ꝓpꝛium. Idē in eodē. Dñi eſt oīa cōplere qui dicit. Celū ⁊ terrā ego cōpleo Si ergo dñs eſt qui celū cōplet ⁊ terrā: qs ergo poteſt ſpūmſanctū iudicare dñatōis ⁊ diuine poteſtatis exoꝛtē qui repleuit oꝛbem? Et qđ plus eſt repleuit ⁊ ieſum toti⁹ mundi redemptoꝛē. Ex his alijſq; pluribus autoꝛitatib⁹ aperte monſtraẗ. ꝙ deus vbiq; ⁊ in omni creatura eſſentialiter ꝑſentialiter: potentialiter eſt.

ꝙ in ſctis nō mō eſt ſʒ etiam habitat qui nō vbicūq; eſt habitat. b

In ſctis vero etiā

habitat in q̄bus eſt ꝑ gratiam: nō eni vbicūq; eſt ibi habitat: vbi ꝟo habitat ibi eſt In ſolis bonis habitat: qui ſunt tēplū ei⁹: ⁊ ſedes eius. Unde ꝑ Eſaiam dñs ait. Celum mihi ſedes eſt. terra aūt ſcabellū pedū meoꝝ: qꝛ in electis q̄ ſunt celū habitat deus ⁊ regnat: qui eius voluntati deuoti obtemperāt. Malos ꝟo q̄ ſunt terra: iudicij diſtrictione calcat. Unde in lib. Sap. dicitur. Thꝛonus ſapientie anīa iuſti. qꝛ in iuſtis ſpecialius eſt q̄ in alijs rebus: in q̄b⁹ tñ omībus totus eſt Queādmodū aīa (vt ait Aug. in epl'a ad Hiero. de oꝛigine aīe) ꝑ omēs ꝑticulas coꝛpis tota adeſt ſimul. nec minoꝛ in minoꝛibus. nec maioꝛ in maioꝛibus: ſed tñ in alijs intenſius: et in alijs remiſſius opaẗ: cū in ſingulis ꝑticulis coꝛpoꝛis eſſentialiter tota ſit. Ita ⁊ deus cum ſit in oībus eſſentialiter ac totus. in illis tñ plenius eſſe diciẗ q̄s inhabitat. i. in quib⁹ ita eſt vt faciat eos tēplum ſuuʒ. ⁊ hi tales cum eo ſunt iam ex ꝑte: ſed in beatitudine ꝑfecte. Mali ꝟero ⁊ ſi ibi ſint vbi ipe eſt q̄ nuſq̄ deeſt. nō tñ ſunt cū eo. Un̄ Aug. ſuꝑ Joh. Non ſatis fuit dicere. vbi ego ſum ⁊ illi ſint. ſʒ addidit mecū: qꝛ ⁊ ibi miſeri poſſunt eſſe vbi ⁊ ille eſt: qui nuſq̄ deeſt Sed beati ſunt cū illo. qꝛ nō ſunt beati niſi ex eo ꝙ cū illo ſūt. q̄ fruunẗ eo: ⁊ vidēt illū ſicē̄ Mali ꝟo nō ſunt cū illo: vt ceci in luce nō ſunt cū luce. nec boni ita nunc ſunt cū eo vt videāt ꝑ ſpēm: ⁊ ſi ſunt aliquo mō cū eo ꝑ fidem. Quō aūt deus habitet in bonis: ex illis aliquatenus itelligere valebis que ſupꝛa dicta ſunt: cū de ſpirituſſancti ꝓceſſione tꝑali agereẗ vbi licet ex ꝑte exponiẗ ex parte eni cognoſcimus ⁊ ex parte ꝓphetamus: quō ſpūſſanctus habitet in nobis: qui non ſine patre ⁊ filio inhabitat.

Auguſti. (beside "tñ omībus totus eſt Queādmodū aīa")

Si vis intelligere quō habitet: reqre ꝑ dicta de ſpirituſancto. (beside "fidem. Quō aūt deus habitet in bonis")

Ubi erat vel habitabat deus ante q̄ eſſet creatura. c

Bi aūt queris vbi

habitabat deus an̄q̄ facti eſſent? Dicim⁹ qꝛ i ſe habitabat. Un̄ Aug. in li. ꝯtra Maximinū. In templo inquit ſuo habitat de⁹ ſcʒ in ſanctis qui ſunt templū dei mō ſm̄ fidem ambulātes: ⁊ templū dei erunt aliq̄n ſm̄ ſpeciem: qualiter etiā nunc tēplum dei ſunt angeli. Sed dicet aliq̄s. Anteq̄ faceret deus celuʒ ⁊ terrā: anteq̄ faceret ſctōs vbi hītabat? In ſe hītabat de⁹. apud te habitat: ⁊ apud ſe eſt. Nō ẽ ſancti ſic ſunt domus dei: vt ea ſubtracta cadat de⁹. Immo ſic hītat ds̄ i ſctis vt ſi ipe diſceſſerit cadāt. Auguſti.

Multa hic breuiter docet que cōfirmant predicta. d

Sciendū eſt etiam

qꝛ vt ait Aug. in li. ad Dardanū. Dici niſi ſtultiſſime nequit. ſpūmſanctuū nō habere locū in nr̄o coꝛpe: qđ totū aīa nr̄a impleuerit Stultius etiā diciẗ anguſtijs alicubi impediri trinitatē. vt pr̄ ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus alicubi ſiẗ eſſe nō pñt. Uerum illud ē multū mirabilius: ꝙ cū deus vbiq; ſit totus: non tñ in oībus habitat. Quis poꝛro audeat opinari: niſi inſepabilitatē trinitatis penitus ignoꝛet: ꝙ in aliq̄ poſſit habitare pr̄ ⁊ filius in q̄ non habitet ſpūſſanctus. Aut in aliquo ſpūſſanctus in q̄ nō habitet pater ⁊ filius. Fatendū eſt ẽ vbiq; eſſe deū ꝑ diuinitatis ꝑſentiā: ſ; nō vbiq; ꝑ inhabitationis gratiā. Propter hanc eni habitationē gr̄e nō dicimus pr̄ nr̄ q̄ es vbiq;. cuʒ ⁊ h̄ verū ſit ſ; qui es in celis. i. in ſanctis: in quibus eſt quodā excellentioꝛi modo. Auguſti. (beside "qꝛ vt ait Aug. in li. ad Dardanū")

ꝙ de⁹ habitatoꝛ eſt quoꝛūdā nondū cognoſcētiū deū. ⁊ nō quoꝛūdam cognoſcentium. e

Illud quoqʒ mira

bile eſt Quia vt ait Aug. in eodē. De⁹ ē inhabitatoꝛ quoꝛūdā nōdū cog̃ſcentiū deū. ⁊ nō quoꝛundā cog̃ſcentiū deū Illi em̄ ad templū dei nō ꝑtinēt: q̄ cognoſcentes deū nō ſicut deū gloꝛificāt. Ad templū dei ꝑtinent ꝑuuli ſanctificati ſacr̄o xp̄i ⁊ remunerati ſpūſctō: q̄ nōdū valēt cognoſcere deū. Auguſti.

Ergo q̃ potuerũt illi noſſe nec h̃re: iſti potuerũt h̃re añ q̃ noſſe. Btiſſimi aũt ſunt illi quibꝰ eſt deũ habere q̃d noſſe. Hic ali/quatenꝰ apit Aug. quõ deꝰ habitet in ali=quo. id eſt habeat. cũ videlicet ita eſt i ali=quo vt ab eo cognoſcat ⁊ diligatur.

Quõ deus totus vbiq; ſit ꝑ eſſen=tiam. non poteſt itelligi ab huma no ſenſu. f

Ex predictis patet

ꝙ deus vbiq; totus eſt ꝑ eſſentiã. ⁊ in ſan=ctis habitat ꝑ grãm. Cũq; ſupius licet te/nuiter oſtenſum ſit q̃ rõe dicat habitare in quibuſdã. efflagitaret ordinis ratio id etiã aſſignari quõ vbiq; ꝑ eſſentiã ⁊ totꝰ ſit niſi huius ꝯſiderationis ſublimitas atq; imen/ſitas hũane mẽtis ſenſum oĩno excederet. Ut eni ait Chriſ. ſup epl̃am ad Heb. Sic multa de deo intelligimus q̃ loqui penitus nõ valemus. ita multa loq̃mur q̃ intellige/re non ſumus idonei. Uerbi grã. Qꝫ vtiq; deus eſt: ſcimus ⁊ dicimus. quõ aũt vbiq; ſit: intellectu nõ capimus. Itẽ. Qꝫ eſt icor=porea q̃dã ꝟtus: q̃ oĩm eſt cã bonoꝝ ſcimꝰ quõ aũt vel q̃ iſta ſit: penitus ignoramus.

Chriſ.

Quorũdam opinio qui preſumũt oñdere quõ deꝰ vbiq; ſit ꝑ eſſenti=am. potentiam. preſentiam. g

Quidam tamẽ im=

menſa ingenio ſuo metiri ꝑſumentes h̃ ita fore itelligendũ tradiderũt ꝙ deus vbiq; ꝑ eſſentiã eſſe dicit: non ꝙ dei eſſentia ꝓpe ſit in om̃i loco ⁊ in oĩ creatura. ſꝫ q: oĩs na/tura atq; om̃e q̃d naturalit eſt: in quocũq; loco ſit ꝑ eũ hꝫ eſſe: ⁊ oĩs locus in q̃ illud ẽ Idẽ etiã dicunt ideo deũ vbiq; dici eſſe ꝑ ꝑſentiã vel ꝑ potentiã: q: cuncta loca ſunt ei ꝑſentia. ⁊ q̃ in eis ſunt: nec in eis aliquid opari ceſſat. Nã ⁊ ipa loca ⁊ q̃cq̃d in eis ẽ niſi ipe cõſeruet manere nõ pñt. In eis g̃ ꝑ ſubam deus eſſe dicit: vt aiũt. q: ꝑ virtutẽ ꝓprie ſube ſue facit: vt etiã loca ſint ⁊ oĩa q̃ in eis ſunt Sꝫ licet hec vera ſint q̃ aſſerunt in explanandis intelligẽtijs ꝑdictorũ. In illis tñ verbis quibus dicit deꝰ vbiq; eſſe ꝑ eſſentiã plus cõtineri credendũ eſt ꝙ homo viuens capere non valet.

Qꝫ deꝰ cũ ſit i oibꝰ rebus. nõ tñ ſor=dibus rerũ inquinatur. h

Solet etiam ab eiſ=

dem queri. quõ deus ſubaliter inſit oĩbus rebus ⁊ corpaliũ ſordiũ inq̃nationibꝰ non ꝯtingat q̃d tã friuolũ eſt: vt nec reſpõſiõe ſit dignũ. cũ etiã ſpũs creatꝰ ſordibꝰ corpo=reis etiã leproſi vel q̃tumcũq; polluti inq̃=nari nã poſſet Sol q; radios ſuos ſine ſui pollutiõe effundit ſup loca ⁊ corpa nõ ſo/lum mũda: ſꝫ etiã imunda ac ſordibꝰ feten/tia quoꝝ ꝯtactu hoĩes ⁊ alie q̃dã res infici unt. Solis ꝟo radij impolluti ⁊ incõtami=nati ea ꝯtingẽtes exiſtũt. Nõ eſt g̃ mirãdũ ſi eſſentia diuina oĩno ſimplex ⁊ incõmuta=bilis oĩa replet loca. ⁊ oibꝰ creaturis eſſen=tialiter ineſt: nec tñ cuiuſq; rei ſordibus cõ=taminat vel ꝯtingat. Uñ Aug. in li. de na=tura boni. Cũ in deo inquit ſunt oĩa q̃ ꝯdi=dit: nõ tñ inquinãt eũ illi q̃ peccãt De cuiꝰ etiã ſapia q̃ attingit a fine vſq; ad finẽ forti=ter: dicit attingit oĩa ꝓpter ſuã mundiciã ⁊ nihil inquinatũ in eã incurrit. Poſtre/mo reſpõdeãt: q̃d potius de deo reſpõden=dũ exiſtimẽt: vel ꝙ nuſq; ꝑ eſſentiã ſit: vel vbiq;: vel ꝙ alicubi ita ꝙ nõ vbiq;? Sꝫ q̃s audeat dicere ꝙ nuſq; diuina eſſentia ſit. vel ꝙ alicubi ⁊ non vbiq; ſit. Si eñ ita eſt alicubi ꝙ nõ vbiq;: g̃ localis eſt. Eſt g̃ vbi=q; tota q̃ ꝯtinet totũ. ⁊ penetrat totũ: q̃ nec ꝓ ſui ſimplicitate diuidi: nec ꝓ ſui purita=te maculari: nec ꝓ ſui imẽſitate vllo mõ cõ=prehendi põt. Uñ Augu. Deus vbiq; eſt cui nõ locis ſꝫ actionibus ꝓpinquamus.

Per ſiſe ⁊ mnus oſtendit Aug. de agone xp̃iano Timent q̃daꝫ ꝙ fieri nõ poteſt ſcꝫ ne hũana carne ꝟitas ⁊ ſubſtantia dei inquinet ⁊ tñ ꝑdicãt iſtuꝫ viſibilẽ ſoleꝫ radios ſuos ꝑ om̃es feces et ſordes ſpar=gere. et eos mũdos ⁊ ſinceros ſuari Si ergo viſibilia nulla a viſibilibus imũdis cõtingi pñt et nõ inquinari. q̃tomagis inuiſibil ⁊ incõmutabilis veritas.

Per inconuemens oſtẽdit deũ vbiq; eſſe

Qꝫ deus vbiq; ſit ⁊ in omni tẽpore non tñ localis eſt. non circumſcri=ptibilis. nec loco nec tpe mouet. i

Cumq; diuina na=

tura veracit ⁊ eſſentialit ſit in oĩ loco et in omni tpe. nõ tñ mouet ꝑ loca vel ꝑ tempa nec tempalis nec localis eſt. Localis nõ ẽ q: penitus non circũſcribit loco. quia nec ita eſt in vno loco ꝙ nõ ſit in alio. Neq; di=menſionem habet: ſicut corpus cui ſꝫm lo/cum aſſignat ꝑncipium: medium ⁊ finis ⁊ añ ⁊ retro: dextra ⁊ ſiniſtra. ſurſũ ⁊ deorſũ quod ſui interpoſitione facit diſtantiã cir=cũſtantiũ. Duobꝰ nãq; his modis dicit in ſcriptura aliq̃d locale ſiue incircũſcripti=bile ⁊ ecõuerſo. ſ. vl q: dimenſionẽ capiẽs longitudis: altitudis: ⁊ latitudis diſtãtiã facit in loco: vt corpus: vel quia loco diffi=nitur ac determinat: quoniã cũ ſit alicubi nõ vbiq; inuenit. quod non ſolum corpo=ri: ſed etiam omni creato ſpiritui congruit Omne ergo corpus omnimodo locale eſt:

Quibꝰ modiſ aliq̃d dicatur locale vel cir=cũſcꝑtibile.

De ſpū̄ creato ꝙ ſm alterum modum nec lo cal' nec circum ſcptibil' eſt ſm alterū v̄o eſt: corp⁹ v̄o omnino locale et circūſcptibile de⁹ illocalis ⁊ icircūſcptibil'.

Spū̄s vero creat⁹ quodāmō eſt localis: ⁊
quodāmō nō eſt localis. Localis quidem
dicit̄: q꞉ diffinitiōe loci terminat̄: qm̄ cum
alicubi pn̄s ſit totus: alibi nō inuenit̄ Nō
aūt ita localis eſt: vt dimenſionē capiēs di
ſtantiā in loco faciat. Diuina ḡ ſola eēntia
oīno illocalis ⁊ incircūſcriptibilis eſt: que
nec locis mouet̄ aliquo mō. ſ. vel determi-
natione finita: vel dimenſiōe ſuſcepta: nec
tēporibus. ſ. affectu ⁊ cognitiōe. His eniꝫ
duob⁹ modis. ſ. loco vel tpe fit mutatio cre

Auguſti.

ature: q̄ longe eſt a creatore. Vn̄ Aug⁹. ſu
per Gen̄. Deus inq̄t oīpotens incōmuta-
bili eternitate: volūtate: veritate ſꝑ idē mo
uet poſt tēpus creaturam ſpū̄alem: mouet
etiā ꝑ tēpus ⁊ locū creaturā corꝑalē: vt eo
motu naturas quas cōdidit adminiſtret.

Q̄r de⁹ eſt iterior: antiq̄or ⁊ nouior oībus

Cū ḡ tale aliquid agit: nō debem⁹ opinari
ei⁹ ſubſtantiā qua de⁹ eſt tpib⁹ locisq̄ mu
tabilē: ſiue ꝑ tpa ⁊ loca mobilem: cū ſit ip-
ſe ⁊ interior omni re: q꞉ in ip̄o ſunt omnia.
⁊ exterior omni re: q꞉ ip̄e eſt ſuꝑ oīa: ⁊ anti
quior omnibus: q꞉ ip̄e ideꝫ eſt ante oīa: et
nouior omnib⁹: q꞉ ip̄e ideꝫ eſt poſt oīa: ſcꝫ
poſt oīm initia. Ecce hic apte oſtendit̄
ꝙ nec locis nec tēporibus mutat̄ vel mo-
uetur deus. Spū̄alis aūt creatura ꝑ tp̄us
mouet̄: corꝑalis v̄o etiam ꝑ tēpus ⁊ locū:

Quid ſit mutari ſm tempus. k

Mutari aūt ꝑ tem
pus eſt variari ſm q̄litates interiores vel
exteriores q̄ ſunt in ip̄a re que mutatur: vt
qn̄ ſuſcipit viciſſitudinē gaudij: dolori: ſci
entie: obliuionis: vel variationē forme: ſi-
ue alicui⁹ q̄litatis exterioris. Hec em̄ mu/
tatio q̄ fit ſm tp̄s: variatio eſt q̄litatū q̄ fit
i corꝑali vl' ſpū̄ali creatura: ⁊ iō vocat̄ tp̄s

**Opinio quorundā qui dicunt ſpi-
ritus creatos nō moueri loco nec
eſſe locales.** l

De mutatione v̄o
loci magna inter conquirētes diſceptatio
verſat̄. Sunt em̄ qui dicūt nullū ſpū̄m ali
quo mō poſſe mutari loco: ab oī ſpū̄ locum
vniuerſaliter remouere volentes: qm̄ ſm
dimenſionē tm̄ ⁊ circūſcriptionē locū con
ſtare aſſerunt: atq̄ id ſolū eſſe locale: vel in
loco eſſe dicūt qđ dimenſionē recipit ⁊ di-
ſtantiā in loco facit. Et hoc dicunt Augu.

Aug'. v̄ba ꝓ dicta ꝑ ſe facere dicunt.

ſenſiſſe mutationē tēpis tm̄ ſpirituali crea
ture tribuentē: loci vero ⁊ tpis corꝑoree.

Hic reſpondetur eis. m

Sed vt ſupra dixi
mus: dupliciter dicit̄ res eſſe localis vel cir
cūſcriptibilis. ſ. vel q꞉ dimenſionē recipit
⁊ diſtantiā facit: vel q꞉ loci termino diffini
tur: quorū vtrūq̄ cōuenit corporee creatu
re: alterū vero tm̄ ſpū̄ali. Nā vt ſupra dixi
mus corꝑalis creatura ita eſt local' vel cir/
cūſcriptibilis ꝙ determinat̄ diffinitiōe lo-
ci: ⁊ ꝙ dimenſionē recipiens diſtantiā fa-
cit. Spū̄alis v̄o tantū diffinitiōe loci ꝯclu
dit̄: cū ita ſit alicubi ꝙ nō alibi Sed nec di
menſionē recipit: nec diſtantiam in loco fa
cit: q꞉ ſi multi eſſent ſpū̄s hic: non eo coan-
guſtarent locū: quo min⁹ de corporib⁹ cō-
tineret. Ideoq̄ Aug⁹. attribuit mutatio/
nē loci corpori: non ſpiritui: q꞉ licet ſpirit⁹
tranſeat de loco ad locū: nō tn̄ ita vt dimē/
ſionibus circūſcript⁹ interpoſitione ſui fa
ciat diſtantiā circūſtantiū ſicut corpus.

**Cōcluſio ex ꝑdictis ꝙ ſpirit⁹ crea
ti ſunt locales ⁊ circūſcriptibiles
quodāmodo. Spū̄s vero dei om
nino incircūſcriptibilis.** n

Sūt ergo ſpiritus
creati in loco: ⁊ tranſeūt de loco ad locum.
⁊ quodāmō locales ⁊ circūſcriptibiles: nō
omni eo mō quo creature corꝑee. Spirit⁹
aūt increat⁹ qui de⁹ eſt: in loco quidē eſt et
in omni loco: ſed oīno illocalis ⁊ incircum
ſcriptibilis. Vn̄ Beda ſuꝑ Lucā ait: Cū Beda
ad nos angeli veniūt: ſic exterius implent
miniſteriū: vt tn̄ ante deū interius ꝑ ꝯtem
platione aſſiſtant: q꞉ ⁊ ſi angelus eſt ſpū̄s
circūſcriptus: ſūmus tn̄ ſpū̄s q̄ de⁹ eſt: in-
circūſcriptus eſt: intra quē currit angelus
quocūq̄ mittat̄ Ecce hic dicit̄ q꞉ ſpū̄s an
gelicus circūſcriptus eſt. Spū̄s aūt q̄ de⁹
eſt incircūſcriptus. Alibi etiā Ambro. di-
ſtantiā oſtendēs inter ſpū̄m increatū ⁊ ſpi- Ambroſi⁹.
ritū creatū dicit ſeraphin de loco ad locuꝫ
tranſire inquiēs ita in li. de tri. Dixit Eſa-
ias: q꞉ miſſus eſt ad me vnus de ſeraphin.
Et ſpū̄s quidē ſanct⁹ dicit̄ miſſus: ſ; ſera-
phin ad vnū: ſpū̄s v̄o ad oēs. Seraphin
mittit̄ in miniſterio: ſpū̄s oꝑat̄ miniſteriū
Seraphin de loco ad locū tranſit. Nō em̄
cōplet oīa: ſ; ip̄e replet̄ a ſpiritu. Hic apte
oſtendit̄ ꝙ angeli quodāmō locales ſunt.

**Cum repetitione ſuperiorum cōfir-
mat autoritatibus deū eſſe vbiq̄
ſine locali motu.** o

Fateamur itaqꝫ
diuinā naturā ꝓ imenſitate ſui nuſq̃ꝫ deeſ/
ſe: eamq̃ꝫ ſolā oīno localē: ⁊ oīno incircum
ſcriptibilē: nullo ꝯcludi loco: ſ; a fine vſq̃ꝫ
ad finē attingere: nō tñ ſpacioſa magnitu/
dine nec locali motu: ſ; imēſitate atq̃ꝫ imo/
bilitate ſue eſſentie. Vñ Aug⁹. ad Darda-
nū ait: Nō q̄ſi ſpacioſa magnitudine opi-
nemur deū ꝑ cūcta diffundi: ſicꝫ fumus aut
lux iſta diffundiꝫ: ſ; potius ſicut in duob⁹
ſapiētibus: quoꝝ alter altero corꝑe grādi-
or eſt: ſ; ſapiētior nō eſt: vna ſapīa eſt: nec ē
in maiore maior: nec in minore minor: nec
minor in vno q̃ꝫ in duob⁹: ita de⁹ ſine labo
re regēs ⁊ ꝯtinens mundū: i celo tot⁹ ē: in
terra tot⁹: ⁊ in vtroq̃ꝫ tot⁹: ⁊ nullo ꝯtētus
loco: ſ; in ſeipo vbiq̃ꝫ tot⁹. Idē q̃ꝫ ſup ps̄.
ait. Ad ⱱbū dei ꝑtinet nō eſſe i ꝑte ſ; vbiq̃ꝫ
eē ꝑ ſeipm. Hec eñ eſt ſapīa dei q̄ attingit
a fine vſq̃ꝫ ad finē fortiꝫ: nō tñ motu locali
ſ; imobilitate ſui: velut ſi moles aliq̄ ſaxea
impleat aliquē locū: diciꝫ ꝙ attingit a fine
illius loci vſq̃ꝫ ad finē: cū tñ alterū nō deſe
rat alteꝝ occupādo. Nō ḡ hꝫ motū localē
ⱱbum illud: ⁊ ſapīa illa ſolida eſt ⁊ vbiq̃ꝫ.
Ex p̄dictis innoteſcit ꝙ de⁹ eſt ita vbiq̃ꝫ
ꝑ eſſentiā: ꝙ nec ſpacioſa magnitudine dif
fundiꝫ: nec vno deſerto loco aliū occupat
q꞉ localē motū non hꝫ. Ideoq̃ꝫ Aug⁹. vo
lēs p̄ſcindere a dei puritate oēꝫ localē mo/
tū ⁊ localē circūſcriptionē: poti⁹ dicit oīa
eſſe in illo q̃ꝫ ipm eē alicubi: nec tñ ipm eſſe
locū qui nō eſt in loco. in li. lxxxiij. q. ita in
quiēs. De⁹ nō alicubi eſt: qd̓ alicubi ē ꝯti
neꝫ loco: qd̓ ꝯtineꝫ loco: corpus ē. De⁹ āt
nō ē corpus: nō ḡ alicubi eſt: ⁊ tñ q꞉ ē ⁊ in
loco nō eſt. in illo ſunt potius oīa q̃ꝫ ille ali
cubi: nec tñ ita i illo vt ipe ſit locus. Loc⁹
eñ in ſpacio eſt: qd̓ longitudine ⁊ latitudi
ne ⁊ altitudine corꝑis occupaꝫ: nec de⁹ ta
le aliquid eſt: ⁊ oīa ḡ in ipo ſunt: ⁊ locus ñ
eſt: nec in loco ē. Locus tñ dei: ſ; iꝑpꝛie
diciꝫ tēplum dei: nō ꝙ eo ꝯtineaꝫ. Id aūt
nihil melius q̃ꝫ aīa munda intelligiꝫ. Ecce
hic dicit deū non eē in loco: ſ; intelligēduꝫ
eſt eum non eſſe in loco localiꝫ. ſ. q꞉ nec cir
cūſcriptionē: nec localē motum habet.

Oppoſitio qua videtur ꝓbari ꝙ deus mutetur loco. p

Ad hoc auteꝫ ſolet
opponi ſic Quotidie fiūt creature que ante
nō erāt ⁊ in eis deus ē: cū añ nō eſſet i eis. ē
ḡ vbi añ non erat: iōq̃ꝫ mutabilꝫ eſſe videꝫ.
Sꝫ lꝫ q̄tidie incipiat eſſe i creaturis in qui
bus añ nō erat: q꞉ ille non erāt. hoc tñ fit ſi
ne ſui mutatione: q̄liter in mundo cepit eē
quem fecit: tñ ſine mutabilitate: ⁊ ſiꝛr deſi
nit eē i quibus añ erat ſine ſui mutatione:
nec tñ ipe deſerit locū: ſ; locus deſinit eſſe.

Epilog⁹ vbi exponiꝫ quare in p̄dictam venerit diſceptationem. q

Jam ſufficiēter de
monſtratum eſſe videꝫ: quō oīa dicanꝫ eē
in deo: ⁊ deus i oībus: quā diſceptationē
q̄ſi incidēter ſuſcepimus q꞉ id videbaꝫ po
ſtulare res: circa quaꝫ nr̄ verſabaꝫ ſermo.
Diſſerebamus eñ de ſcīa ſiue ſapīa dei: et
cum doceremus deum ſcire oīa: q̄ſitum eſt
vtrum ꝓpter cognitionē quā de oībus ha
bet: dicenꝫ oīa eſſe in deo: an alia ratione h̓
diceret ſcriptura. Huius ḡ q̄ſtiōis occaſio
in p̄miſſam nos deduxit diſputationē.

Iſta eſt diſtinctio triceſimaſeptīa
hu9⁹ p̄mi libri. In qua magiſter poſtq̃ꝫ egit quomo-
do res ſint in deo: hic incipit agere quō de⁹ eſt in re-
bus. Et tria circa hoc facit. Nam primo oſtēdit mo-
dos veros q̄bus deus eſt in rebus. Scđo remouet
falſos modos quib⁹ nō eſt in ipſis. Tertio oſtendit
qualiter de nouo incipit eſſe: ⁊ deſinit eſſe in creatu-
ris. Primū facit a principio diſtinctiōis vſq̃ꝫ ibi. Cū
q̃ꝫ diuīa natura. Scđm ab inde vſq̃ꝫ ibi. Ad hoc au
tē ſolet. Tertiū vſq̃ꝫ ad finē diſtinctionis. Et tñ i ge
nerali. In ſpeciali ſentētia mgr̄i ſtat in tribus ꝓpo-
ſitionibus. Quarū prima eſt hec. Quāuis deus ſit
in omnib⁹ creaturis p̄ſentialiter: potētialiter ⁊ eēn-
tialiter in ſolis iuſtis eſt tanq̃ꝫ in ꝓpꝛia habitatione.
Hanc mgr̄ ꝓbans ꝓponit deū eſſe in oībus rebus.
Vno mō cōmuniter ꝑ potentiā: p̄ſentiā ⁊ eſſentiam
In oī natura ⁊ eſſentia ſine ſui diſpoſitiōe. In omni
loco ſine ſui circūſcriptiōe. In oī tꝑe ſine mutabili-
tate ſui. Alio mō ſpecialiter eſt in ſanctis: quos per
grām inhabitās templū ſuū ipos eſt efficiēs. Tertio
mō diciꝫ ſpēaliſſime eſſe in hoīe xp̄o. in quo plenitu-
do diuinitatis corꝑaliter habitat ꝑ grām vnionis: ⁊
hunc tertiū modū mgr̄ dimittit: eo ꝙ ꝑtineat ad ter
tiū librū ſententiaꝝ. Poſtea mgr̄ p̄dicta affirmat ꝑ
autoritates. Et ſubdit poſtmoduꝫ ꝙ q̄uis de⁹ ſit in
rebus oībus. nō tñ credendū eſt diuinaꝫ puritatem
quouis mō poſſe maculari: ꝑ hoc ꝙ i rebus imūdis
p̄ñs extitit: ſicut nec ſpūs human⁹ ꝑ vnionē ipſi⁹ ad
corpus lepꝛoſum inquinaꝫ: nec ſol q̄ñ ſuis radijs fe-
da attingit defedaꝫ. Et iuſtos inhabitare diciꝫ de-
us: q̄ñ ſpᷓaliter ⁊ ad nos in eos ꝓcedit. Scđa ꝓpo-
ſitio eſt hec. Deus ſolus vbiq̃ꝫ exñs: nō variaꝫ qua-
licūq̃ꝫ loco vel tꝑis mutatiōe. Hec ꝓpoſitio ꝓponit
p̄mo: ꝙ diuina natura ſit in loco: non tñ circūſcribiꝫ
vel diffiniꝫ a loco. Qđ oñdit ꝑ hoc ꝙ duplex muta-
tio inueniꝫ in natura. Creatura eñ corꝑalis loco dif
finiꝫ ⁊ circūſcribiꝫ: ſpūalis aūt ſolū diffiniꝫ. Itē cor-
poꝛalis creatura ꝑ tꝑus ⁊ locū mouetꝫ ſpūalis aūt ꝑ
tꝑs: aut ſm tꝑus mutari pōt ſm affectiones tꝑi ſub
iacentes. Poſtea queriꝫ. Vtrū mutari ꝑ locū conue
niat ſpiritui. Et rñdet ꝙ tranſire de loco ad locum:
ita ꝙ diffiniaꝫ ⁊ nō circūſcribaꝫ hoc ꝯuenit ſpiritib⁹

ſed tranſire de loco ad locū circūſcriptiue eis nō cō-
uenit. Deinde addit ꝙ locabile ⁊ circūſcriptibile et
mutabile deo non cōuenit. Tertia ꝓpoſitio eſt hec.
Deus ſine ſui mutatione de nouo incipit vel deſinit
eſſe in creaturis Iſta ꝓpoſitio ptꝫ in textu in penul.
c. huiꝰ diſtinctiōis circa finē. Et tñ in ſpeciali.

Hic redit ad ꝓpoſitū: repetens ſu
perius dicta vt addat alia. a

DI. XXXVIII.

Hinc ergo ad

n ꝓpoſitū reuertentes: cepto inſi
ſtamus. Supra dictū eſt ꝙ pre-
ſcia dei futurorū tñ eſt: ſꝫ oīm tā bonorū
ꝗ̄ maloꝝ. Scia vo vel ſapia nō mō de fu-
turis: ſꝫ etiā de p̄ntibus ⁊ futuris: nec tñ
de tpalibus: ſꝫ etiā de eternis: qꝛ ſeipm no-
uit deus. Hic orit̄ q̄ſtio nō diſſimulāda

Queſtio an ſcia vel p̄ſcia ſit cā reꝝ: vel res ſint cauſa p̄ſcientie.

vtrū. ſ. ſcia vel p̄ſcia ſit cauſa rerum: an res
ſint cauſe ſcie vel p̄ſcie dei. Videt̄ em̄ pre/
ſcia dei cā eſſe coꝝ q̄ ei ſubſunt: ac neceſſita
tē eueniēdi eis facere: qꝛ nec aliq̄ futura fu
iſſent: niſi deus ea p̄ſciſſet: nec pñt non eue
nire: cū deus ea preſciuerit. Si autē īpoſſi/

Quare ſcia vel ꝓſcia vid̄r cauſa rerū.

bile eſt ea non euenire: qꝛ preſcita ſunt: vi/
det̄ ꝗ ipſa preſcia q̄ p̄ſcita ſunt eis eē cā eue
niendi. Impoſſibile eſt ea nō euenire: cū p̄
ſcita ſint: qꝛ ſi non euenirēt cū preſcita ſint
falleret̄ dei preſcia. At dei preſcia falli non
pōt. Impoſſibile eſt ꝗ ea nō euenire cū pre
ſcita ſunt. Sic ꝗ p̄ſcia cauſa coꝝ eſſe videt̄
q̄ preſcita ſunt. Hoc idē ⁊ de ſcia d̄r. ſ. ꝙ qꝛ
deꝰ antiq̄ nouit ideo ſint. Cui ſnīe Augꝰ.

Aug. auctes ꝓponit q̄ videtur hoc aſſerere.

atteſtari videt̄ in. xv. li. de tri. ſic di. Non
iſta ex aliq̄ tēpe cognouit deus: ſꝫ futura oīa
tpalia atq; in eis etiam q̄d ⁊ qñ ab illo pe/
tituri fueramus: ⁊ q̄s ⁊ de quibꝰ rebus vl
exauditurus vel non exauditurꝰ eſſet: ſine
initio añ p̄ſciuit. Uniuerſas aūt creaturas
⁊ ſpūales ⁊ corpales: non qꝛ ſunt iō nouit:
ſed ideo ſunt qꝛ nouit: non em̄ neſciuit que
fuerat creaturus: qꝛ ꝗ ſciuit: creauit: nō qꝛ
creauit: ſciuit. nec aliter ſciuit creata ꝗ̄ cre
anda. Non em̄ eiꝰ ſapie aliquid acceſſit ex
eis: ſed illis exiſtentibꝰ ſicut oportebat ille
⁊ qñ oportebat: māſit vt erat. Uñ in eccle
ſiaſtico: Anteq̄ crearent̄: oīa nota ſunt il-
li: ſic ⁊ poſtq̄ ꝯſummata ſunt. Ecce his v
bis videt̄ Aug. innuere ſciētiā ⁊ preſciam
dei cauſam eſſe coꝝ que fiunt: cū dicit ideo
ea eſſe qꝛ deus nouit. Idē q̄ in. vj. li. dice/
re videt̄. Cū inquit decedāt ⁊ ſuccedāt tē/
pora: nō decedit aliquid vel ſuccedit ſcien
tie dei: in q̄ nouit oīa q̄ fecit ꝑ ipſam. Non
em̄ hec que creata ſūt iō ſciunt̄ a deo: quia
facta ſunt: ſꝫ potiꝰ iō facta ſunt: qꝛ imutabi
liter ab eo ſciunt̄. Et hic etiā ſignificare vi
det̄ dei ſcientiā cāmm eorū eſſe q̄ fiunt: dicēs
nō ideo deū ea nouiſſe: qꝛ facta ſunt: ſꝫ ideo
facta ſunt qꝛ nouit ea deus. Ideoq; videt̄
dei ſcia vel preſciētia cā eſſe eorū q̄ nouit.

Inconuenientia oſtendit que ſeq̄
rent̄ ſi diceret̄ ſcia vel p̄ſcia cauſa
omniū rerum que ei ſubſunt. b

Quod ſi ita eſt. eſt

ergo cā omniū maloꝝ: cū omnia mala ſci-
ant̄ ⁊ preſciant̄ a deo: qđ longe eſt a veri-
tate. Si em̄ dei ſcia vel p̄ſcientia cauſa eēt
maloꝝ: eſſet vtiq; deus auctor maloꝝ: qđ
penitus falſum eſt. Non ꝗ ſcientia vel pre-
ſcientia dei cauſa eſt omniū que ei ſubſunt

Qꝙ res future nō ſunt cauſa ſciētie
vel preſcientie dei. c

Neq; etiam res fu

ture cā ſunt dei p̄ſcie: licet em̄ non eſſent fu
ture niſi p̄ſcirent̄ a deo: nō tñ ideo p̄ſciunt̄
qꝛ future ſunt. Si em̄ hoc eſſet: tūc eius qđ
eternū eſt aliq̄d exiſteret cā ab eo alienum
ab eo diuerſum: ⁊ ex creaturis pēderet ſci-
entia creatoris: ⁊ creatum cauſa eēt increa
ti. Origenes tñ ſup eplam ad Roma. ait:
Non ꝓpterea aliq̄d erit: qꝛ id ſcit deꝰ futu

Hoc p̄dictis videt̄ ꝯtrariū

rum: ſed qꝛ futurū eſt: ideo ſcitur a deo an/
teq̄ fiat. Hoc videtur p̄miſſis verbis Au
guſtini obuiare Hic em̄ ſignificari videtur
ꝙ res future cauſa ſint p̄ſcientie. Ibi vero
ꝙ preſciētia cauſa ſit rerū futurarū.

Quid ex p̄dictis tenēdū ſit cū de-
terminatione autoritatū. d

Hāc igitur que vi-

detur repugnantiā de medio tollere cupiē
tes: dicimus res futuras nullatenꝰ cauſā
eſſe p̄ſcientie vel ſcie dei: nec ideo p̄ſciri vl
ſciri: qꝛ future vel facte ſunt: ita exponen-
tes qđ ait Orige. qꝛ futurū eē: ideo ſcitur
a deo anteq̄ fiat. id eſt qđ futurū eſt ſcitur
a deo anteq̄ fiat: neq; ſciret̄ niſi futurū eſ-
ſet: vt nō notet̄ ibi cauſa: niſi ſine qua non
fieret. Ita etiā dicimus ſciētiā vel preſciē-
tiā dei nō eſſe cauſam coꝝ que fiūt: niſi ta-
lē ſine qua nō fiūt: ſi tñ ſciētiā ad noticiam
tm̄ referamus. Si vero noīe ſcie includit̄
etiā bn̄placitū atq; diſpoſitio: tūc recte po
teſt dici cā coꝝ que deus facit. His em̄ du
obus modis: vt ſupius p̄taxatū eſt accipi
tur cognitio vel ſcia dei. ſcꝫ ꝓ noticia ſola:

vel ꝓ noticia ſimul ⁊ bn̄placito. Hoc mō forte accepit Aug⁹. dicens. Ideo ſunt q̄ꝛ nouit.i.q̄ꝛ ſcienti placuit: ⁊ quia diſpoſuit h̄ ſenſus ex eo adiuuat̄: q̄ꝛ de bonis ibi tm̄ agit Aug.ſ. de creaturis: de his q̄ de⁹ fac. q̄ oīa nouit: nō ſolū ſcia: ꝫ etiaʒ bn̄placito ac diſpoſitione. Si ḡ ibi accipit̄ dei cognitio vt nō mō noticiā: ꝫ etiā bn̄placituʒ dei ſignificet. Mala ꝟo ſcit de⁹ ⁊ p̄ſcit anq̄ꝫ fiant: ꝫ ſola noticia: non bn̄placito. Preſcit em̄ de⁹ ⁊ p̄dicit etiā q̄ nō eſt ipſe factur⁹: ſicut preſciuit ⁊ p̄dixit infidelitatē iudeoꝝ: ꝫ nō fecit. Nec iō: q̄ꝛ p̄ſciuit ad pctm̄ infidelitatis eos coegit: nec p̄ſciſſet vel predixiſſet eoꝝ mala niſi eēnt ea bituri. Vn̄ Aug. ſup Ioh. De⁹ inq̄t futuroꝝ preſci⁹: ꝑ ꝓpham p̄dixit infidelitatē iudeoꝝ: ꝫ nō fecit: neq̄ꝫ preſciſſet mala eoꝝ: niſi ea h̄rent. Nō enim iō queq̄ꝫ ad peccandū cogit: q̄ꝛ futura hominū pctā prenouit Illoꝝ em̄ p̄ſciuit pctā nō ſua. Iō q̄ꝫ ſi ea q̄ ille preſciuit ipſoꝝ non ſūt: nō ꝟa ille p̄ſciuit. Sʒ q̄ꝛ illi⁹ preſcia falli nō pōt: ſine dubio nō ali⁹: ꝫ ipſi peccant q̄s de⁹ pctōres eſſe preſciuit. Et iō ſi nō malū ꝫ bonū facere voluiſſent: nō malū facturi p̄uiderent̄ ab eo q̄ nouit q̄d ſit quiſq̄ꝫ factur⁹. His ꝟbis apte on̄dit̄ ſi diligēter attēdam⁹ preſciam dei nō eſſe cām maloꝝ q̄ preſcit: q̄ꝛ nō ea preſcit tanq̄ꝫ facturus: nec tanq̄ꝫ ſua: ꝫ etiā illoꝝ qui ſunt ea facturi vł bituri. Preſciuit ḡ illa ſola noticia: nō bn̄placito autoritatis. Vn̄ dat̄ intelligi ꝙ deus ecōuerſo preſcit bona tanq̄ꝫ ſua: tāq̄ꝫ ea que factur⁹ eſt: vt illa preſcienda ſit̄ fuerit ipſius noticia ⁊ autoritatis bn̄placitū.

Cōtra hoc qȯ dictū eſt p̄ſciētiam dei nō poſſe falli oppoſitio. e

Oppoſitio. **Ad hoc autē quod** ſupradictū eſt.ſ.p̄ſciam dei falli nō poſſe: ſolet a quibuſdā ita exponi. De⁹ preſciuit hunc lecturū vel aliq̄d hmōi: ꝫ pōt eſſe vt iſte nō legat: ḡ pōt aliter eē q̄ꝫ de⁹ preſciuit ḡ pōt falli dei p̄ſcia: qȯ oīno falſū eſt. Pōt equidē nō fieri aliquid: ⁊ illud tm̄ preſcituʒ eſt fieri. Nō ideo tm̄ pōt falli dei preſcia: q̄ꝛ ſi illud nō fieret: nec a deo preſcitū eſſet fieri. Sed adhuc vrgent queſtioneʒ dicētes. Aut aliter pōt fieri q̄ꝫ de⁹ preſciuit: aut nō aliter. Si nō aliter: ergo neceſſario cuncta eueniūt. Si ꝟo aliter pōt ḡ dei preſcia falli vł mutari. Sed pōt aliter fieri: q̄ꝛ pōt aliter fieri q̄ꝫ fiat. Ita aūt ſit vt preſcitū eſt: aliter ergo pōt fieri q̄ꝫ preſcituʒ eſt.

Reſpōſio. Ad qȯ dicimus illam locutionē multiplicē facere intelligentiā.ſcʒ aliter pōt fieri q̄ꝫ deus preſciuit ⁊ hmōi: vt poteſt nō eſſe qȯ de⁹ preſciuit: ⁊ impoſſibile eſt nō eſſe qȯ deus preſciuit: ⁊ impoſſibile eſt nō eſſe preſcita oīa que fiunt: ⁊ hmōi. Pn̄t eniʒ hec ꝯiunctim intelligi: vt conditio ſit implicita ⁊ diſiunctim. Si em̄ ita intelligas nō pōt aliter fieri q̄ꝫ deus p̄ſciuit.i. non pōt vtrūq̄ꝫ ſil̄ eſſe. ſcʒ ꝙ deus ita preſciuerit fieri ⁊ aliter fiat: verū intelligis. Si autem ꝑ diſiunctioneʒ intelligas: vt dicas hoc aliter nō poſſe euenire q̄ꝫ euenit. quō futurū deus preſciuit: falſum eſt: Hoc em̄ aliter poteſt euenire q̄ꝫ euenit: ⁊ tamen de⁹ hoc modo futurū preſciuit. Similiter ⁊ alia determinatio.ſ. impoſſibile eſt illud nō euenire qȯ deus preſciuit: vel cū deus preſcierit. Si cōiunctim intelligas: verū dicis. Si diſiunctim: falſum. Ita etiā ⁊ illud. Impoſſibile eſt non eſſe preſcitum omne qȯ fit: id nō poteſt eſſe vtrūq̄ꝫ ſimul: ſcʒ vt fiat ⁊ nō ſit p̄ſcituʒ. hic ſenſus verus eſt. Si ꝟo dicis deū nō potuiſſe non preſcire omne quod fit: falſum eſt. Potuit enim facere vt non fieret; ⁊ ita nō eſſe preſcitum.

Iſta eſt diſtinctio triceſimaoctaua huius p̄mi libri. In qua magiſter poſtq̄ꝫ egit de ſcientia dei ſ̄m ſe ⁊ de compatiōe rerum ſcitarū: incipit agere de compatione ſcientie ad res ſcitas. Et tria facit. Nam p̄mo querit vtruʒ ſcientia dei ſit cauſa rerum ſcitarum. Secūdo ſubdit determinationē queſtionis mote. Tertio mouet et ſoluit dubitationē ex determinatione queſtionis mote emergentem. Primum facit a p̄ncipio diſtinctionis vſq̄ꝫ ibi. Hanc ergo que videtur. Secundum ab inde vſq̄ꝫ ibi. Ad hoc autem quod ſupra dictum eſt. Tertium ab inde vſq̄ꝫ ad finem diſtinctionis. Et tm̄ de ſentētia in hac diſtinctione in generali. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribus propoſitionibus: quaruʒ prima eſt hec. Deus ſcientia approprlationis nō eſt cauſa ſimpliciter omniū futuroꝝ contingentium: ſed tantum bonoꝝ. Hanc magiſter ꝓbans querit. Vtrū ſcientia dei vel p̄ſcientia ſit cauſa rerū ſcitarū vel ecōuerſo. Et ꝓbat ꝙ p̄ſcientia dei ſit cauſa rerū: q̄ꝛ nec aliq̄ua futura eſſent niſi deus p̄ſciuiſſet: ⁊ que p̄ſciuit: impoſſibile eſt ea nō euenire. Et ad hoc ꝓbandum mgr̄ adducit multas autoritates: que patēt in textu Poſtea obijcit in contrariū ſic. Si ſcientia dei eſſet cauſa rerū ſcitarū: ſequeret̄ deum eſſe cauſam malorum: eo ꝙ mala ſunt ab eo ſcita ⁊ p̄ſcita: ſed illud cōſequēs eſt falſum. ergo ⁊ ꝯcluſio ex qua ſequit̄. Nec etiā res ſunt cauſa ſciētie dei: q̄ꝛ ſic tēporale ⁊ creatū eſſet cauſa eterni: qȯ ſtare nō poteſt. Et reſpōdet magiſter ꝙ res ſcite a deo nullatenus ſunt cauſa ſcientie vel p̄ſciētie dei: niſi forte cauſa ſine qua nō: et ſic etiaʒ itelligēde ſunt ſanctoꝝ autoritates: quibus oppoſitū dici videt̄: vicʒ ꝙ res non ſunt aliter cauſa p̄ſciētie dei: niſi cā ſine qua nō.i. ſine q̄bus non diceret̄ p̄ſcia. Et ꝯſequēter notat talē diſtinctionē de ſcientia dei ꝙ ſcia dei vel cognitio dei pōt accipi ꝓ ſola ſimplici noticia. Et dicit̄ ſcientia ſimplicis noticie: et

ſic accepta nullius rei ꝓpꝛie eſt cauſa: niſi forte cau-
ſa ſine qua nõ. Nõ eñi deus quenꝙ̃ cogit peccare ꝑ
hoc ꝙ ꝑſcit eũ peccaturuꝫ. Uel põt accipi ꝓ noticia
ſimul ⁊ bñplacito: ⁊ ſic accepta eſt cauſa rerum. Ex
his patet ſolutio ad argumentum. ſ. de malo. Nam
deus nõ noſcit malũ: niſi ſcientia ſimplicis noticie.
Cum ergo ſm̃ hanc cognitionẽ nõ ſit cauſa rerũ: vt
patet ex ꝑdicta diſtinctione ergo nõ valet argumen
tum cũ arguitur. Deus cognoſcit malũ. ergo eſt cau
ſa mali. Ex ꝑdictis ſimul ſumptis ⁊ ſignanter ex di-
ſtinctione predicta infero ſecundã ꝓpoſitionẽ que
eſt. Ineffabilis dei preſcientia eſt cauſa ſine qua nõ
omniũ bonorum ⁊ maloꝝ. Et patet ex ꝑmiſſis Ter
tia ꝓpoſitio eſt hec. Cum ineffabili dei ꝑſcientia ſtat
indifferens vel libera futurorum effectuum cõtingẽ
tia. Hanc magiſter inueſtigans arguit ꝙ ſciẽtia dei
ſit fallibilis. ⁊ hoc ſic. Futurum cõtingens eſt preſci-
tum a deo. vel ergo poteſt aliter euenire ꝙ̃ preſcitũ
eſt vel non. Si non. ergo ſcientia dei rebus ſcitis ne
ceſſitatẽ imponit: ⁊ per conſequẽs contingentiã tol
lit. Si ergo poteſt aliter euenire ꝙ̃ ꝑſcitum eſt pona
tur in eſſe qḋ aliter eueniat: ⁊ ſequitur ſtatum ſcien-
tiam dei eſſe fallibilem ⁊ incertam. Iſtud magiſter
ſoluit ꝑ ſenſum compoſitũ ⁊ diuiſum dicens: ꝙ ſi ta-
lis ꝓpoſitio. impoſſibile eſt non euenire quod deus
preſciuit euenturũ. ⁊ poſſibile eſt non euenire quod
deus ꝑſciuit euenturũ: ⁊ conſimiles intelligantꝰ con
iunctim in ſenſu compoſito: tunc ſunt falſe. Ideo ꝙ
impoſſibile ſit ꝑſcientiam dei eſſe de aliqua re eueni
enti ſimul cum contrario euentu. Si aũt tales ꝓpo-
ſitiones intelligantꝰ diuiſim vel in ſenſu diuiſo: tũc ve
re ſunt ⁊ poſſibiles: prout conſiderantꝰ ſine reſpectu
ad dei preſcientiã. Et tñ in ſpeciali.

Utrũ ſciã dei poſſit augeri vel mi nui vel aliquo mõ mutari; vtrũqꝫ enim videtur poſſe ꝓbari. a

Di. XXX IX. Preterea que-
ri ſolet: vtruꝫ ſcientia dei poſſit
augeri vel minui: vtrunqꝫ eniꝫ
videtꝰ poſſe ꝓbari. Ex diuina ſciẽtia poſſit
augeri vel mutari hoc modo ꝓbatur: quia
poteſt deus ſcire quod nunꝙ̃ ſcit. Eſt eniꝫ
aliquis qui non eſt lecturus hodie: ⁊ tamẽ
poteſt eſſe vt legat hodie: poteſt eñi hodie
legere. Nihil autem poteſt fieri quod non
poſſit a deo ſciri. Poteſt ḡ deus ſcire hunc
lecturũ hodie: poteſt ḡ aliquid ſcire qḋ nõ
ſcit. ergo poteſt eius ſciẽtia augeri vel mu
tari: eademqꝫ videtur poſſe minui. Eſt eñi
aliquis hodie lecturus quem deus ſcit le-
cturũ. At poteſt eſſe vt nõ legat: ergo põt
deus non ſcire hunc lecturuꝫ: poteſt ergo
non ſcire aliquid quod ſcit. ergo poteſt mi
nui eius ſcientia vel mutari? Ad quod
Rñſio cũ determinatiõe. dicimus: quia dei ſcientia oĩno immutabi
lis eſt: nec augeri poteſt vel minui. Nam
vt ait Augꝰ. in. xv. lib. de trinitꝰ. Scientia
dei eſt ipſa ſapientia: ⁊ ſapiẽtia eſt ipſa eſſẽ
tia ſiue ſubſtantia dei: qꝛ in illiꝰ nature ſim
plicitate mirabili nõ eſt aliud ſapere ⁊ ali-
ud eſſe: ſꝫ qḋ eſt ſapere. hoc eſt ⁊ eſſe. Idẽqꝫ
nouit omnia verbũ que nouit pater: ſed ei
noſſe de patre eſt ſicut eſſe. Noſſe eñi ⁊ eſſe
ibi vnũ eſt. Et ideo patri ſicut eſſe nõ eſt a
filio: ita nec noſſe. Proinde tanꝙ̃ ſeipſum
dicens. Pater genuit verbum ſibi equale
ꝑ omnia. Non enim ſeipſum integre perfe
cteqꝫ dixiſſet: ſi aliquid minus aut ampli-
us eſſet in eius verbo ꝙ̃ in ſeipſo. Hoc eſt
ergo omnino verbũ quod pater: nõ tamẽ
eſt pater: quia iſte filius: ille pater. Sciũt
ergo inuicem pater ⁊ filius: ſed ille gignen
do: iſte naſcendo. Et omnia que ſunt in eo
rum ſcientia: in eorum ſapientia: in eorum
eſſentia vnuſquiſqꝫ eorũ ſimul videt: non
particulatim aut ſingulatim velut alternã
te conſpectu hinc illinc ⁊ inde: huc ⁊ rurſũ
inde: vł inde in aliud atqꝫ aliud: vt aliqua
videre nõ poſſit: niſi non videns alia: ſed
omnia ſimul videt: quoꝝ nullum eſt quod
non ſemꝑ videat ⁊ ſciat. Eius itaqꝫ ſciẽtia
inamiſſibilis ⁊ inuariabilis eſt. Noſtra ve
ro ſcientia ⁊ amiſſibilis ⁊ receptibilis eſt:
qꝛ non hoc eſt nobis eſſe quod ſcire. Pro-
pter hoc ſicut noſtra ſcientia illi ſciẽtie dei
diſſimilis eſt: ſic ⁊ noſtrũ verbũ qḋ naſcitꝰ
de ſciẽtia noſtra: diſſimile eſt illi verbo qḋ
natum eſt de patre ſcientia. Ex hac autori
tate clare oſtenditur ſcientiaꝫ dei omnino
inuariabilem eſſe: ſicut ipſa eſſentia dei om
nino inuariabilis eſt: ⁊ ꝙ pater ⁊ filius cuꝫ
ſpirituſancto ſimul omnia ſciunt ⁊ vident.
Sicut ergo nõ poteſt augeri vel minui di-
uina eſſentia. ita nec diuina ſciẽtia: ⁊ tamẽ
conceditur poſſe ſcire quod nõ ſcit: ⁊ poſſe
non ſcire quod ſcit. quia poſſet aliquid eſ-
ſe ſubiectũ eius ſcientie quod nõ eſt: ⁊ poſ
ſet non eſſe ſubiectuꝫ aliquid quod eſt ſine
ꝑmutatione ipſius ſcientie.

Oppoſitio an deus poſſit nouiter vel ex tempore ſcire vel ꝑſcire aliquid. b

Hic opponitꝰ a qui
buſdã ita. Si deus põt aliquid ſcire vel ꝑ
ſcire qḋ nunꝙ̃ ſciuit vel ꝑſciuit. Põt ergo
ex tẽpore aliquid ſcire vel ꝑſcire? Ad qḋ
dicimus. Põt quidẽ deus ſcire vel ꝑſcire Reſponſio
omne qḋ põt facere: ⁊ põt facere qḋ nũꝙ̃
fiet. Põt ergo ſcire vel ꝑſcire qḋ nunꝙ̃ fi-
et: nec eſt nec fuit: nec illud ſcit vel neſciuit
neqꝫ preſcit vel ꝑſciuit qꝛ ſciẽtia eius nõ ẽ:
niſi de his que ſunt vel fuerũt: vel erũt: et
ꝑſcia non eſt niſi de futuris. Et licet poſſit

ſcire vel preſcire qđ nunq̃ eſt vel erit: nō tñ
pōt aliquid ſcire vel preſcire ex tp̄e. Pōt
vtiq̃ ſcire vel preſcire qđ nūq̃ eſt nec erit:
nec illud ſcitum vel preſcitū eſt ab eterno.
Nec tñ pōt incipere ſcire vel preſcire illud
ſed ita pōt modo ſcire vel p̄ſcire: ſicut pōt
ſciſſe vel preſciſſe ab eterno. Si eniȝ dicas
eū modo poſſe ſcire vel p̄ſcire qđ ab eterno
non ſciuit vel p̄ſciuit. i. ita qđ ab eterno nō
ſciuerit vel p̄ſciuerit quaſi vtrūq̃ ſimul eſ
ſe poſſit: falſum eſt Si vero dicas eū poſſe
modo ſcire vel preſcire qđ ab eterno nō ſci
uit vel preſciuit. i. habere potentiā ſciendi
vel preſciendi ab eterno ⁊ mō aliq̃d: nec tñ
illud p̄ſcitū eſt vel futurū: verū eſt. Nō po
teſt ergo nouiter vel ex tp̄e ſcire vel p̄ſcire
aliq̃d: ſicut non pōt nouiter vel ex tp̄e vel-
le aliquid: ⁊ tñ pōt velle qđ nūq̃ voluit.

Utrum deus poſſit ſcire plura q̃ ſcit. c

Item a quibuſdā dicit̄ deus poſſe plura ſcire q̃ ſciat: q̄ pōt
ſcire omnia que ſcit: ⁊ poteſt aliqua facere
que nunq̃ erunt: ⁊ illa poteſt ſcire. non eñ
aliqua incognita facere poteſt. Si ꝟo om
nia eſſent que modo ſunt: ⁊ alia quedaȝ fa
ceret que non ſunt nec erunt: ⁊ illa oīa ſci
ret. Procerto plura ſciret q̃ mō ſciat: nec
tñ eius ſcientia augeri pōt: q̄ hoc totū fie-
ri poſſet ſine mutabilitate ſciētie. Conſtat
ḡ dei ſcientiā oīno eſſe immutabilē: nec au
geri poſſe vel minui: ſed ei ſubiecta.

Quod videtur aduerſum illi ſententie qua ſupra dictū eſt deū ſp̄ ⁊ ſimul ſcire omnia. d

Ei vero quod pre-
Hiero. dictū eſt. ſ. ꝙ deus omnia ſp̄ videt ⁊ ſimul
videt̄ obuiare qđ ait Hiero. in expoſitiōe
Abachuc Abſurduȝ eſt inq̃t ab hoc dedu
cere dei maieſtatē: vt ſciat ꝑ momenta ſin-
gula quot culices naſcant̄: quotue moriā
tur: quota pulicū ⁊ muſcarū ſit multitudo
quotue piſces natent in aquis: ⁊ ſilia. Nō
ſimus tā fatui adulatores dei vt dum pro
uidentiā eius etiaȝ ad ima retrudimus: in
nos ip̄os iniurioſi ſimus: eandē irrationa
biliū ⁊ rationabiliū ꝓuidentiā eſſe dicen
tes. Hic videt̄ dicere Hiero. ꝙ deus illoꝝ
minimorū ſcientiā ſiue ꝓuidentiā non ha-
Quō ꝑmiſſa beat: qđ ſi hoc eſt: tunc nō oīa ſimul ſcit et
ꝟba Hiero. ſemꝑ. Ex tali itaq̃ ſenſu illud dictū eſſe
ſint intelligē nouerim⁹ vt deū illa alternatim vel parti-
da.
ticulatim ſcire neget: nec ꝑ diuerſa tempo-
rū momēta ſic illa cognouit ſicut ꝑ varia
momenta illoꝝ quedā deficiūt: quedā inci
piunt. Neq̃ illis alijſq̃ irrationabilib⁹ ita
ꝓuidet quēadmodū rationabilibus. Nū-
quid eñ (vt ait ap̄l'us) cura eſt deo de bo
bus: ⁊ ſicut non eſt cura deo de bobus: ita
nec de alijs irrationabilibus. Dicit tñ ſcri
ptura: q̄ ipſi eſt cura de oībus. Prouidē-
tiā ḡ ⁊ curā vniuerſaliter de cūctis que cō
didit habet vt habeat vnūqđq̃ qđ ſibi de
bet̄ ⁊ conuenit. Sed ſpēalem ꝓuidentiam
atq̃ curā habet de rationabilib⁹ quib⁹ p̄-
cepta tradidit: eiſq̃ recte viuendi legē pre
ſcripſit: ac p̄mia ꝓmiſit. Hanc ꝓuidentiā
⁊ curā de irrationabilib⁹ non habet. Ideo
dicit ap̄ls: q̄ nō eſt cura deo de bobus: ꝓ
uidet tñ ouibus ⁊ curat. i. gubernat oīa
qui omnibus ſolē ſuum facit oriri: ⁊ pluui
am dat. Scit itaq̃ deus quāta ſit multitu
do pulicū culicū ⁊ muſcarū ⁊ piſciuȝ: ⁊ q̄t
naſcant̄ quotve moriant̄: ſed nō ſcit hoc ꝑ
momenta ſingula: imo ſimul ⁊ ſp̄ omnia.
Neq̃ ita ſcit: vt eandē habeat ꝓuidentiaȝ
irrationabiliū ⁊ rationabiliū. i. vt eodē pe
nitus mō ꝓuideat irrōnabilibus ⁊ ratio-
nabilibus. Rationabilib⁹ eñ ⁊ p̄cepta de
dit ⁊ angelos ad cuſtodiā delegauit.

Breuis ſumma predictorum cuȝ additione quorundam. e

Simul itaq̃ et im
mutabiliter ſcit deus omnia que fuerūt et
ſunt et erunt: tam bona q̃ mala: preſcit q̃
omnia futura tam bona q̃ mala.

Iſta eſt diſtinctio triceſimanona

In qua mgr̄ poſtq̃ oſtenſum eſt qualit̄ ſcīa dei ſe ha
beat cauſaliter reſpectu rerū creatarū: conſequēter
agit de ip̄ius ſcientie immutabilitate. Et tria facit.
Naȝ p̄mo inquirit an ſcientia dei poſſit augeri vl' mi
nui. Scđo inquirit an deus poſſit ſcire quod modo
neſcit. Tertio quandam obiectionem ⁊ eius ſolutio
nem adducit. Primū facit a p̄ncipio diſtinctōis vſq̃
ibi. Hic opponit̄. Scđm ab inde vſq̃ ibi. Ei ꝟo qđ
p̄dictum eſt. Tertium ꝟo vſq̃ ad finem diſtinctōis.
Et tm̄ de ſententia huius diſtinctionis in generali.
In ſpēali ſententia magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitio-
nibus: quaꝝ p̄ma eſt hec. Deus vnica ⁊ inuariabili
ſcientia ſcit ſimul p̄ſentia omnia preterita ⁊ futura.
Hanc magiſter ꝓbans querit an ſcientia dei poſſit
augeri vel minui: ⁊ ꝑ conſequens mutari. Et argu-
it ſic. Nam deus poteſt hodie aliquid ſcire qđ nū
q̃ ante ſciuit. ſcȝ aliquem legere vel mori: qui nunq̃
ante legit vel moriebat̄. ⁊ ꝑ conſequens eius ſcien-
tia poteſt augeri vel minui. Similiter ſcit hodie ali-
quid quod nunq̃ poſtea ſciet: quia ſcit hodie aliquē
legere quem nunq̃ poſt hoc ſciet legere. ergo ſcien
tia eius pōt minui: ⁊ ꝑ conſequens mutari. Reſpon
det magiſter ad hoc ſcientiā dei oīno eſſe immutabi

An demones ſemel victi a ſanctiſ: vltra accedant ad ipſos vel ad alios.

DI.VII. Utruꝫ boni angeli peccare vel mali recte viuere poſſint.
Ꝙ cũ vtriq; habeant liberũ arbitriuꝫ non tamẽ ad vtrũq; flecti poſſunt.
Ꝙ boni poſt cõfirmationẽ liberius habẽt liberũ arbitrium q̃ ante.
An poſſunt ex natura peccare ſicut ante.
Quibus modis angeli mali noſcant veritatem tempalium rerum.
Ꝙ magice artes virtute ⁊ ſcientia diaboli valent que eſt eis a deo.
Ꝙ malis angelis nõ ſeruit ad meritũ materia viſibiliũ rerum.
Ꝙ nõ ſũt creatores lꝫ per eos magi ranas ⁊ alia fecerũt ſicut nec boni: ⁊ ſi p eorum myſterium fiunt creature.
Ꝙ ſolus deus ſic operat̃ creationẽ rerum ſicut iuſtificationẽ mentis.
Ꝙ angeli mali multa pñt p nature vigorẽ que nõ pñt ppter dei phibitionẽ.

DI.VIII. Utrum oẽs angeli corpei ſint.
De formis quibus apparuit deus: ⁊ de illis in quibus angeli apparent.
Ꝙ deus in ſpecie qua deus eſt nunq̃ apparuit mortalibus.
Quõ dicunt̃ demones intrare in hoĩes.

DI.IX. De ordinũ diſtinctione.
Quid appellet̃ ordo: ⁊ que ſit ratio cuiuſcunq; nominis.
Ꝙ noĩa illa ſumpta ſunt a donis gratie nõ ppter ſe ſed ppter nos eis data.
Utrum hi ordines ab initio creationis diſtincti fuerint.
Utrum oẽs angeli eiuſdẽ ordinis ſint eq̃les.
Quõ dicat ſcriptura decimũ ordinẽ cõpleri debere de hominibus.
Utrũ homines aſſumant̃ iuxta numerum ſtantium vel lapſorum.

DI.X. An oẽs celeſtes ſpũs mittant̃.
An Michael Gabriel ⁊ Raphael ſint nomina ordinum vel ſpirituum.

DI.XI. Ꝙ ſingule aĩe habẽt angelũ bonũ ad cuſtodiã: malũ vero ad exercitiũ.
Utrum angeli pficiãt in merito ⁊ premio vſq; ad iudicium.

DI.XII. De diſtinctiõe operum ſex dierum.
Ꝙ alij ſenſerunt oĩa ſimul facta in materia ⁊ forma: alij p interualla temporum.
Quomodo per interualla temporum res corporales condite ſint.

Quo ſenſu tenebꝛe dicantur eſſe aliquid: ⁊ quo dicanꝰ non eſſe aliquid.
Quare illa materia confuſa ſit dicta infoꝛmis ⁊ vbi ad eſſe ꝓdijt ⁊ ꝗ̃tumcũqȝ in altum aſcenderit.
De quattuoꝛ modis diuine operationis.
DI.XIII. De pͥmo diſtinctionis ope.
De luce facta pͥmo die ſi ſpiritualis an coꝛpoꝛalis fuerit.
Quibus modis accipitur dies.
De naturali oꝛdine cõputationis dieꝝ: ⁊ de illo q̃ ꝑ myſterio introductus eſt.
De intelligentia hoꝝ verboꝝ dixit deus.
Ex quo ſenſu pater dicitꝰ operari in filio vł ꝑ filiũ vel in ſpirituſancto.
DI.XIIII. De opere ſecunde diei: qua factum eſt firmamentum.
Quod celum tunc factum debet intelligi.
De qua materia factum ſit.
Quõ aque pñt eſſe ſuꝑ celũ: ⁊ quales ſint.
De figura firmamenti.
Quare tacuit ſcriptura de bñdictione operis huius diei.
De ope tertie diei qñ aque cõgregate ſũt in vnũ locũ cũ mł'ta ſint maria ⁊ flumina
De ope q̃rte diei q̃ facta ſunt luminaria.
Quomõ accipiendũ ſit illud: ſint in ſigna ⁊ tempoꝛa.
DI.XV. De ope quinte diei qua facta ſunt natatilia ⁊ volatilia.
De opere ſexte diei qua creata ſunt animalia ⁊ reptilia terre.
De venenoſis ⁊ noxijs animalibus.
Utrũ minima aĩalia tunc creata fuerunt.
Quare poſt omnia factus eſt homo.
De ſententia illoꝝ qui ſimul oĩa facta eſſe contendunt.
Quõ intelligenda ſit requies dei.
Quõ accipiendũ ſit ꝙ dꝛ deus compleſſe opus ſuũ ſeptima die cũ tunc q̃euerit.
Quõ oĩa facta a deo dicanꝰ valde bona.
De ſanctificatione ſeptime diei.
DI.XVI. De hominis creatione.
Qualis factus ſit homo.
De imagine ⁊ ſimilitudine ad quam factꝰ eſt homo.
Quare homo dicitꝰ imago ⁊ ad imagineꝫ: filius vero nõ ad imaginẽ.
DI.XVII. De creatiõe anime: an de aliquo facta ſit.
De inſpiratiõe ⁊ inſufflatione dei qñ facta fuerit anima an in coꝛpe vel extra.
In qua etate factus eſt homo.
Quare homo extra paradiſum creatus: in paradiſum ſit poſitus.
Quibus modis paradiſus accipiatur.
De ligno vite.
De ligno ſcientie boni ⁊ mali.
DI.XVIII. De foꝛmatione mulieris.
Quare de latere viri ⁊ nõ de alia parte coꝛpoꝛis foꝛmata ſit.
Quare doꝛmienti viro ⁊ nõ vigilanti ſubtracta ſit coſta.
Ꝙ de coſta multiplicata in ſe ſine additamento extrinſeco facta fuerit.
De cauſis ſuꝑioꝛibus ⁊ inferioꝛibus.
De cauſis que in deo ſunt ſimul ⁊ in creaturis: ⁊ de his q̃ in deo tm̃ ſunt.
De aĩa mulieris que non eſt ex aĩa viri: q2 anime non ſunt ex traduce.
DI.XIX. De ſtatu hoĩs añ pctm̃ qualis fuit ſꝫm coꝛpus: ⁊ q̃lis poſt pctm̃.
Quõ dicitꝰ hõ factus in animã viuentẽ.
Coꝛpus hoĩs ante pctm̃ moꝛtale imoꝛtale erat poſt peccatũ moꝛtuum.
Utrũ imoꝛtalitas quã tũc habuit fuerit ꝯ ꝯditione nature an ex grẽ beneficio.
Si poſſet homo viuere ſꝑ vtens alijs ligⁱnis ⁊ nõ de ligno vite deo nõ mãdante vt de illo ederet.
De immoꝛtalitate coꝛpoꝛis.
DI.XX. De modo ꝓcreationis filioꝝ ſi non peccaſſent pͥmi homines.
Quare in paradiſo non coierũt.
De modo tranſlationis in meliꝰ ſi non peccaſſent.
Utrũ in ꝑfectione ſtature ⁊ vſu membroꝝ ꝓcrearentur filij.
Utrũ etiã in ſenſu ꝑuuli naſcerenꝰ.
De duobus bonis altero hic dato altero pꝛomiſſo.
DI.XXI. De inuidia diaboli qua ad temptandum acceſſit.
De foꝛma in qua venit.
De calliditate ſerpentis.
Utrum elegerit ſerpentem vt ꝑ eum temptaret diabolus.
De modo temptationis.
De duplici ſpecie temptationis.
Quare peccatũ hominis ⁊ non angeli remediabile ſit.
Ꝙ nõ ſoli viro pꝛeceptum fuit datum.
DI.XXII. De oꝛigine illius peccati.
De mulieris elatione.
De viri elatione.
Quis magis deliquerit vir aut mulier.
De ignoꝛantia excuſabili vel inexcuſabili.
An voluntas p̃ceſſerit illud pctm̃.

DI.XXIII. Quare deus ꝑmiſit hominē tēptari quē ſciebat caſurū.
Qualis fuerit ſm animā hō ante peccatū.
De triplici ſcientia hoīs ante lapſum.
Utrum homo pſcius fuerit eorum que ſi/ bi futura erant.
DI.XXIIII. De gratia hominis ⁊ potē tia ante caſum.
De adiutorio homini in creatione dato: q̄ ſtare poterat.
De libero arbitrio.
De ſenſualitate.
De ratione ⁊ ptibus eius.
De ſimili ordine peccādi in nobis ⁊ in pri= mis parentibus.
Q in nobis eſt vir ⁊ mulier ⁊ ſerpens.
De ſpūali ꝯiugio viri ⁊ mulieris in nobis
Qualiter ꝑ iſta tria in nobis cōſummetur temptatio.
Añ mulier manducat ſola cibum vetitum
Añ etiam vir manducat.
Añ ſit veniale vel mortale peccatum.
Quib⁹ modis accipitur ſenſualitas in ſcri ptura.
DI.XXV. Diffinitio liberi arbitrij ſm philoſophos.
Qualiter in deo accipit liberum arbitriū.
Q angeli ⁊ ſancti libeꝝ habēt arbitrium.
Q liberius erat liberū arbitrium quando peccare non poterunt.
De differentia libertatis liberi arbitrij ſm diuerſa tempora.
De quattuor ſtatibus liberi arbitrij.
De corruptione liberi arbitrij ꝑ pctm̄.
De tribus modis libertatis liberi arbitrij a neceſſitate: a peccato: a miſeria.
De libertate que eſt ex gr̄a ⁊ q̄ ex natura.
DI.XXVI. De gr̄a opante ⁊ coopante
Quid ſit voluntas.
Que ſit gr̄a volūtatem bonā preueniens.
Q bona volūtas que puenit gr̄a quedam dei dona puenit.
Q cogitatio boni pcedit fidem.
Q intellect⁹ ⁊ cogitationem boni ⁊ deleta tionem puenit.
An ꝑ liberum arbitrium bonū operat ho= mo ſine gratia.
Utrū vna et eadem gratia ſit que dicitur operans ⁊ cooperans.
Quō gratia meret augeri.
De tribus generibus bonorum.
In quibus bonis ſit liberū arbitrium.
DI.XXVII. De virtute quid ſit ⁊ quid actus eius.
De gratia que liberat voluntatem ſi virt⁹ eſt vel non.
Quō ex gratia incipiunt bona merita: ⁊ d qua gratia hoc intelligat.
Q bona voluntas gr̄a pncipaliter eſt.
Qua rōe dicit fides mereri iuſtificationē.
De muneribus virtutū ⁊ de gratia que nō eſt ſed facit meritū.
Q idē eſt vſus virtutis ⁊ liberi arbitrij ſed virtutis principaliter.
Quidā putant virtutes bonos vſus eſſe li beri arbitrij .i. actus mentis.
DI.XXVIII. De hereſi pelagiana.
Quō pelagiani dictis Auguſtini vtuntur in teſtimoniū ſui erroris.
Quō Aug⁹. illa v̄ba determinet in retra= ctationibus.
De hereſi Iouiniani ⁊ manichei quas col lidit Hieronymus.
DI.XXIX. Utrū homo ante pctm̄ egu erit gr̄a operante ⁊ cooperāte.
Si homo ante lapſum v̄tutes habuerit.
De eiectione hominis de paradiſo.
Quō intelligendum ſit illud ne ſumat de li gno vite ⁊ viuat in eternū.
De flāmeo gladio añ paradiſum poſito.
An ante peccatum homo comederet de li= gno vite.
DI.XXX. Q ꝑ Adam pctm̄ ⁊ pena trā ſijt in poſteros.
Utrū illud pctm̄ qđ tranſijt fuerit origina le vel actuale.
Quidā putant fuiſſe actuale.
Quō aſſignant illud intraſſe in mundum.
Q originale peccatū vere fuit quod trāſit in poſteros.
Quid ſit originale peccatū.
Q originale pctm̄ eſt culpa.
Q originale peccatum dicit fomes pecca= ti. id eſt cōcupiſcentia.
Quid nomie cōcupiſcentie intelligit que fomes eſt peccati.
Q per adā originale pctm̄ intrauit in oēs. id eſt cōcupiſcentia.
An ſit origiale peccatū in quo omnes pec= cauerunt.
Ex quo ſenſu dictū eſt ꝑ inobedientiā vni us multi ſunt ꝯſtituti peccatores.
Q originale pctm̄ in adā fuit ⁊ in nobis eſt
Quō omnes dicunt in adā fuiſſe: qñ pec= cauit ⁊ ex eo deſcendiſſe.
Q nihil extrinſecū cōuertat in humanam ſubſtantiam que eſt ex adam.
DI.XXXI. Quō originale peccatū a pa

tribus trāſeat in filios: an ſm animā: an ſm carnem.
ꝙ ꝑ carnē introducit pctm̄ et quō oſtēdit
Carnis corruptionis cauſam oñdit ex q̄ peccatum ſit in anima.
Quare dicit peccatum eſſe in carne.
Utrū cauſa originalis peccati q̄ eſt in carne ſit culpa vel pena.
Quare dicit originale peccatū.
DI.XXXII. Quō originale peccatū dimittitur in baptiſmo.
Utrū feditas quā ex libidine trahit in baptiſmo diluatur.
Utrū illius ꝯcupiſcētie deus ſit auctor.
Quare illi peccatū imputet anime.
Utrum illud peccatū ſit neceſſariū vel voluntarium.
Quare deus iungit animā corpori ſciens eam inde maculari.
An anima ſit talis qualis a deo creatur.
An anime ex creatione ſint in donis naturalibus equales.
DI.XXXIII. An peccata omniuꝫ precedentium patruꝫ paruuli originaliter trahant vt peccatū ade.
Quō in illo primo vno peccato plura repe riuntur.
An peccatū ade ſit grauius ceteris.
An illud pctm̄ ſit p̄mis ꝑentibꝰ dimiſſum.
Quō peccata parentū viſitentur in filios ⁊ non viſitentur.
DI.XXXIIII. De peccato actuali.
Que fuerit origo ⁊ cauſa p̄ma peccati.
Que fuit ſecundaria cauſa maloꝝ.
ꝙ non niſi in bona re ſit malum.
ꝙ in his fallit dialeticoꝝ regula de ꝯrīis
DI.XXXV. Quid ſit peccatū.
Utrum malus actus inq̄ꝫtum pctm̄ eſt ſit corruptio vel priuatio boni.
Quō peccatum poſſit corrumpere bonuꝫ cum nihil ſit.
Qualiter ſe homo elongat a deo.
An pena ſit priuatio boni.
DI.XXXVI. ꝙ q̄dā ſimul ſunt peccata ⁊ pena peccati: quedā pctā ⁊ cauſa peccati. Alia v̄o pctā ⁊ cauſa ⁊ pena peccati.
An pctm̄ ſit cauſa peccati inq̄ꝫtū pctm̄ eſt.
ꝙ nō omne peccatū eſt pena peccati.
Utrum peccata aliqua eſſentialiter ſint pene peccati.
ꝙ cū peccatū ſit pena peccati: peccatū eſt ab hoīe: pena a deo.
De q̄buſdā q̄ indubitant ſunt pctā ⁊ pene ⁊ inq̄ꝫtum eas patimur pctā nō ſunt.
DI.XXXVII. ꝙ aliqui putant malos actus nullo modo eſſe a deo.
Ex q̄ ſenſu dictū ſit deꝰ nō eſt mali auctor.
DI.XXXVIII. De volūtate ⁊ eiꝰ fine.
Quid ſit bonus finis .ſ. charitas.
ꝙ omnes bone volūtates vnum finem habent: ⁊ tm̄ quedā diuerſos fines ſortiunt.
De dr̄a voluntatis ⁊ intentiōis ⁊ finis.
DI.XXXIX. Quare volūtas dr̄ peccatum cū ſit de naturalibus quorū nullum aliud peccatū eſt.
Quare actus volūtatis ſit peccatum: ſi actus aliarū potentiarū nō ſunt peccata.
Ex quo ſenſu dicit naturaliter omnis homo velle bonum.
DI.XL. An ex fine omnes actus penſari debeant.
Ex quo affectu vel fine omnes ſint boni vl' mali.
DI.XLI. An omnis intentio ⁊ actio infidelium ſit mala.
Quibus modis dicat bonum.
Quō intelligit illud peccatum adeo eſt voluntarium.
Et illud: nuſq̄ꝫ niſi in volūtate pctm̄ eſt.
Et item: nō niſi in voluntate peccat.
ꝙ mala voluntas eſt voluntariū pctm̄.
DI.XLII. An volūtas ⁊ actio mala in eodem ⁊ circa idem ſint vnum peccatum vel plura.
Si peccatuꝫ ab aliquo cōmiſſum in eo ſit: vſq̄ꝫ quo peniteat.
Quibus modis accipiat reatus.
De modis peccatorum.
Quo differant delictum ⁊ peccatum.
De ſeptem principalibus vitijs.
De ſuperbia.
Quomodo ſuperbia dicat radix omnium malorum ⁊ cupiditas: cum ſupbia nō ſit cupiditas.
DI.XLIII. De peccato in ſpm̄ſanctū.
DI.XLIIII. De potentia peccandi: an ſit homini vel diabolo a deo.
An aliqn̄ reſiſtendū ſit poteſtati.

Incipit liber ſecundus de rerū creatione ⁊ formatione corporalium ⁊ ſpiritualiū: ⁊ alijs pluribus eis ꝑtinentibus.

Vnum eſſe rerum principiũ oſtendit non plura: vt quidam putauerunt. a

DI.I

c

Reationem rerũ inſinuãs ſcriptura deũ eſſe creatorẽ initiumq̃ tempis atq̃ omnium viſibilium vel inuiſibiliu3 creaturarum in pmordio ſui oſtẽdit dicens In pncipio creauit deus celũ ⁊ terrã. His eteni3 vbis Moyſes ſpiritu dei afflat⁹ in vno pncipio a deo creatore mũdũ factũ refert: elidens errorẽ quorunda3: plura ſine pncipio fuiſſe principia opinantiũ. Plato nãq̃ tria initia eſtimauit: deũ. ſ. exemplar ⁊ materiã: ⁊ ipſam increatã ſine principio ⁊ deum q̃ſi artificẽ non creatore3. Creator enĩ eſt qui de nihilo aliquid facit. Et creare proprie eſt de nihilo aliq̃d facere. Facere vero nõ modo de nihilo aliquid operari: ſed etiã de materia. Vñ ⁊ homo ⁊ angelus dicit̃ aliqua facere ꝫ non creare: vocaturq̃ factor ſiue artifex: ꝫ nõ creator. Hoc enĩ nomẽ ſoli deo ꝓprie cõgruit: q̃ ⁊ de nihilo quedã ⁊ de aliquo aliqua facit. Ipſe ẽ ergo creator ⁊ opifex ⁊ factor: ſed creationis nomen ſibi ꝓprie retinuit: alia vo etiã creaturis cõmunicauit In ſcriptura tamẽ ſepe creator accipit̃ tañ factor: ⁊ creare tã q̃ facere: ſine diſtinctione ſignificationis.

Plato dixit tria principia eſſe.

Ex qua rõne ꝓprie dr creator: ⁊ quid ſit creare: ⁊ quid facere.

Q hec verba ſcilic3 agere ⁊ facere ⁊ huiuſmodi nõ dicuntur de deo ſm ea3 rationem qua dicuntur de creaturis. b

Verũtamen ſciendum eſt. hec vba ſc3 creare ⁊ facere et agere ⁊ alia hmõi de deo nõ poſſe dici ſm ea3 rationẽ qua dicunt̃ de creaturis. Quippe cũ dicimus eũ aliq̃d facere: nõ aliquem in opando motum illi ineſſe intelligimus: vl aliquã in laborando paſſionẽ: ſicut nobis ſolet accidere: ſed eius ſempiterne voluntatis nouũ aliquẽ ſignificamus effectũ. id ẽ. eterna eius voluntate aliquid nouiter exiſtere. Cum ẽ aliquid dicitur facere tale eſt ac ſi dicat̃ iuxta eius voluntatẽ vel p eius volũtatem aliquid nouiter contingere vel eſſe: vt in ipſo nihil noui contingat: ſed nouum aliquid ſicut in eius eterna volũtate fuerat fiat ſine aliqua motione vel ſui mutatione. Nos vero operando mutari dicimus: quia mouemur. Nõ enim ſine motu aliquid facimus: deus ergo aliquid agere vel facere dicit̃: quia cauſa eſt rerum nouiter exiſtentiũ: dum eius voluntate res noue eſſe incipiunt que ante non erant: abſq̃ ipſius agitatione: vt actus ꝓprie dici non queat: cum videlicet actus omnis in motu conſiſtat: in deo aũt motus nullus eſt. Sicut ergo ex calore ſolis aliqua fieri contingit: nulla tamẽ in ipſo vel in eius calore facta motione vl mutatione. Ita ex dei voluntate noua habent eſſe ſine mutatiõe auctoris qui eſt vnum ⁊ ſolum ⁊ omniũ pncipium. Ariſtoteles vo duo poſuit pncipia ſc3 materiã ⁊ ſpeciem: ⁊ tertiũ operatoriũ dictũ: mundum quoq̃ ſemp eſſe ⁊ fuiſſe.

Ex quo ſenſu dicit̃ de⁹ aliq̃d facere.

Per ſimile oſtendit.

Strab⁹ Ariſtoteles.

Quod catholicum eſt docet. c

Horũ ergo ⁊ ſimilium errorem ſpũſſanctus euacuans veritatiſq̃ diſciplinam tradẽs: deũ in principio temporũ mundũ creaſſe: ⁊ ante tempa eternaliter extitiſſe ſignificat: ipſius eternitatẽ ⁊ omnipotentiã cõmendans. Cui voluiſſe facere eſt: q2 vt pdiximus ex eius volũtate et bonitate res noue exiſtunt. Credamus ergo rerum creatarum celeſtiũ terreſtrium: viſibiliũ vel inuiſibiliũ cauſam nõ eſſe niſi bonitatẽ creatoris: qui eſt de⁹ verus vnus. Cuius tanta eſt bonitas: vt ſũme bonus beatitudinis ſue qua eternalit̃ beatus eſt: alios velit eſſe pticipes quã videt ⁊ cõmunicari poſſe et minui oĩno non poſſe. Illud ergo bonũ qđ ipſe erat ⁊ quo btũs erat: ſola bonitate nõ neceſſitate alijs cõmunicari voluit: q2 ſumme boni erat ꝓdeſſe velle: ⁊ oĩpotẽtiſſimi noceri nõ poſſe

Quare rationalis creatura facta ſit. d

Et quia non valet eius beatitudinis pticeps exiſtere aliquis niſi p intelligentiã: que quãtomagis ĩtelligitur tanto plenius habet̃. Fecit de⁹ rationalẽ creaturam que ſummum bonum intelligeret: ⁊ intelligendo amaret: ⁊ amãdo poſſideret: ac poſſidendo frueret̃. Eamq̃ hoc modo diſtinxit vt pars in ſui puritate pmaneret nec corpori vniret̃. ſ. angeli: ps corpi iungeret̃. ſ. anime. Diſtincta ẽ vtiq̃ rõnalis creatura in incorporea3 ⁊ corpore

Quõ diſtīcta ſit rationalis creatura.

am: ⁊ incorporea quidẽ angelus: corporea
vero homo vocaẗ ex anima ratiõali ⁊ car
ne ſubſiſtens. Conditio ergo rõnalis crea-
ture primã cauſam habuit dei bonitatẽ.

Quare creatus ſit homo vel ange
lus. e

Ideoqȝ ſi queraẗ
quare creatus ſit homo vel angelus: Bre
ui ſermone reſponderi poteſt ꝓpter boni-
tatem eius. Unde Aug⁹. in li. de doctrina
chriſtiana. Quia bonus eſt deus ſumus:
⁊ inquantum ſumus: boni ſumus.

Ad quid creata ſit rationalis cre-
atura. f

Et ſi queriẗ ad qd
creata ſit rõnalis creatura: Reſpondeẗ ad
laudandũ deum: ad ſeruiendũ ei: ad fruen
dum eo: in quib⁹ ꝓficit ipſa: nõ deus. De⁹
eñ ꝑfectus ⁊ ſumma bonitate plenus: nec
augeri põt nec minui. Ꝙ ergo rõnalis crea
tura facta eſt a deo: referenduȝ eſt ad crea/
toris bonitatẽ ⁊ ad creature vtilitatẽ.

Breuiſſima reſponſio cuȝ queriẗ
quare vel ad quid facta ſit ratio-
nalis creatura. g

Cuȝ ergo queritur
quare vel ad quid facta ſit rationalis crea
tura: Breuiſſime reſponderi poteſt ꝓpter
dei bonitatem ⁊ ſuam vtilitatem. Utile nẽ
pe ipſi eſt ſeruire deo ⁊ frui eo. Factus er-
go angelus ſiue homo ꝓpter deuȝ dicitur
eſſe: nõ quia creator deus ⁊ ſumme beatus
alterutrius indiguerit officio qui bonoruȝ
noſtroꝝ non eget: ſed vt ſeruiret ei ac frue/
retur eo: cui ſeruire regnare eſt. In hoc er
go ꝓficit ſeruiens: non ille cui ſeruitur.

Sicut factus eſt homo vt ſeruiret
deo: ſic mũdus vt ſeruiret hõi. h

Et ſicut fact⁹ eſt ho
mo ꝓpter deũ. i. vt ei ſeruiret: ita mundus
factus eſt ꝓpter hominẽ: ſcȝ vt ei ſeruiret.
Poſitus eſt ergo homo in medio vt et ei
ſuiretur: ⁊ ipſe ſeruiret: vt acciperet vtrĩqȝ
⁊ reflueret totũ ad bonũ hominis: ⁊ qđ ac
cepit obſequiũ ⁊ qđ impẽdit. Ita eñ volu
it deus ſibi ab homine ſuiri: vt ea ſeruitu
te non de⁹ ſed homo ſeruiẽs iuuaretur: et
voluit vt mũdus ſeruiret homini: ⁊ exide
ſimiliter iuuareẗ homo. Totũ ergo bonũ
hominis erat ⁊ qđ factum eſt ꝓpter ipſum
et ꝓpter quod factus eſt ipſe. Omnia eniȝ
(vt ait apoſtolus) noſtra ſũt. ſ. ſuperiora ⁊ Auguſti.
equalia et inferiora. Superiora quidẽ no/ Quõ oĩa nr̃a
ſtra ſunt ad ꝑfruendum vt deus trinitas. ſunt.
Equalia ad conuiuendũ. ſ. angeli. Qui et
ſi nobis mõ ſupiores ſint: in futuro erunt
equales: qui ⁊ modo noſtri ſunt: qꝛ ad vſũ
nobis ſunt. Sicut res dominoꝝ dicuntur
eſſe famuloruȝ non dominio: ſed quia ſunt
ad vſum eoruȝ. Ipſiqȝ angeli in quibuſdã
ſcripture locis nobis ſeruire dicunẗ: dum
ꝓpter nos in miniſteriũ mittuntur.

Quomõ dicitur aliquãdo in ſcri-
ptura homo factus eſt propter re
parationem angelici caſus. i

De homĩe quoqȝ
in ſcriptura interdũ repitur ꝙ factus ſit ꝓ
pter repationem angelice ruine. Quod nõ
ita eſt intelligenduȝ quaſi nõ fuiſſet homo
factus ſi nõ peccaſſet angelus: ſed quia in-
ter alias cauſas ſcȝ ꝑcipuas. hec etiã non-
nulla cauſa extitit. Noſtra ergo ſunt ſupe/
riora ⁊ equalia: noſtra etiã ſunt inferiora:
qꝛ ad ſeruiendũ nobis facta.

Quare ita ſit homo inſtitutus vt
anima ſit vnita corpori. k

Solet etiam queri
cũ maioris dignitatis eſſe videẗ aĩa ſi abſ-
qȝ corpe ꝑmanſiſſet: cur vnita ſit corpori: Prima cauſa.
Ad qđ primo dici põt qꝛ de⁹ voluit: et vo
luntatis eius cauſa querẽda nõ eſt. Scđo Scđa cauſa.
aũt põt dici ꝙ ideo deus voluit eã corpori
vniri: vt in hũana oñderet ꝯditione nouũ
exemplũ beate vnionis que eſt inter deuȝ
et ſpiritum in qua diligiẗ ex toto corde: et
videẗ facie ad faciẽ: Putaret eñ creatura
ſe nõ poſſe vniri creatori ſuo tanta ꝓpinq̃-
tate: vt eã tota mente diligeret et cognoſce
ret: niſi videret ſpiritũ q̃ eſt excellentiſſima
creatura tã infime. i. carni: que de terra eſt
in tanta delectatione vniri: vt nõ valeat ar
tari ab hoc vt velit eam relinq̃re: ſicut oſtẽ
dit apoſtolus dicens: Nolumus corpore
expoliari ſed ſupueſtiri: ꝑ quod oſtendiẗ
ſpiritũ creatum ſpiritui increato ineffabili
amore vniri. Pro exemplo ergo future
ſocietatis que inter deũ ⁊ ſpiritũ rationalẽ
in glorificatione eiuſdẽ ꝑficienda erat: ani/
mam corporeis indumẽtis ⁊ terrenis mãſi
onib⁹ copulauit: luteãqȝ materiaȝ fecit ad
vite ſenſum vegetare: vt ſciret homo qꝛ ſi

potuit deus tam diſparē naturā corpis et anime inſederationē vnā ⁊ in amicitiā tan tam coniungere: nequaq̃ ei impoſſibile futurū rationalis creature humilitatē. ſʒ longe inferiorē: ad ſue glorie pticipatiōeʒ ſublimare. Quia ergo ꝓ exemplo rōnalis ſpiritus in pte vſq̃ ad cōſortiū terreni corporis humiliatus ē: ne forte in hoc nimis depreſſus videret̃: addidit dei prouidētia vt poſtmodū cū eodē corpe glorificato ad cōſortium illoꝝ qui in ſua pmanſerūt puritate ſublimaret̃: vt quod minus ex diſpenſatione creatoris ſui acceperat ꝯditus: poſtmodū p grām eiuſdem acciperet glorificatus. Sic ergo ꝯditor deus rationalis ſpiritus varia ſorte pro arbitrio voluntatis ſue diſponens: illis quos in ſua puritate reliq̃rat ſurſum in celo manſionē: illis vero q̃s corpibus terrenis ſolicitauerat: deorſum in terra habitationē conſtituit: vtriſq̃ regulam imponens obedientie: quatenus ⁊ illi ab eo vbi erant nō caderent: ⁊ iſti ab eo vbi erant ad id vbi non erant aſcenderent. Fecit itaq̃ deꝰ hominē ex duplici ſubſtantia corpus de terra cōponens: animā vero de nihilo faciens. Ideo etiā vnite ſunt anime corporibꝰ: vt in eis deo famulātes maiorem mereantur coronā.

Poſt ſacramentum trinitatis de creatura tripartita agendū eſt: et prius de digniori. i. angelica. I

Ex premiſſis apparet rōnalem creaturā in angelicā et humanam fuiſſe diſtinctam: quarum altera ē tota ſpūalis. id eſt angelica. Altera ex parte ſpūalis ⁊ ex pte corporalis. i. hūana. Cuʒ itaq̃ de his tractandum ſit. ſ. de ſpirituali ⁊ corpali creatura: de rōnali ⁊ de nō rationali. Primo de rationali ⁊ ſpirituali. i. de angelis agendū videt̃: vt a contuitu creatoris ad cognitionē creature dignioris ratio noſtra intendat: deinde ad conſiderationem corporee tam illius que eſt rationalis q̃ illius que nō eſt rationalis deſcēdat vt trinitatis increate ſacramentuʒ triptite creature eiq̃ concretorum atq̃ contingentiū ſequatur documentum.

Hic incipit ſecūdus liber ſentētiarum In quo poſtq̃ magiſter egit de rebus fruibilibus. id eſt diuinis pſonis. agit de rebus vtilibꝰ ſcʒ creaturis. Et duo facit. Nā primo agit de creatione vniuerſi in generali. Scđo de ptibus eius in ſpeciali. Primū facit in prima diſtinctiōe. Scđm incipit facere in principio ſcđe diſtinctionis ibi. De angelica itaq̃ creatura. In prima ergo diſtinctione tria facit Nam primo agit de exitu creaturarum a ſuo principio. Secūdo de ordine earum ad finem. Tertio incidentaliter determinat quare anime humāe corpori ſunt vnite. Primuʒ vſq̃ ibi. Credamus ergo. Secūdum vſq̃ ibi. Solet etiam queri. Tertium vſq̃ ad finem diſtinctionis. Et tm̄ in generali. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionibus quaruʒ prima eſt hec. Deus in principio tēporis creauit celum ⁊ terrā preter ſui mutationem. Hec ꝓpoſitio inſinuat deum eſſe principium creatiuum tam viſibilium q̃ inuiſibilium creaturarum. Et ꝓbat eam magiſter per illud Gen̄. In principio creauit deus celū ⁊ terrā. Ex quo infert ſanctū Moyſen Platonis et Ariſtoteles interimiſſe errores Nam Plato tria principia poſuit fuiſſe ab eterno ⁊ increata: ſeu ſine principio. ſ. deum exemplar ⁊ materiam primam: ⁊ p conſequens non poſuit deum eſſe creatoreʒ mundi: ſed opificem ſeu factorem: quod patet ex hoc ꝙ nō ꝓduxiſſet mundum ex nihilo. Unde creare eſt aliquid ex nihilo facere: facere autem eſt aliquid ex preiacenti materia producere. Unde aliquis creationem mundi credat in deo temporalem ponere mutationem. Ideo dicit ꝙ verba tēporalia de deo dicta cuiuſmodi ſunt creare facere ⁊ agere ⁊ gubernare nullam ſignificant ſeu ponunt in deo nouitatem ſeu mutationem: ſed ſolum nouum effectū cōnotant circa creaturam. quare etiaʒ opatio dei nō ꝓprie debet dici actꝰ eo ꝙ agens p eam nō agitatur ſeu mouetur: imo ſicut ex calore ſolis aliqua noua fiūt nulla facta mutatione in ipſo calore: ita ex dei voluntate creature eē incipiunt: ſine ipſius dei immutatōe. Et ſubdit Ariſtotelem etiam poſuiſſe plura principia ſcʒ materiaʒ formam ⁊ principium efficiens: ⁊ tm̄ poſuit munduʒ fuiſſe ab eterno Hos om̄es errores dicit magiſter p predictā autoritatem Geneſis fore eliſos. Secunda ꝓpoſitio eſt hec. Deus non ꝓ ſui ſed pro ipſaruʒ vtilitate fecit ſpecialiter ratiōales creaturas ad pticipandū ſue diuinitatis fruitionem. Hanc probans dicit ꝙ cauſa creationis rerum eſt ſola bonitas creatoris cōmunicare potens ⁊ volens ⁊ minui non potens. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Deus humanā animam corpi vniri voluit: nō ſolum vt p talem vnionē beatificam fruitionē ſibi poſſibilem crederet: ſʒ etiaʒ vt glorificationē ſibi acquireret p anime in corpore exercitationē. Hanc ꝓpoſitionē ꝓbat p hoc ꝙ aſſignat triplicem rationeʒ quare anima rationalis corpori vnitur. Prima eſt: q: ſic deo placuit fieri. Secūda eſt: quia hoc fieri conuenit in ſignum future beatitudinis. vnio aūt ſpūs cū carne repreſentat ⁊ oſtēdit eſſe poſſibilem quandā vnionem ſcʒ deū vniri cū anima humana. Tertia ratio quia anima corpi mortali vnita poteſt ꝓficere ad maiꝰ meritū q̃ ſi ſepata manſiſſet. His premiſſis concludit magiſter ꝙ circa triplex genus nature in iſto ſecundo libro ſua intentio verſat̃. ſ. circa creaturam ſpūaleʒ corpi nō vnitā cuiuſmodi eſt angelica: ⁊ circa ſpūalem corpi vnitaʒ cuiuſmodi eſt anima rationalis: ⁊ circa corporeā naturam tantū. Et hec eſt ſententia in ſpeciali.

Que conſideranda ſunt de angelica natura. a

DI. II

De angelica itaq̃ natura hec prima conſiderāda ſunt qn̄ creata fuerit ⁊ vbi ⁊ qualis facta ſit dum primū ꝯderetur. Deinde qualis effecta auerſione quorundā et

ꝯuerſione quorūdā. De excellētia q̄ꝫ ⁊ ordinib⁹ ⁊ donoꝝ differentia ⁊ de officijs ac noībus alijſq̄ꝫ plurib⁹ aliq̄ dicenda ſunt.

Quādo facti ſunt angeli prius dicit in quo vident̄ ſibi obuiare autoritates. b

Quedam autoritates vident̄ innuere q̄ ante omnē creaturā creati ſunt angeli. Unde illud. Primo omniū creata eſt ſapientia: qd̄ intelligit̄ de angelica natura que in ſcriptura ſepe vita: ſapientia ⁊ lux dicit̄. Naꝫ ſapiētia illa q̄ de⁹ eſt creata nō eſt. Fili⁹ eñi ſapiētia patris ē genita: nō facta nec creata: et tota trinitas vna ſapiētia eſt: que nō facta nec creata ē nec genita vel ꝓcedens. De angelica ergo vita illud accipiendū eſt de qua dic̄ ſcriptura: q̄ñ facta eſt. ſ. p̄mo oim. Sed rurſum alia ſcriptura dicit In p̄ncipio creauit de⁹ celum ⁊ terrā. Et in ꝓpheta Initio tu dñe terrā fundaſti: ⁊ opa manuū tuarū ſunt celi: ⁊ videt̄ cōtrarietas quedā oriri ex aſſertionibus iſtis. Nā ſi p̄mo omniū creata eſt ſapiētia: oīa poſt ip̄am facta vident̄: ⁊ ita poſt ip̄am facta vident̄ celū ⁊ terra ⁊ ipſa facta ante celū ⁊ terraꝫ. Itē ſi in principio creauit de⁹ celū ⁊ terrā: nihil factū eſt ante celū ⁊ terrā: nec ip̄a ſapia facta eſt añ celū ⁊ terrā. Cū ḡ hec ꝯ̄ria videant̄: nec in diuina ſcriptura fas ſit ſentire aliq̄d eſſe ꝯtrarietatis: requiram⁹ intelligentiā veritatis.

Quid tenenduꝫ ſit docet p̄miſſas autoritates determinando. c

Videt̄ itaqꝫ hoc eſſe tenendū q̄ ſimul creata eſt ſp̄ūalis creatura. i. angelica: ⁊ corpalis: ſ̄m qd̄ p̄t accipi illud Salomonis Qui viuit in eternū creauit oīa ſimul. i. ſp̄ūalē ⁊ corporalē naturā: ⁊ ita nō prius tēpe creati ſunt angeli q̄ꝫ illa corpalis materia quattuor elemētorū: ⁊ tñ primo oim creata eſt ſapiētia: q⁊ ⁊ ſi nō tp̄e p̄cedit tñ dignitate. Q̄ autē ſimul creata fuerit corporalis ſpiritualiſq̄ꝫ creatura. Aug⁹. ſup Geñ. apte oſtēdit dicens: p celū ⁊ terrā ſp̄ūalē corporalēq̄ꝫ naturaꝫ itelligi: ⁊ hec creata ſunt in p̄ncipio. ſ. tp̄is vel in principio q⁊ primo facta ſunt.

Qd̄ ſimul creata fuerit corporalis ⁊ ſpiritualis creatura auctoritate firmat.

Qd̄ nihil factum eſt ante celum ⁊ terram nec etiam tempus: cū tempore enim creata ſunt ſed non ex tempore. d

Antea eñi nihil factum eſt: nec etiā temp⁹ factū eſt ante ſpiritualē. ſ. angelicā naturā: ⁊ añ corpalem ſcꝫ materiā illā quattuor elementorū ꝯfuſam. Illa eñi cum tempe creata ſunt: nec ex tempore: nec in tempe. Sicut nec temp⁹ in tp̄e creatū eſt: q⁊ non fuit temp⁹ anteq̄ꝫ eſſet celum ⁊ terra. Unde Aug⁹. in li. de trinitate dicit. Q̄ deus fuit dñs anteq̄ꝫ tempus eēt ⁊ nō in tempore cepit eſſe deus: q⁊ fuit dominus tēporis quādo cepit eſſe tēpus: nec vtiq̄ꝫ tempus cepit eſſe in tempore: q⁊ non erat tempus anteq̄ꝫ inciperet tempus.

Auguſti.

Qd̄ ſit cum tp̄e ⁊ cū mundo cepit corpalis et ſp̄ūalis creatura. e

Simul ergo cuꝫ tēpore facta eſt corpalis ⁊ ſp̄ūalis creatura ⁊ ſimul cū mūdo: nec fuit ante angelica creatura q̄ꝫ mund⁹: q⁊ vt ait Aug⁹. Nulla creatura creata eſt ante ſecula: ſed a ſeculis cuꝫ quib⁹ cepit. Hieronymus tñ ſup ep̄ſtam ad Titum aliud videt̄ ſentire dicens. Sex milia necdum noſtri tēporis implent̄ annoꝝ ⁊ quātas prius eternitates: quāta tēpora quātas ſeculoꝝ originis fuiſſe arbitrandū eſt: in quib⁹ angeli throni dominatiōes ceteriq̄ꝫ ordines ſeruierūt deo abſq̄ꝫ temporum vicib⁹ atq̄ꝫ menſuris ⁊ deo iubēte ſubſtiterunt. His verbis quidam adherentes dixerunt cum mundo cepiſſe tempus ſeculare: ſed ante mundum extitiſſe tēpus eternum ſine mutabilitate: ⁊ in eo immutabiliter ⁊ intēporaliter aſtruūt angelos deo iubente ſubſtitiſſe eiq̄ꝫ ſeruiſſe. Nos autem quod prius dictū eſt ꝓ captu intelligentie noſtre magis approbamus. ſalua tamē reuerentia ſecretorū in quibus nihil temere aſſerendum eſt ⁊ illud Hieronymū dixiſſe non ita ſentiendo ſed aliorum opinionem referendo arbitramur.

Hiero. cōtradicere videtur q̄ ſi angeli fuerunt añ tp̄us.

Ubi angeli mox creati fuerunt in empireo ſcꝫ quod ſtatim factū repletum eſt angelis. f

Jam eſt oſtenſum quādo creata fuerit angelica natura. Nūc aūt attendendū eſt vbi facta fuerit? Teſtimonijs quarundā autoritatū euident̄ mōſtrat̄ angelos ante caſum fuiſſe in celo ⁊ inde corruiſſe quoſdam ꝓpter ſupbiam: alios vero qui nō peccauerūt illic perſtitiſſe Unde dñs in euāgelio ait: Videbā ſatha-

nam tanꝙ̄ fulgur de celo cadentē: nec ap‑ pellať hoc celū firmamentū qḋ ſecūda die factū eſt: ſed celū ſplendidū qḋ diciť empi reū .i. igneum a ſplendore non a calore: qḋ ſtatim factū angelis eſt repletū qḋ eſt ſu‑ pra firmamentū: ⁊ illud empireum quidā expoſitoꝝ ſacre ſcripture nomine celi intel ligi volunt vbi ſcriptura dicit. In princi‑

Strabus pio creauit deus celū ⁊ terrā. Celū inquit Strabus nō viſibile firmamentū hic appel lat: ſed empireum .i. igneū vel intellectua‑ le: qḋ nō ab ardore ſed a ſplendore dicitur: qḋ ſtatim factū repletū eſt angelis. Unde

Job Job: Ubi eras cū me laudabant aſtra ma

Beda tutina ⁊c̄. De hoc ꝙ̄ Beda ita ait. Hoc ſu perius celū qḋ a volubilitate mundi ſecre tū eſt mox vt creatū eſt ſanctis angelis im pletū eſt: quos in principio cū celo ⁊ terra cōditos teſtať dn̄s dicens. Ubi eras cum me laudabāt aſtra matutina: ⁊ iubilarent omēs filij dei. Aſtra matutina ⁊ filios dei eoſdē angelos dei vocat. Celū eñ in ꝙ̄ po ſita ſunt luminaria: nō in principio ſ; ſecū‑ da die factū ē. Ex his liquet ꝙ in empireo omnes angeli fuerunt ante quorundā rui‑ nā: ſimulqꝫ creati ſunt angeli cū celo empi reo: ⁊ cū informi materia omniū corpaliū.

Q ſimul creata eſt viſibiliū rerum materia et inuiſibilium natura et vtraqꝫ informis ſm aliquid et for mata ſm aliquid. g

Simul ergo viſibi

liū rerum materia ⁊ inuiſibiliū natura con dita eſt: ⁊ vtraqꝫ informis fuit ſm aliquid ⁊ formata ſm aliquid. Sicut eñ corpora‑ liū materia ꝯfuſa ⁊ ꝑmixta que ſm grecos dicta eſt chaos: in illo exordio cōditionis primarie ⁊ formā cōfuſionis habuit: ⁊ nō habuit formā diſtinctionis ⁊ diſcretionis donec poſtea formareť: atqꝫ diſtinctas re‑ ciperet ſpecies: ita ſpūalis ⁊ angelica natu ra in ſua conditione ſm nature habitū for mata fuit: ⁊ tñ illam quā poſtea ꝑ amorē ⁊ cōuerſionē a creatore ſuo acceptura erat formā non habuit: ſed erat informis ſine il

Auguſti. la. Unde Aug9 multipliciter exponēs pre miſſa verba Geneſis. ꝑ celū dicit intelligi informē naturā vite ſpiritualis ſicut in ſe pōt exiſtere nō ꝯuerſa ad creatorē in quo formať: ꝑ terrā corporalē materiā ſine om ni qualitate q̄ apparet in materia formata.

Quomō dicat lucifer ſm Eſaiā. Aſcendam in celum ⁊ ero ſimilis altiſſimo: cum eſſet in celo. h

Hic queri ſolet ſi in

celo empireo fuerunt angeli ꝙ̄ ſtatim facti ſunt: quō vt legitur in Eſaia dicit lucifer: Aſcendā in celū ⁊ exaltabo ſolium meū: et ero ſimilis altiſſimo: Sed ibi celum vocat dei celſitudinē: cui parificari volebat: ⁊ eſt tale. Aſcendā in celū .i. ad qualitatē dei.

Hic incipit ſecūda diſtinctio hu ius ſecundi libri. In qua magiſter poſtꝙ̄ egit de cre atione vniuerſi in cōi. Incipit agere de partibus ei9 in ſpeciali. Et primo de creatura ſpūali, corpori non vnita .ſ. angelo. Unde in p̄ſenti tria circa hoc facit. Nam primo dat de ordine in p̄ſenti materiā ꝓceden di: inſinuans angelos eſſe creatos. Secūdo tractat de loco creationis eorū aſſerens eos in celo empireo eſſe creatos ⁊ collocatos. Tertio agit de qualitate eoꝝ: affirmans eos informes ꝓductos. Primū iſto rum facit a principio diſtinctionis vſqꝫ ibi. Iam oſtē ſum eſt. Secūdū ab inde vſqꝫ ibi. Simul ergo viſibi liū. Tertiū ab inde vſqꝫ ad fine diſtinctionis. Et tm̄ in generali. In ſpeciali ſentētia magiſtri ſtat in trib9 ꝓpoſitionibus quaꝝ prima eſt hec. Angelica na tura nō tēpe ſed dignitate nature ante oīa corpora‑ lia eſt ꝓducta. Q aūt angeli ſunt primo ꝓducti: pa tet ex illo Ecc̄i. j. Omniū primo creata eſt ſapientia id eſt. angelica natura: q: illud nō pōt intelligi de ſa pientia eterna vel increata: cuiuſmodi eſt fili9 in di‑ uinis vt deduciť in lr̄a. Huius oppoſitū magiſter ar guit ꝑ illud Gen̄. j. In principio creauit deus celū ⁊ terrā. Per hanc ⁊ ſimiles autoritates videť ꝓbare ꝙ celum ⁊ terra ſunt prius creata ꝙ̄ angelica natu‑ ra. Hanc controuerſiā magiſter ſoluit dicēs ꝙ ange lica natura ⁊ oīa corporalia ſimul ſunt creata: qḋ ꝓ bat ꝑ illud Ecc̄i. xviij. Qui viuit in eternum creauit oīa ſimul. Et idē cōfirmat autoritate beati Augu. que habeť in textu. Et poſtea inducit alias auctori‑ tates quibus ꝓbat angelicā naturā celum empireū tēpus ⁊ materiā quattuor elementoꝝ ꝯfuſam ſimul fore creata tempore: ⁊ vnū alterū tēporis duratiōe nō p̄ceſſiſſe. Licet angelica natura prius bene dicať creata dignitate nature. Scđa ꝓpoſitio eſt hec. Q tā viſibilis .i. corporalis ꝙ̄ inuiſibilis .i. ſpūalis creatura fuit quodāmodo informis ꝓducta. Quod patet: q: viſibiliū materia ⁊ inuiſibiliū natura fuerūt ſimul cōdita: ⁊ vtraqꝫ informis: ſed tñ aliter ⁊ aliter Nam corporaliū rerū materia dicitur informis crea ta: ideo q: habuit formā confuſionis prius ꝙ̄ fuiſſet formata ⁊ diſtincta per ſpecies: vt infra diſtinctione duodecima clarius patebit. Spūalis ideo diciť īfor mis ꝓducta. quia licet fuerit formata in ſua cōditio ne ſm habitum nature: fuit tñ informis ſm habitū gratie: per quē habuit perfici ⁊ informari. Poſtea magiſter querit. Si omnes angeli fuerūt in celo cre ati vt predictum eſt: quod ⁊ quale fuit tunc celum in quod lucifer aſcendere volens peccauit. dicendo il‑ lud Eſa. xiiij. Aſcendam in celum: ⁊ ſimilis ero al‑ tiſſimo quod ſoluens magiſter dicit: ꝙ per celum nō debet intelligi quodcūqꝫ corporale ſed diuina celſi‑ tudo: vt ſenſus auctoritatis ſit. Aſcendam in celum id eſt. ad equalitatē dei. Et tm̄ in ſpeciali.

Quales facti fuerint angeli: et ꝙ quattuor eis attributa ſunt in ip‑ ſo initio ſue conditionis. a

DI.III.

c

Ecce oſtenſum eſt vbi angeli fuerint mox vt creati ſunt. Nũc ꝯſequens eſt inueſtigare quales facti fuerint in ipſo primordio ſue ꝯditionis: ⁊ quatuor quidẽ angelis videnť eſſe attributa in initio ſubſiſtentie ſue .ſ. eſſentia ſimplex .i. indiuiſibilis ⁊ immaterialis: ⁊ diſcretio ꝑſonalis: ⁊ ꝑ rationẽ naturaliter inſitã: intelligentia: memoria ⁊ volũtas ſiue dilectio. liberũ ꝗ arbitriũ .i. libera inclinande volũtatis ſiue ad bonũ ſiue ad malũ facultas. Poterant eñ ꝑ liberũ arbitriũ ſine violentia ⁊ coactiõe ad vtrũlibet ꝓpria volũtate deflecti.

An omnes fuerint equales angeli in tribus .ſ. in ſapiẽtia in eſſentia in libertate arbitrij. b

Hic conſiderandũ eſt: vtrũ in ſua ſubſtãtia ſpirituali ⁊ ſapia rationali ⁊ libertate arbitrij que omnibus inerãt oẽs equales fuerint: vt ſit ꝑma ꝯſideratio de ſubſtantia: ſecũda de forma: tertia de ꝑtãte. Perſona quippe ſubſtãtia eſt ſapiẽtia forma. arbitriũ ꝑtãs. ⁊ ad ſubſtãtiam quidem ꝑtinet nature ſubtilitas. Ad formã vero intelligentie ꝑſpicacitas: ⁊ ad poteſtatẽ rationalis volũtatis abilitas. Ille ꝙ eſſentie rationales ꝗ ꝑſone erant: ⁊ ſpiritus erant. naturaꝗ ſimplices ⁊ vita immortales differentẽ eẽntie tenuitatẽ: ⁊ differentẽ ſapientie ꝑſpicacitatẽ: atqꝫ differẽtem arbitrij libertatẽ ⁊ abilitatem recte habuiſſe intelliguntur. Sicut in corpibus non nulla differẽtia eſt ſm eſſentiã ac formã et pondus. Quedã eñ alijs meliorẽ ac digniorẽ eſſentiã ⁊ formã habent: ⁊ alia alijs leuiora atqꝫ agiliora ſunt. Ad hunc ꝙ modũ credendũ eſt illas ſpũales naturas ꝯuenientes ſue puritati ⁊ excellẽtie: ⁊ in eſſentia ⁊ in forma ⁊ in facultate differentias accepiſſe in exordio ſue ꝯditiõis: quibꝰ alij inferiores alij ſuꝑiores dei ſapiẽtia conſtituerenť: alijs maiora: alijs minora dona preſtantis: vt ꝗ tũc ꝑ naturalia bona alijs excellebãt. ipi etiã poſt ꝑ munera grẽ eiſdem ꝑceſſent. Qui eñ natura magis ſubtiles et ſapia amplꝰ ꝑſpicaces creati ſunt: hi etiã maioribꝰ grẽ muneribꝰ ꝑditi ſunt: ⁊ dignitate excellẽtiores alijs ꝯſtituti. Qui vero natura minus ſubtiles: ⁊ ſapia minꝰ ꝑſpicaces ꝯditi ſunt: minora grẽ dona habuerũt inferioreſqꝫ ꝯſtituti ſunt ſapiẽtia dei equo moderamine cũcta ordinati. In ipſa facultate arbitrij differẽtia animaduertẽda ẽ ſm differentẽ nature virtutẽ et differentez cognitionis ⁊ intelligẽtie vim. Et ſicut differẽs vigor ⁊ ſubtilitas nature infirmitatẽ nõ adducit: minorqꝫ cognitio ſapie ignorantiã non ingerit: ſic libertas inferior nullã arbitrio neceſſitatis volũtatẽ imponit.

Hic dicit differentes erãt in illis.

Per ſĩlitudinẽ corꝑm ita eſſe oſtẽdit.

Scꝺm qꝺ eſt ꝯſiderãda differẽtia arbtrij. Qꝺ nec minor tenuitas infirmitatẽ nec minor cognitio ſapie ignorantiã nec īferior libertas neceſſitatẽ inducit.

Que communia et equalia habuerunt angeli. c

Et ſicut ĩ predictis angeli differebant: ita ⁊ ꝗdaz cõia ⁊ equalia habebant ꝗ ſpũs erant. Et indiſſolubiles ⁊ immortales erãt cõmune oĩbus ⁊ eq̃le erat. In ſubtilitate vero eſſentie ⁊ intelligentia ſapiẽtie ⁊ libertate volũtatis differentes erant. Has diſtinctiões intelligibiles inuiſibiliũ naturarũ ille ſolus cõprehẽdere potuit ⁊ ponderare qui tũc cuncta fecit in pondere numero ⁊ menſura.

An boni vel mali iuſti vel iniuſti creati ſint angeli: et an aliqua mora fuerit inť creationẽ ⁊ lapſum. d

Illud quoqꝫ inueſtigatione dignuz videť quod etiã a pluribus queri ſolet. Utrũ boni vel mali: iuſti vel iniuſti creati ſunt angeli: ⁊ an aliq̃ mora fuerit inter creationẽ ⁊ lapſum: vel ſine mora in ipſo creationis exordio ceciderũt.

Opinio quorundam dicentiũ angelos ĩ malicia creatos: ⁊ ſine omni mora ruiſſe.

Putauerunt enim quidam angelos qui ceciderũt creatos cẽ malos ⁊ nõ libero arbitrio in maliciam declinaſſe: ſꝫ etiaz in malicia a deo factos eſſe nec aliquã fuiſſe morã inť creationem ⁊ lapſum: ſed ab initio apoſtataſſe: alios vero creatos fuiſſe plene beatos. Qui opinionẽ ſuã muniũt auctoritate Aug. ſuꝑ Geñ. ita dicẽtis: Nõ fruſtra putari põt ab initio tẽporis diabolũ cecidiſſe: nec cũ ſanctis angelis pacatũ aliq̃ñ vixiſſe ⁊ beatuz: ſꝫ mox apoſtataſſe. Unde dñs ait. Ille homicida erat ab initio: ⁊ in veritate nõ ſtetit: vt intelligamus qꝛ in veritate nõ ſtetit: ex quo creatꝰ eſt qui ſtaret: ſi ſtare voluiſſet. Idẽ in eodẽ: Nõ fruſtra inquit putãduz eſt ab ipſo initio tꝑis vel ꝯditionis ſue diabolũ cecidiſſe ⁊ nũqꝫ in v̾itate ſteiſſe. Uñ ꝗdaz

in hanc maliciā libero arbitrio non eſſe in/
flexum: ſʒ i hac q̄uis a deo putāt eſſe crea/
tū. ſm illud beati Job. Hoc eſt inquit ini/
tium figmenti dei qd̄ fecit deus vt illudat̄
ei ab angelis eius. Et ꝓpheta ait. Draco
iſte quē formaſti ad illudendū ei: tanq̄ꝫ pri
mo factus ſit malus inuidus ⁊ diabolus:
nec volūtate deprauatus. His aliiſq̄ꝫ teſti
moniis vtunt̄ qui dicunt angelos qui ce/
ciderunt creatos fuiſſe malos ⁊ ſine mora
corruiſſe: eos v̄o qui ꝑſtiterunt perfectos
⁊ beatos fore creatos aſtruunt autoritate
Auguſtini qui ſup Geñ. dicit: ꝑ celū ſigni
ficari creaturā ſpiritualem que ab exordio
quo facta eſt ⁊ ꝑfecta ⁊ beata eſt ſemꝑ.

Aliorū ſentētia probabilis qui di/cunt omnes angelos creatos eſſe bonos. ⁊ aliquā morulā fuiſſe int̄ creationem ⁊ lapſum. e

Aliis aūt videtur
oēs angelos creatos eſſe bonos: et in ipſo
creationis initio bonos extitiſſe. id eſt ſine
vitio iuſtoſq̄ꝫ fuiſſe. id eſt innocētes ſed nō
iuſtos. id eſt virtutū exercitium haētes.
Nondū eniꝫ prediti erant virtutibus que
ſtantibus appoſite fuerunt in confirmatiōe
per gratiā. aliis vero per liberū arbitriū ſu
perbientibus ⁊ ideo cadentibus: aliquam
etiā fuiſſe morulā aiunt inter creationem ⁊
lapſum ⁊ confirmationē ⁊ in illa breuitate
temporis omnes boni erant: non quidē ꝑ
vſum liberi arbitrii: ſed per creationis be/
neficiū: ⁊ tales erant qui ſtare poterant. id
eſt non cadere per bona creationis ⁊ cade/
re per liberū arbitriū. Poterant eni pecca
re ⁊ non peccare: ſed nō poterant proficere
ad meritū vite: niſi gratia ſuperadderetur
que addita eſt quibuſdā in confirmatione
Et ad hoc confirmandū vtuntur teſtimo/
nio Auguſtini. qui ſuper Geñ. dicit ange/ *Augu. auto/ritate illa con/firmāt hoc eē*
licam naturā primo informiter creatā ⁊ ce/
lum dictā: poſtea formatā ⁊ lucē appellatā
quādo ad creatorē eſt cōuerſa perfecta di/
lectione ei inherens. vnde prius dictum eſt
In principio creauit deus celū ⁊ terraꝫ: et
poſtea ſubditū: dixit deus: fiat lux. ⁊ facta
eſt lux: quia in primo agit̄ de creatiōe ſpi/
ritualis nature informis: poſtea de forma
tione eiuſdē. Ratio quoq̄ꝫ obuiat illis qui *Ratione ideꝫ aſtruit.*
dicunt angelos creatos fuiſſe malos Non
eñ potuit creator optimus auctor mali eſ
ſe: ⁊ ideo totū bonū erat quod ex ipſo illis
erat ⁊ totū bonū erat quoniā ex ipſo totuꝫ
erat. Hoc modo probatur q̄ꝫ boni erāt om
nes angeli quando primo facti ſunt: ſed ea
bonitate: quā natura incipiens acceperat.

Probationē Auguſtini contra il/los inducit qui dicunt angelos fa/ctos malos. verba etiam Job de/terminat que illi ꝓ ſe inducebāt. f

Ideoqꝫ Augu. ex
terminans opinionē eoꝝ qui angelos cre/
atos fuiſſe malos putāt: autoritate ⁊ ratio
ne ꝓbat bonos fuiſſe creatos: ⁊ v̄ba p̄miſ/
ſa beati Job. que ille ꝓ ſe inducebant quō
ſint intelligenda apit dicēs ſup Geñ. Om
nia inquit fecit deus valde bona. Naturā
ergo angeloꝝ bonā fecit. Et q̄ꝛ iniuſtū eſt
vt nullo merito hic in aliquo quod creauit
de⁹ damnat: nō naturaꝫ ſed voluntatē ma
lam puniendā eſſe credendum eſt: nec eius
naturā ſignificatā eſſe cū dicit̄ hoc ē initiū
figmenti dei ⁊c̄. Sed corpus aereuꝫ qd̄ ta/
li voluntati aptauit deus: vel ipſam ordi/
nationem dei in qua eū initiū etiā fecit vti
lem bonis/ vel ipſius angeli facturaꝫ: quia
⁊ ſi preſciret deus voluntate malū futurū:
fecit tamen eū prouidens quāta de illo ſua
bonitate eſſet facturus. Figmētū ergo dei
dicitur: q̄ꝛ cū ſciret eū deus voluntate ma/
lum futurū vt bonis noceret: creauit tamē
illū vt de illo bonis prodeſſet. hoc autē fe/
cit vt illudatur ei. Illuditur eñ ei cū ſan/
ctis proficit tēptatio eius Sicut ⁊ mali ho
mines q̄s deus malos futuros preuidens
creauit tñ ad ſanctorū vtilitatē. illudūtur:
cū p̄ſtat̄ ſanctis eoꝝ temptatione ꝓfectus
Sꝫ ip̄e eſt initiū q̄ꝛ p̄cedit antiq̄tate ⁊ prin
cipatu malicie. Hec autē illuſio fit angelis
malis ⁊ hominib⁹ malis ꝑ āgelos ſanctos
quia ſubdit eis angelos malos ⁊ homines
malos: vt nō q̄ꝫtum nitunt̄. ſ; q̄ꝫtum ſinun/
tur poſſint nocere. Ecce apte oſtēdit quali
ter p̄dicta verba Job intelligenda ſint: et
angelicā naturā bonā creatā eſſe aſſeruit.

Quomodo intelligenda ſint ver/ba premiſſa domini diſſerit euidē/ter tradēs āgelos eſſe creatos bo/nos. ⁊ poſt creatiōeꝫ cecidiſſe. g

Deinde qualiter v̄
ba dñi que ſupra poſuit accipiēda ſint Au
guſtin⁹ apit. vbi etiā ſua que predixit ver/
ba determiat euidenter docēs angelos bo
nos fuiſſe creatos: ⁊ poſt creationem inter

poſita aliqua mozula cecidiſſe ita inquiēs.
ꝙ putaẗ diabolus nunꝗ̄ in veritate ſtetiſ
ſe: nunꝗ̄ beatam vitā duxiſſe: ſed ab initio
cecidiſſe: non ſic accipiendū eſt vt malus a
bono deo creatꝰ eſſe puteẗ quaſi ab initio
nō cecidiſſe diceretꝛ. Nō eñ cecidit ſi talis
ſcȝ malus factꝰ eſt. A quo eñ caderet? Fa-
ctus ꝗ̄ pꝛius ſtatim a veritate ſe auertit ꝓ/
pꝛia poteſtate delectatus: beateqꝫ vite dul
cedinē non guſtauit: quā acceptam non fa
ſtidiuit: ſed nolendo accipe amiſit. Sui er
go caſus pſcius eſſe nō potuit: quia ſapien
tia fructus eſt pietatis. Cōtinuo aūt vt fa-
ctus eſt cecidit: nō ab eo qḋ accepit: ſed ab
eo quod accipet: ſi deo ſubdi voluiſſet. Ec
ce h̄ apte declarat angelos bonos creatos
fuiſſe: ⁊ poſt creationē cecidiſſe: et fuit ibi
aliqua mozula licȝ bꝛeuiſſima. Quod Oꝛi
genes ꝯfirmat ſup Ezech. di. Serpens eſt
hoſtis contrarius veritati: non tñ a pꝛinci
pio nec ſtatim ſupꝛa pectus ⁊ ventrem ſuū
ambulauit. ſicut Adam ⁊ Eua non ſtatim
peccauerūt: ita ⁊ ſerpēs aliquādo fuit non
ſerpēs cū in paradiſo delitiaꝝ mozareẗ de
us eiꝰ maliciā nō fecit Ecce apte dicit poſt
creationē interpoſita mozula cecidiſſe. Jō
qꝫ illa verba ſic accipiēda videnẗ. homici-
da erat ab initio vel mendax. i. ſtatim poſt
initiū qñ ſibi equalitatem dei pꝛomiſit ⁊ ſe
ipm occidit. qui homo diciẗ in euangelio
nec in veritate ſterit. qꝛ in ea nō fuit. ſed ab
initio tpis. i. ſtatim poſt initiū tēpis apo/
ſtatauit. Poteſt etiā ⁊ ſic accipi illud. ab
initio homicida fuit vel mendax. i. ex ꝙ hō
fuit ꝯditus quē per inuidiā in mortē pꝛeci
pitauit ⁊ fallaciter ſeduxit. Ex pꝛedictis ꝗ̄
liquet angelos bonos omnes eſſe creatos:
⁊ poſt creationem quoſdam cecidiſſe a bo/
no: quod habuiſſent ſi perſtitiſſent.

ꝙ triplex fuit ſapientia in angelis añ caſum vel confirmationem. h

Hic inquiri ſolet

quā ſapiam habuerūt ante caſum vel ꝯfir/
mationē? Erat in eis triplex naturalis co/
gnitio qua ſciebant ꝙ facti erāt ⁊ a quo fa/
cti erāt. ⁊ cū ꝗ̄ facti erāt. ⁊ habebāt aliquā
boni ⁊ mali noticiā. intelligentes quid ap/
petendum vel reſpuendū illis foꝛet.

An aliquā dei habuerit dilectionem vel ſui inuicem. i

Solet etiam queri

vtrū aliquā dei vł ſui dilectionē inuicē ha
buerit? Ad qḋ dici pōt ꝙ naturalē dilectio
nē habebāt. vt memoꝛiaȝ ⁊ intellectū ⁊ in/
geniū qua deū ⁊ ſe aliquatenus diligebāt
per quā tamen non merebantur.

Jſta eſt diſtinctio. iij. huiꝰ ſecūdi
libꝛi. Jn qua magiſter poſtꝙ egit de creatiōe ange-
loꝛum quo ad ꝯditiones extrinſecas: icipit agere de
eodem quo ad ꝯditiones eoꝛū intrinſecas. Et circa
hoc tria facit. Nam pꝛimo oſtendit conditiones eoꝝ
in naturalibus. Secūdo oſtendit ꝯditionē eoꝛum in
gratuitis. Tertio facit hoc idem in quibuſdā meri-
toꝛijs. Pꝛimum facit a pꝛincipio diſtinctōis vſqꝫ ibi
Jllud quoqꝫ. Secūdo ab inde vſqꝫ ibi. Hic inquiri.
Tertium vſqꝫ ad finem diſtinctionis. Et tñ in gene
rali. Jn ſpeciali ſentētia magiſtri ſtat in tribus ꝓpo
ſitionibus quarū pꝛima eſt hec. Angeli in pꝛincipio
ſue creationis differenter acceperūt eſſentie ſimpli-
citatē. diſtinctam ſubſiſtendi ꝑſonalitatem intelligē
di ꝑſpicacitatem ⁊ arbitrij libertateȝ. Jſtam ꝓpoſi
tionem magiſter ꝓbans pꝛoponit ꝙ quattuoꝛ ſunt
circa creationem angeloꝝ cōſideranda. que in pꝛin
cipio ſue creationis acceperunt. quoꝛum duo pꝛima
ꝑtinent ad eoꝛum ſubſtantiam. cuiuſmodi ſunt eſſen
tie eoꝝ. immaterialis ſimplicitas. ⁊ diſtinctōnis eo-
rum ꝑſonalis diuerſitas. Tertiū vero ſpectat ad eo
rum foꝛmam. ſ. intelligendi perſpicacitas. Quartū
ꝟo ſpectat ad eoꝛum poteſtatem. ſ. volendi libertas
Hec quattuoꝛ oēs angeli in ſua creatione acceperūt
non tñ equaliter: ſed diſpares in his creati fuerunt.
Unde infert ꝙ ſicut differentē naturā in angelis ſeꝗ̄
tur differens cognitio. ita etiam differens gratie col
latio: ⁊ differens arbitrij libertas. Secunda pꝛo
poſitio eſt hec. ꝙ angeli nulla malicia cuiuſcūqꝫ cul
pe in ſua creatione fuerunt depꝛauati. Hanc ꝓpoſi
tionem magiſter ꝓbans querit. Utruȝ angeli creati
ſunt boni vel mali. ⁊ vtrū aliqua mozula inter eoꝛuȝ
creationem ⁊ lapſum extiterit. Ad quas queſtiōes
ſimul reſpondens recitat opinionē quoꝛundā dicen
tium angelos fuiſſe creatos malos nec fuiſſe mozam
inter eoꝛū creationem ⁊ lapſum. quod confirmat au
toꝛitate euāgelij Johis. vbi chꝛiſtus dicit dyaboluȝ
homicidam fuiſſe ⁊ in veritate non ſteriſſe. Et auto-
ritate Job. iiij. vbi dꝛ ꝙ dyabolus eſt initiū figmen-
ti dei ad illudendū ei. Cōfirmāt illud autoꝛitate bea
ti Auguſtini qua etiam pꝛobant angelos qui ꝑſtite
runt fuiſſe creatos perfectos ⁊ beatos. Poſtea reci-
tat aliam opinionem ⁊ pꝛime cōtrariā que dicit om
nes angelos fuiſſe creatos bonos ⁊ iuſtos. quantū
ad carentiā mali ⁊ iniuſticie. ſed nō ꝗ̄tum ad gratiā
conſummatā Et dicit etiam mozam fuiſſe inter crea
tionem ⁊ lapſum. Quā opinionem cōfirmat autoꝛi-
tate beati Auguſtini. ⁊ pꝛobat eam ratione qua ſtat
in hoc. ꝙ cū deus ſit optimus nō poteſt mala crea
tura per ipm ꝓduci. imo ſi angelum malum creaſſet
nequaꝗ̄ malum ipſius puniret. Deinde ſoluit auto-
ritates pꝛo alia opinione allegatas dicens. ꝙ diabo
lus diciẗ initiū figmenti dei. eo ꝙ deus pꝛouidit qñ
ipſum fecit quāta bona de eius malicia pꝛeuenirent
cum ad eius temptationes ſancti pꝛoficerent. Simi
liter dicit ipſum in veritate non ſteriſſe. quia a veri-
tate cecidit a qua nō cecidiſſet ſi in veritate creatus
nō fuiſſet. Dicit etiā ipm fuiſſe homicidā ab initio qꝛ
ſtatim poſt initium tempoꝛis apoſtatauit. ⁊ ſeipſum
occidit. Uel diciẗ homicida ab initio conditionis ho
minis quem ꝑ fallatiam ſeducēdo occidit. Tertia
ꝓpoſitio eſt hec. ꝙ ſpiritus angelici creati mox na
turali cognitione ſui ⁊ creatoꝛis licet non meritoꝛie
erant decoꝛati. Hanc magiſter pꝛobans dicit ꝙ om-

nes angeli a principio ſue creationis cognouerūt deum ⁊ ſe ⁊ ceteras creaturas. Unde intellexerūt q̄d appetendum ⁊ quid reſpuendum foret. ⁊ tam boni ꝙ̄ mali noticiā habuerūt. Similiter deum ⁊ ſe naturali dilectione quadā ſed non meritorie dilexerūt qꝛ radix meriti. ſcilicet gratia eis adhuc non fuit addita. Et tantum in ſpeciali.

An ꝑfectos ⁊ beatos creauit deus āgelos. an miſeros ⁊ ipfectos. a

DI. IIII

modo accipiendũ ſit qḋ dicit̃ pater operari in filio: vel ꝑ filiũ: vel in ſpũſancto? Hoc enĩ ſcriptura frequenter nobis ꝓponit: vt oia in ſapiẽtia feciſti dñe .id ẽ. in filio: ⁊ in pꝛincipio .id eſt in filio creauit deus celū ⁊ terrã. Et illud. Per quem fecit ⁊ ſecula. Sup illum quoq; pſalmi locũ. Uerbo dñi celi firmati ſunt ⁊c̃. dicit Aug⁹. ꝙ pat̃ operatur verbum ſuum ⁊ ſp̄m̄ſanctũ. Quõ ergo hoc accipiendũ eſt? Putauerũt quidā heretici ꝙ pater velut auctoꝛ ⁊ artifex filio ⁊ ſpũſancto in rerum operatiõe quaſi inſtrumẽto vteret̃. Ex pꝛedictis verbis errandi occaſionẽ ſumẽtes: quod velut blaſphemum atq; ſane doctrine aduerſū abĳcit pia fides. Nõ eſt itaq; intelligẽdũ ideo ſcripturam frequenter cõmemoꝛare patrẽ operari in filio vel per filiũ: tanq̃ filius nõ poſſet facere: ſi ei nõ poꝛrexiſſet pat̃ dexteram: vel tanq̃ aliquod inſtrumentũ fuerit patris operãtis: ſed potius illis verbis patrem intelligi voluit cum filio ⁊ ſpiritu ſancto operari ⁊ ſine eis nihil facere.

Hic aperit ex quo ſenſu dicat̃ pr̄ oꝑari i filio vel ꝑ filiũ.

Contra hanc expoſitionē ſurgit hereticus. i

Sed dicit heretic⁹

hac ratione hoc poſſe dixiſſe filiũ oꝑari ꝑ patrem vel in patre ⁊ ſpiritumſanctum cũ vtroq; vel per vtrũq;: quia filius cum patre ⁊ ſpiritusſanctus cum vtroq; operatur Cui bꝛeuiter reſpõdetur. Ideo illud dictũ eſſe et nõ iſtud: vt in patre monſtraret̃ autoꝛitas. Non enim pater a filio: ſed filius a patre operat̃: ⁊ ſpiritusſanctus ab vtroq;. Ideoq; etiã alius ꝑ ſpiritũſanctũ legitur operari: quia cũ ſpiritu ſancto operat̃ hoc ipſum a filio habenti vt operetur.

Alia pꝛedictoꝛum expoſitio. k

Poteſt ⁊ aliter illḋ

accipi: vt dicat̃ pater i filio vel ꝑ filiũ operari: q2 eũ genuit omniũ opificem: ſicut dicitur pater ꝑ eum iudicare: q2 genuit iudicem: ita ⁊ ꝑ ſp̄m̄ſcm̄ dicit̃ oꝑari ſiue pater ſiue filius: quia ab vtroq; ꝓcedit ſpũſſanctus factoꝛ omniũ. Unde Joh. Chꝛyſ. in expoſitiõe epiſtole ad Heb. ſic ait: Nõ vt hereticus inaniter ſuſpicat̃ tanq̃ aliqḋ inſtrumentũ patris extiterit fili⁹ neq; ꝑ eum pr̄ dicit̃ feciſſe tanq̃ ip̄e facere nõ poſſet: ſ; ſicut dicit̃ pater iudicare ꝑ filiũ: quia iudicem genuit: ſic etiã dicit̃ oꝑari ꝑ filiũ: quia eum cõſtat opificem genuiſſe. Si enĩ cauſa eius pater eſt: ſm̄ ꝙ pater ẽ: multo amplius coꝛum cauſa eſt que ꝑ filiū facta ſunt. Hec de ope pꝛime diei dicta ſunt. Joh. Chꝛy

Iſta eſt diſtinctio .xiij. hui⁹ ſecundi libꝛi. In qua magiſter poſtq̃ egit de ope creationis qḋ factũ eſt ante omnẽ diẽ: agit de ope diſtinctionis qḋ factũ eſt in p̄mo die .ſ. de lucis ꝓductiõe. Et tria facit. Nam p̄mo agit de lucis actuali pꝛoductione. Secũdo de ꝓducẽtis locutione. Tertio de cuiuſdam ꝓpoſitionis expoſitione. Pꝛimum facit a pꝛincipio diſtinctiõis vſq; ibi. Preterea inueſtigandum. Scḋm ab inde vſq; ibi. Hic queri ſolet. Tertiũ vſq; ad finem diſtinctionis. In ſpeciali ſentẽtia mgr̄i ſtat in trib⁹ ꝓpoſitionibus quarũ pꝛima eſt hec. De⁹ p̄ma die fecit lucem diſtinguẽdo tempus in diẽ ⁊ noctem. Hanc mgr̄ ꝓbans ꝓponit: ꝙ p̄mũ a quo omnium rerũ pꝛincipiũ incepit fuit lux: ⁊ hoc ꝯgrue q̃a lux cetera habet manifeſtare. Circa qḋ vlterius mouet tres queſtiões quaꝝ p̄ma eſt. Utrũ lux illa p̄ma die diſtincta vel ꝓducta fuerit coꝛꝑalis vel ſpũalis. Et reſpondet ꝙ vtroq; modo accipi põt. Si aũt accipiat̃ ꝓ luce ſpũali: tunc ſignificat formationẽ angelice nature: ꝑ gratiã gratũ facientem: que vt ſupꝛa dictum eſt quodãmodo ſub noĩe celi fuit pꝛoducta. Si aũt ꝓ luce coꝛꝑali accipiat̃ tunc ſupponit ꝓ aliqua nubecula lucida de p̄iacenti materia formata ⁊ ꝓducta. Tunc ſcḋa queſtio eſt. Ubi facta fuerit lux illa. Et rñdet ꝙ ibi vbi ſol iam mouet̃: imo lux illa vicem ſolis in tribus p̄mis diebus tenens motu ſuo diē ⁊ noctē faciebat nec ab aquis impediebat̃ ne luceret ꝓpter raritatẽ aquarũ tunc vnde ⁊ nũc qñ ꝑ olei immiſſionẽ aqua rarificat̃ quodãmodo illuſtrat̃: quare naute in ꝓfundo maris ſe immergẽtes mittunt ex oꝛe ſuo oleum ad centrũ: ſeu ꝓfundum maris. ⁊ ſic aque claꝛioꝛes fiunt. Et ſubdit ibidē ꝙ dies poteſt accipi diuerſimode .ſ. vel ꝓ ip̄a luce: que in illo triduo tenebꝛas illuminabat: vel ꝓ ipſa illuminatione aeris: vel ꝓ ſpacio vigintiquattuoꝛ hoꝛarũ. Tertia queſtio eſt. Quare ſol factus eſt quarto die ſi lux illa pꝛima die ꝓducta ſufficiebat ad dies faciendum. Et reſpondet ꝙ lux illa tm̃ ſupioꝛes partes illuminabat ⁊ tñ nõ ita clare ſicut nunc ſol: ideo cõgruit ſolem fieri ad lucis claꝛioꝛis diffuſionem. Et ſubdit ꝙ coꝛpus ſolare formatum eſt de illa luce vel inſepabiliter habet eam ſibi coniunctã. Secunda ꝓpoſitio ẽ hec. Deus non tem̄pali vocis ſono: ſed verbo: ſic ab eterno dixit omnia efficiendo. Hanc magiſter ꝓbãs querit: qualiter deus dixit. fiat lux .ſ. an hoc tẽpoꝛali ſono ꝓtulerit: vel ab aliquo alio modo. Et reſpõdens dicit ſm̄ Augu. ꝙ non tem̄paliter: quia dato ꝙ ſic: tunc deus fuiſſet locut⁹ mutabiliter nec etiam ſono vocis coꝛꝑaliter: cũ de⁹ careat inſtrumentis naturalibus quib⁹ talis ſonus habeat cauſari. Sꝫ in verbo ſono ſibi coeterno dixit: fiat lux .i. verbū genuit intem̄paliter in quo erat diſpoſitũ ab eterno vt fieret lux in tem̄pe ⁊ iam in eo factũ eſt. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Quãuis ſm̄ ſcripturã de⁹ oꝑat⁹ ſit ꝑ fili

um. nō tñ vt p̄miniſtrum. ſed p̄ illum quē genuit ſibi
coequalē oīm opificem. Hanc ꝓpoſitionē mgr̄ pro=
bans querit. quō pater dicit̄ op̄ari p̄ filiū vel in filio
ſicut p̄ miniſtrū. ⁊ q2 hoc eſt erroneū. Ideo dat du
plicem intellectū catholicū hu9 ꝓpoſitionis. Prim9
eſt ꝙ qñ pater dicit̄ op̄ari per filiū ſeu etiā per ſpiri
tumſcm̄ ſignificat̄ inſep̄abilis op̄atio p̄ſonarū cū au
toritate. ⁊ ex inde ꝓuenit ꝙ pater dicit̄ op̄ari p̄ filiū
ſed non contra. q2 filius non haberet reſpectum pa=
tris autoritatem principij. ſicut pater reſpectu filij.
Secundus eſt ꝙ pater dicitur operari per filiū. quia
filium genuit opificem. Et tm̄ in ſpeciali.

De opere ſecunde diei. qua factū eſt firmamentum. a

DI. XIIII d

Dixit quoq3 deus fiat firmamentū i me/
dio aquarū ⁊ diuidat aq̄s
ab aquis. Diuiſitq3 aquas q̄ erant ſub fir/
mamento ab his q̄ erant ſup̄ firmamentū.
Sciendum eſt ꝙ illius celi deſcribitur hic
creatio. ſicut ait Beda ſup̄ Gen̄. in quo fi=
xa ſunt ſidera cui ſuppoſite ſunt aque in ae=
re ⁊ in terra. ⁊ ſuppoſite alie. de quibus di
citur. Qui tegis aquis ſup̄iora ei9. In me
dio ergo firmamentū eſt. id eſt ſiderum ce/
lum quod de aquis factū eſſe credi poteſt
Cryſtallinus eni lapis cui magna eſt firmi
tas ⁊ perſpicuitas de aquis factus eſt. Si
quē vero mouet: quomō aque nature flui/
de ⁊ in ima labiles ſuper celū poſſint con/
ſiſtere: de deo ſcriptū eſſe meminerit. Qui
ligat aquas in nubibus ſuis Qui em̄ infra
celū ligat aquas ad tempus vaporib9 nu/
bium retentas: poteſt etiā ſuper celi ſperā
non vaporali tenuitate ſed glaciali ſolidita
te aquas ſuſpendere ne labantur. Quales
aūt ⁊ ad quid condite ſint: ipē nouit q̄ con
didit. Ecce oſtenſum eſt his verbis quod
celum factū ſit. ſc3 illud in quo ſunt fixa ſi=
dera. id eſt quod excedit aeerem: ⁊ de qua
materia. ſ. de aq̄s ⁊ quales ſint aque q̄ ſup̄
illud celū ſunt. ſc3 vt glacies ſoliditate.

Beda ad celū dicit̄ creari.

De qua materia ſit factum illud celum.

Quō aq̄ poſ= ſunt eē ſuper celū ⁊ quales ſunt ille aque

Alij putāt celū illud eſſe ignee na=ture quib9 conſentit Auguſtin9. b

Quidam vō celū
quod excedit aeris ſpacia ignee nature di/
cunt: aſſerentes ſuper aerem purum ignē
eſſe: qui dicitur eſſe celū: de quo igne ſide/
ra ⁊ luminaria facta eſſe coniectant. Qui=
bus Auguſtinus cōſentire videtur. Utrū
vero nomine firmamenti celum quod exce
dit aerem an ipſe aer hic intelligatur. idem
Auguſtinus querit nec ſoluit. Magis tñ
approbare videtur celū illud hic accipi qđ
ſpacia aeris excedit. Aquas autem que ſu/
per illud celū ſunt dicit vaporaliter trahi
⁊ leuiſſimis ſuſpendi guttis Sicut aer iſte
nubiloſus exalatione terre aquas vapora
liter trahit ⁊ p̄ ſubtiles minutias ſuſpēdit:
⁊ poſt copulentius conglobatas pluuiali/
ter refundit. Si ergo poteſt aqua ſicut vi/
demus ad tātas minutias peruenire vt fe/
ratur vaporaliter ſuper aerem aquis natu
raliter leuiorem. cur non credamus etiam
ſuper illud leuius celū minutioribus gut=
tis ⁊ leuioribus imminare vaporibus. ſed
quo mō ibi ſint: ibi eſſe nō dubitam9.

Auguſti. ſup Gen̄.

Que ſit figura firmamenti. c

Queri etiā ſolet cu
ius figure ſit celū: Sed ſpirituſſanctus q̄ꝛ/
uis autores noſtri ſciuerint per eos dicere
noluit: niſi quod proſit ſaluti. Querit̄ etiā
ſi ſtet an moueat̄ celum: Si moueat̄ inqui
unt quomō eſt firmamentū: Si ſtat: quo/
modo in ea fixa ſidera circumeūt: Sed fir/
mamentum dici poteſt non propter ſtatio
nem ſed propt̄ firmitatē vel terminū aqua/
rum intranſgreſſibilem. Si autem ſtat: ni=
hil impedit moueri ⁊ circūire ſidera.

Utrū ſtet an moueat̄ celū.

Quare dicat̄ firmamentū.

Quare tacuit ſcriptura d̄ opere ſecunde diei quod in alijs dixit. d

Poſt hoc queri ſo
let quare hic non eſt dictū ſicut in aliorum
dieꝝ op̄ibus: vidit deus ꝙ eſſet bonū Sa
cramentū aliquod hic cōmendatur. Ideo
eni fortaſſis non eſt hic dictū qđ tamen ſi/
cut in alijs factū eſt: quia binarius princi/
pium alteritatis eſt ⁊ ſignū diuiſionis.

De opere tertie diei qñ aque con=gregate ſunt in vnum locum. e

Dequit̄ Dixit de9
Congregentur aque in locum vnum; ⁊ ap/
pareat arida. Tertie diei opus eſt congre/
gatio aquarum in vnum locū. Congrega/
te ſunt enī omnes aque celo inferiores in
vnam matricē. vt lux que preterito biduo
aquas clara luce luſtrauerat: in puro aere
clarior fulgeat ⁊ appareat t̄ra que cooper/
ta latebat: ⁊ q̄ aquis limoſa erat fieret ari/
da ⁊ germinibus apta. Eodem em̄ die p̄/
tulit terra herbam virentem lignumq3 fa/
ciens fructum. Si autem queratur vbi cō
gregate ſint aque que totum texerant ſpa/
ciū vſq3 ad celū: Potuit fieri vt terra ſub/
ſidens concauas p̄tes preberet vbi fluctu/
antes aquas reciperet Poteſt etiam credi

Beda.

Ubi cōgregate ſunt aque.

primarias aquas rariores fuiſſe que ſicut nebula tegerent terras: ſed congregatione eſſe ſpiſſatas: ⁊ ideo facile in vnum poſſe redigi locum. Cunq̃ multa cõſtet eſſe maria ⁊ flumina: in vnum tamen locũ dicit aq̃s congregatas propter continuationem omnium aquarũ que in terris ſunt: quia cuncta flumia et maria magno mari iungũtur Ideoq̃ cum dixerit aquas congregatas in vnum locum: deinde dicit pluraliter: congregationes aquarum propter multiſidos ſinus earũ quibus oĩbus ex magno mari principium eſt.

Quõ omnes aq̃ ſint in vnũ locuʒ congregate cũ multa ſint maria et flumina.

De opere quarte diei qñ facte ſũt luminaria. f

Sequit̃ Dixit de⁹

Q̃ triduo p̃cedenti facta eſt diſpoſitio ⁊ diſtinctio q̃tuor elemẽtorum et triduo ſequenti ornatus eſt mũd⁹.

Fiant luminaria in firmamẽto celi: ⁊ diuidant diem ac noctem In precedẽti triduo diſpoſita eſt vniuerſitatis hui⁹ mũdi machina et partibus ſuis diſtributa. Formata enim luce p̃ma die que vniuerſa illuſtraret: duo ſequẽtes dies attributi ſunt ſupreme ⁊ infime parti mundi firmamento. ſcilʒ aeri terre ⁊ aque. Nam ſecunda die firmamentũ deſuper expanſum eſt. Tertia vero aquarum molibus inter receptacula ſua collectis terra eſt reuelata atq̃ aer ſerenatus. Quatuor ergo mũdi elemẽta illis diebus ſuis locis diſtincta ſunt et ordinata. Tribus autẽ ſequentibus diebus ornata ſunt illa quottuor elementa. Quarta enim die ornatũ eſt firmamentũ ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis. Quinta aer in volatilibus ⁊ aque in piſcibus ornamenta acceperunt. Sexta accepit terra iumenta ⁊ reptilia ⁊ beſtias: poſt que om̃ia factus eſt homo de terra ⁊ in terra: non tamen ad terrã nec propter terram ſed ad celum ⁊ propter celum.

Ante alia de ornatu celi agit̃ ſicut prius factum eſt. g

Qua vtilitate facta ſunt ei luminaria.

Quia ergo celũ ce-

teris elementis ſpeciẽ preſtat: priuſq̃ aliĳs factum eſt: ideo ante alia ornatur in quarto die fiũt quo ſidera. Que ideo facta ſunt vt per ea illuſtret̃ inferior pars ne eſſet habitantibus tenebroſa. Infirmitatiq̃ hominum prouiſum eſt vt circũeunte ſole potirentur homines diei noctiſq̃ viciſſitudine propter dormiendi vigilandiq̃ neceſſitatem. ⁊ ideo ne nox indecora remaneret: ſed luna ac ſideribus conſolarentur homines quibus in nocte operandi neceſſitas incũberet: ⁊ quia quedã animalia ſunt que lucem ferre non poſſunt. Quod autẽ ſubdit̃ Et ſint in ſigna ⁊ tempora ⁊ dies ⁊ annos quomodo accipiendũ ſit queri ſolet? Ita enim dictũ videtur quaſi quarto die cepiſſent tempora: cuʒ prius triduũ ſine tempore non fuerit. Ideoq̃ tempora que fiunt per ſidera non ſpacia morarũ ſed viciſſitudinẽ aeree q̃litatis debem⁹ accipe: q: talia motibus ſiderũ fiunt: ſicut dies ⁊ anni q̃s vſitate nouimus. Sunt enim in ſigna ſerenitatis ⁊ tempeſtatis: ⁊ in tempora: quia p̱ ea diſtinguimus quattuor tempora anni. ſcilicet: ver: eſtatem. autumnum hyemem. Vel ſunt in ſigna ⁊ in tempora. id eſt. in diſtinctionem horarum: quia priuſq̃ fierent ordo temporum nullis notabatur inditĳs vel meridiana hora vel q̃libet hora. Hec quarta die facta ſunt.

Quõ accipiẽdum ſit qd ait vt ſint ĩ ſigna ⁊ tempora.

Iſta eſt diſtinctio. xiiij. hui⁹ ſcd̃i

libri. In qua magiſter poſtq̃ egit de opere p̃mi diei ſcʒ de ꝓductione lucis. incipit agere de operib⁹ ſubſequentium dierum. ſcʒ de productione corporis firmamenti ⁊ elementorum. Et tria facit. Nam primo agit de firmamenti productione. Secũdo de aquarum ſupercaeleſtium congregatione. Tertio de ſolis ⁊ lune ⁊ aliarum ſtellarum collocatione. Primum facit a principio diſtinctiõis vſq̃ ibi. Sequitur dixit Secundum ab inde vſq̃ ibi. Sequit̃ dixit deus fiãt Tertio vero vſq̃ ad finem diſtinctionis. Et tantum in generali. In ſpecialia autẽ ſententia magiſtri ſtat in tribus propoſitionibus quaꝝ prima eſt hec Deus ſecundo die fecit firmamentum. id eſt celum ſidereum in medio ſupercaeleſtium ⁊ ſubceleſtiũʒ aquaꝝ Hanc enim propoſitionem magiſter probans dicit. q̧ deus ſecundo die fecit firmamentuʒ: quod ſ̃m Bedam celum ſidereum dicitur habens aquas ſupra ſe ⁊ infra ſe. quod non eſt mirum diuina virtute eſſe factum. cum videmus aquas vaporabiliter eleuari in celuʒ. Unde ⁊ ſuper firmamentuʒ glaciei ſoliditate aque ſuſpenduntur ne labantur Poſtea querit tres queſtiones. quarum prima ⁊ vltima omiſſis ſecũdã ponit. ſ. Utrum celum ſtet vel moueatur. Q̃ nõ mouetur arguit ſic. quia ſi ſic tunc non eſſet firmamentum. Si autem ſemper ſtat tunc non mouentur ſidera fixa in eo. quod eſt falſum Ad quod reſpondens neutram partem determinate ponit. ſed ſoluit argumentũ dicens. q̧ ſi moueretur adhuc poſſet dici firmamentum: propter ſui firmitatem in ſubſtantiã: ⁊ non propter ſtabilitatem in ſitu Si autem ſtat poſſibile eſt ſidera moueri in eo ipſo ſtante. Secũda propoſitio eſt hec. Deus tertia die per aquarum ſupercaeleſtium adunationẽ ſerenauit aerem ⁊ fecundauit terram ad productionem arborum ⁊ herbarum Hanc enim propoſitionem magiſter probãdo dicit. q̧ op⁹ tertie diei ſit congregatio aquarum in vnum locum que ſub celo ſunt. Ex qua cõgregatione terra ⁊ aer clariora apparuerunt. Unde ⁊ in eodeʒ die herbe virorem ⁊ ligna fructum fecerunt. Si auteʒ queratur vbi ſunt congregate aque que totum texerũt ſpaciũ vſq̃ ad celum. Dicit q̧ illa congregatio fieri potuit. vel q: aque concauitates terre ſubintrauerunt Vel quia aque que prius erant rariores terram per modum nebule tangentes inſpiſſate fuerunt. ⁊ dicunt̃ congregate in vnum locum, non obſtante q̧ ſunt in

multiſ locis. ⁊ hoc propter cõtiguitatem earum ad inuicem quia omnia flumina ⁊ omnia maria in mari magno adminus occultis meatibus iungunt. Tertia propoſitio eſt hec. Deus quarto die ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis ornauit firmamentum vt eſſent in ſigna horarum ⁊ tempoꝝ. Hanc enim propoſitionem magiſter probãs aſſumit ꝙ in tribus diebus diſpoſita eſt vniuerſalis mundi machina. ⁊ partibus ſuis diſtributa. Quare etiam primo die facta eſt lux que vniuerſa illuſtrat. Secunda vero die firmamentum ſeu celuꝫ ſidereum. Tertia vero die facta eſt diſtictio ſuperioris partis mundi. ſcilicet natura elementalis. Unde tres dies que ſequuntur ſpectant ad ornatum eorum que in tribus primis diebus ſũt diſtincta. quia quartus dies ſpectat ad ornatũ celi. id eſt. firmamẽti. Quintus ad ornamentum aeris ⁊ aque. Sextus ad ornamentum terre. Celum autem ante alia quarto die ornatur: eo ꝙ dignius eſt omnibus elementis Imponunturqꝫ ſibi ad ornamentum ſol ⁊ luna ⁊ ſidera ad inferioris partis mundi illuminationem. et etiam ad animalium ſeu hominum vtilitatem ⁊ noctis ⁊ diei decorem. ⁊ ſubdit etiam ꝙ ſunt facta in ſigna ⁊ in tempora. In ſigna quidẽ eo ꝙ aeris qualitatem vel aeree qualitatis viciſſitudinem ſicut ſerenitatem aut tempeſtatem ſignificãt. In tempora vero quia partes temporis diſtinguũt. videlicet veris eſtatis. autumni. hiemis q̃ ſunt quattuor anni tẽpa Uel cũ ſunt in ſigna ⁊ tpa. id eſt in diſtinctionẽ horarum ⁊ tempoꝝ: q: ante motum ipſoꝝ ordo tpis nullis notificabatur inditijs. Et tñ in ſpeciali.

De opere quinte diei quãdo creauit deus ex aquis volatilia et natatilia. a

DI. XV

Ixit etiã deꝰ Producant aque reptile anime viuẽtis ⁊ volatile ſup terram ⁊c. Opus q̃nte diei eſt formatio piſciũ ⁊ auiũ. quibꝰ duo elementa ornant: ⁊ de eadẽ materia. i. de aq̃s piſces ⁊ aues creauit. volatilia leuãs in aera ⁊ natalitia remittens gurgiti.

De opere ſexte diei q̃n creata ſunt animalia ⁊ reptilia terre. b

Sequit. Dixit deus. Producat terra animã viuentẽ. iumẽta ⁊ reptilia ⁊ beſtias terre. ſm ſpecies ſuas ⁊c. Sexte diei opus deſcribit cuꝫ terra ſuis animalibus ornari dicitur.

Utrum poſt peccatum venenoſa animalia noxia facta fuerint. an propter peccatuꝫ nocere ceperint prius facta innoxia. c

Queri ſolet de venenoſis ⁊ pernitioſis animantibus. vtruꝫ poſt peccatũ hominis ad vindictaꝫ creata ſint. an potius creata innoxia peccatoribꝰ nocere ceperint. Sane dici poteſt: ꝙ creata nihil homini nocuiſſent ſi non peccaſſet puniendorũ nanqꝫ vitioꝝ ⁊ terrendoꝝ vel pbãde vel pficiende ꝑfruẽde ꝟtutis cauſa nocere ceperunt. Fuerũt ergo creata innoxia ſed ꝑpter peccatũ facta ſunt noxia.

Utrũ minuta animalia tunc creata fuerint. d

De quibuſdam etiam minutis animãtibꝰ queſtio ẽ. Utrũ in primis conditionibꝰ creata ſint: an ex rebꝰ corruptis poſtea orta ſint? Pleraqꝫ eñ de humidoꝝ corporũ vitijs vel exalationibꝰ terre ſiue de cadaueribꝰ gignunt. Quedã etiã de corruptione lignoꝝ ⁊ herbarum et fructuũ: ⁊ deꝰ autor oim eſt. Põt aũt dici ꝙ ea que de corporibus animaliũ maxime mortuorũ naſcuntur cũ aialibus creata nõ fuerint niſi potentialit ⁊ materialit. Ea vero que ex terra vel ex aquis naſcunt vl ex eis q̃ terra germinãte orta ſunt: tũc creata fuiſſe nõ incongrue dici poteſt.

Quare poſt omnia factꝰ eſt hõ. e

Omnibus aũt creatis atqꝫ diſpoſitis nouiſſime factꝰ eſt hõ tanq̃ dñs ⁊ poſſeſſor: q̃ ⁊ oibꝰ ꝑferẽdꝰ erat vñ ſequit Uidit deꝰ ꝙ eſſet bonũ. ⁊ ait Faciamꝰ hoiem ad imaginẽ ⁊c. Sꝫ anteq̃ de hois creatione tractemꝰ qđ ſupra breuit tetigimus pleniꝰ ꝟſantes clariꝰ faciamꝰ. In hac eñ rerũ diſtinctiõe catholici tractatores diſſentire vt ſupra diximus inueniunt Alijs dicentibꝰ res creatas atqꝫ diſtinctas ſm ſpẽs ſuas p interualla ſex dierũ. Quorum ſnie. q: lr̃a Geñ magis inſeruire videtur atqꝫ catholica eccleſia magis approbat ideo hactenꝰ ſtudioſe docuimus quõ ex illa cõi materia prius informit facta poſtea corpaliũ rerũ genera p ſex dierũ volumina diſtinctim ſint formata. Alijs aũt videt ꝙ nõ p interualla tpoꝝ facta ſint: ſ ſimul ita formata ad eẽ pdiert. Qđ Aug. ſup Geñ. pluribꝰ modis nitit oñdere dicẽs elemẽta q̃ttuor ita formata ſicut mõ apparẽt ab inicio extitiſſe. ⁊ celũ ſideribus ornatũ fuiſſe. Quedã ꝟo nõ formaliter ſ materialit tunc facta fuiſſe. Que poſt p tpis acceſſum formaliter diſtincta ſunt. vt herbe: arbores et forte animalia. Oia ergo in ipo tpis initio facta eſſe dicunt: ſed quedam formaliter ⁊ ſm ſpecies quas habere cernimus: vt maiores mũdi partes: quedã vero materialit

Anteq̃ de factura homis agat de mõ pme ꝯditionis rerũ vñ ſupra breuit tetigit pleniꝰ agit vbi viri catholici diſſẽtire videntur.

Alijs dicentibus mũdũ in materia ⁊ forma ita fuiſſe ſimul. alijs vero p interualla tpm ⁊ dieꝝ ſm q̃ expoſitio premiſſa huc uſqꝫ deducta eſt.

Hic proſequitur opinionez illoꝝ qui ſimꝉ oĩa facta cõtendunt.

tñ. Sꝫ vt dicũt: moyſes loquẽs rudi ꝛ carnali pplo locutiõis modũ tꝑauit de deo loquẽs a ſiti hoĩs ꝙ ꝑ moras tẽpoꝝ opa ſua ꝑficit: cũ ipſe ſimꝉ ſua opa fecerit. Vñ Augu. Jdõ inqͥt moyſes diuiſim refert deũ illa opa feciſſe: qꝛ nõ potuit ſimul ab hoĩe dici qđ a deo ſimꝉ potuit fieri. Jtẽ potuit diuidere ſcriptura loquẽdi tꝑibꝰ: qđ deꝰ operandi tꝑibꝰ nõ diuiſit. Jlli ꝙ his autoritatibꝰ ꝛ alijs hmõi iherẽtes: dicũt qͣttuor elemẽta atqꝫ celi lumĩaria ita formata ſiꝉ eẽ ꝛ habuiſſe illos ſex dies ꝙs ſcͥptura cõmemorat ſex rerũ genera. i. diſtinctiões appellãt ꝙ ſiꝉ facte ſunt: ꝑtim formalitꝰ: ꝑtim cauſaliter.

Quõ intelligendum ſit deum requieuiſſe ab omni opere ſuo. f

Jam de ſeptime diei reqͥe aliqͩd nos eloqͥ oꝑtet. Scͥptũ eſt qꝛ cõpleuit deꝰ die ſeptĩo opꝰ ſuuz: ꝛ reqͥeuit die ſeptimo ab vniuerſo opꝑe qđ patrarat. Reqͥeuiſſe dicit deꝰ die ſeptĩo nõ qͣſi operando laſſus: ſꝫ ab vniuerſo opꝑe reqͥeuit: qꝛ nouã creaturã facere ceſſauit. Reqͥeſcere eñi ceſſare dicit. Vñ in Apoc. dꝛ Nõ hẽbant requiẽ dicẽtia. Sctũs ſctũs ſctũs. i. dicere nõ ceſſabãt. Reqͥeuiſſe ꝙ deꝰ dicit: qꝛ ceſſauit a faciẽdis generibus creature: qꝛ vltra noua nõ ꝯdidit. Vſqꝫ nũc tñ vt veritas in euãgelio ait. opat prͥ cuz filio. ſ. ãminiſtrationẽ eoꝛũdẽ geneꝝ ꝙ tũc iſtituta ſũt. Creatoris eñ ꝟtus cauſa ſubſiſtẽdi eſt oĩ creature. Qđ ꝙ dꝛ. Pater meꝰ vſqꝫ mõ opat: ꝛ ego operoꝛ illud vniuerſe creature ꝯtinuã amminiſtrationẽ oñdit. Die ꝙ ſeptimo requieuit vt nouam creaturã vlterius nõ faceret cuius materia vel ſimilitudo non preceſſerit: ſed vſqꝫ nunc operatur: vt qđ condidit ꝯtinere ꝛ gubernare nõ ceſſet.

Qualiter accipiendum ſit qđ dicitur deus compleſſe opus ſuum ſeptimo die. cum tunc requieuit ab omni opere ſuo. g

Sed queritur quomodo ſeptimo die dicat deꝰ cõpleſſe opus ſuũ: cum ab oĩ opꝑe illo die reqͥeuerit: nec aliqđ genus nouũ rerũ fecerit? Alia tranſlatio habet. Conſummauit deus die ſexto opa ſua que nihil queſtionis affert: qꝛ maniſeſta ſunt que in eo facta ſunt ꝛ omnium cõſummatio eo die ꝑfecta eſt: ſicut ſcriptura oſtẽdit cũ ait. Vidit deus cuncta ꝙ fecerat ꝛ erant valde bona. Omnia quidẽ naturaliter bona erãt nihilqꝫ in ſui natura vitij habentia. ꝛ ſunt bona que ꝯdidit deus etiã ſingula. Simul ꝟo vniuerſa valde bona: qꝛ ex oĩbus ꝯſiſtit vniuerſitatis ãmirabilis pulchritudo: in ꝙ etiã illud qđ maluz dicit: bñ oꝛdinatũ ꝛ loco ſuo poſitũ eminẽtius cõmendat bona: vt magis placeant ꝛ laudabilioꝛa ſint dũ cõꝑant malis Sexto ꝙ die facta ẽ opeꝝ ꝯſummatio. Jdõ ꝑmiſſa oꝛit qͣſtio quõ dicat deꝰ die ſeptĩo opꝰ ſuũ cõpleſſe: qđ hebꝛaica ꝟitas hꝫ ꝛ ꝙ tñ nihil nouũ creaſſe dicit: niſi forte dicat die ſeptimo cõpleuiſſe opꝰ ſuũ qꝛ ipm bñdixit ꝛ ſanctificauit ſicꝰ ſubijcit ſcͥptura. Bñdixit diei ſeptimo ꝛ ſcificauit illũ. Opus eñ eſt benedictio ꝛ ſanctificatio ſicut Salomon aliqͩd operis fecit cum templum dedicauit.

Hic redit ad queſtionẽ poſitã .ſ. quõ verum ſit deũ ſeptimo die cõpleſſe opꝰ ſuũ

Scđm aliam lrãm nihil ibi eſt queſtionis quã ſequitur Auguſtinus.

Que ſit benedictio ꝛ ſanctificatio ſeptime diei. h

Jllum autem diez ſcificaſſe ꝛ bñdixiſſe dicit: qꝛ miſtica ꝑ ceteris bñdictiõe ꝛ ſanctificatõe eũ donauit. Vñ in lege dicit. Memẽto ſãctificare diẽ ſabbati. Et inde ẽ ꝙ numerãdo dies: vſqꝫ ad ſeptimũ ꝓcedimus ꝛ dicimus ſeptẽ eſſe dies qͣrũ repetitiõe oẽ tꝑs agit: nõ qͥn aliꝰ ſit ab illis dies octauꝰ ꝛ nonus. ꝛ ſic de ceteris. Sꝫ qꝛ in ſex diebꝰ rerũ genera diſtincta ſunt: ꝛ in ſeptĩo lꝫ nõ fuerit nouũ genus rerũ inſtitutũ fuit tñ in eo qͣſi quidã nouus ſtatus ſanctificationis opeꝝ ꝛ requietiõis opificis. Poteſt etiã ſic exponi illud. Cõpleuit deus die ſeptimo opus ſuum. id eſt completum ꝛ ꝯſummatum vidit.

Jſta eſt diſtinctio. xv. huius ſcđi libri. Jn qua quidem diſtinctiõe magiſter poſtꝙ egit de oꝛnatu firmamenti. agit hic ꝯſequẽter de oꝛnatu aeris ꝛ aque. Et tria facit. Nã primo facit de oꝛnatu aeris. ꝛ ſimiliter de oꝛnatu aque. ſeu etiaz de opere qͥnte diei. Scđo agit de oꝛnatu terre. ſeu etiaz de opere ſexte diei. Tertio de ſeptime diei reqͥe Primũ facit a principio diſtinctionis vſqꝫ ibi. Sequitur dixit deus ꝓducat. Scđm ab inde vſqꝫ ibi. Jam de ſeptime diei requie. Tertiũ vſqꝫ ad finẽ diſtinctionis Et tñ in generali. Ju ſpeciali aũt ſnĩa mgrĩ ſtat in tribus ꝓpoſitionibus quaꝝ ꝑma eſt hec. Deꝰ qͥnto die volatilibus ꝛ natatilibus de aqua factis aerẽ ꝛ aquã adoꝛnauit. Hanc mgr̃ inſinuãs dicit ꝙ opus qͥnte diei ẽ oꝛnatio duoꝝ elementoꝝ. ſ. aque ꝛ aeris ꝑ volatalia ꝛ nattalia que de aquam tanꝙ ex ateria ſui ſunt creata. ex quibꝰ aues ſeu volatilia eleuauit deus in aerem. piſcibꝰ aquas ad oꝛnatũ relinquens

Scđa ꝓpoſitio eſt hec. Deꝰ ſexto diei iumẽtis reptilibus ꝛ beſtijs terre de tͣra formatis terrã decorauit. Hanc mgr̃ inſinuãs dicit ꝙ opꝑe ſexte diei oꝛnata fuit terra iumentis. reptilibꝰ ꝛ beſtijs ꝛ alijs conſimilibus. Poſtea mouet duas qͣſtiones quaꝝ ꝑma eſt. An nociua animalia aut venenoſa etiã tunc a deo facta fuerunt. Et rñdens dicit ꝙ illa aĩalia crea

ta fuerũt innoxia .ſed de hoīe peccante facta ſunt nociua vt ꝑ ea vitia punirenť. ⁊ vt virtus probaretur.
Secunda queſtio eſt. An minuta aĩalia que ex putrefactione naſcunť etiã tunc ꝓducta fuerũt. Et reſpodens dicit.ꝙ illa que putrefactiõe naſcunť cuz alijs animalibus ꝓducta non ſunt niſi materialiter Et ſubdit ꝙ nouiſſimus omniũ animaliũ fuit hõ tanꝗ omniũ dominator. Addens ꝙ circa rerũ creationem duo ſolẽnes opiniones fuerunt.quarum prima dicit.ꝙ ꝑ ſex dierum interualla oĩa eſſe formata ⁊ ꝑ ſpiritũſanctũ eſſe diſtincta Alia dicit oĩa ſimul eſſe ꝯdita ⁊ diſtincta. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Deus ſeptimo die dicit quieuiſſe ⁊ opus ſuũ cõpleuiſſe.q2 vlterius nouã creaturã nõ ꝯdidit que in ſe materialiter vel in ſuo ſimili non fuerit licet tñ res ꝓductas benedixit ⁊ ſanctificauit. Hanc ꝓbans querit. Cur deus dicať ꝯſummaſſe opus ꝑ requiem die ſeptimo cũ tñ cõpleuerit ipm̃ die ſexto. Ad quod rñdens dicit deũ opus ſuũ cõpleuiſſe ⁊ ſexto die ⁊ ſeptimo.ſexto quidẽ.quia tũc oĩa ꝑfecit. Septimo autez quia vltimũ opus ſanctificationẽ.ſ.adhibuit. Unde ⁊ ſeptimus dies miſtica quadã ratione ſanctificatus conſueuit appellari. Et tñ in ſpeciali.

De hominis creatione vbi cõſiderandum eſt quare creatus ſit homo.et qualiter ſit inſtitutus. que duo ſupra tractata ſunt. ⁊ qualis fact⁹ ⁊ qualiter lapſus.poſtremo quomodo ſit reparat⁹.que diſcutienda ſunt. a

DI. XVI

Is excurſis b que ſupra de homis creatione ꝑmiſim⁹ effectui mãcipare atq ordie explanare nunc ſuſcipim⁹ vbi hec ꝯſideranda videnť ſcz quare creat⁹ ſit hõ.⁊ qualiť inſtitut⁹: ⁊ qualis ⁊ quõ factus. Deinde qualiter ſit lapſus: poſtremo qualiter ⁊ ꝑ que ſit reparatus. Horũ aũt ꝑmo ⁊ ſecũdo poſita.i.cauſam creatiõis hũane ⁊ modum inſtitutionis ſuperius ꝓ modulo noſtre facultatis tractauimus. Ideoq ſupeſt vt qualis vel quõ fact⁹ ſit diſcutiamus. In Geñ.legiť Faciamus hoiem ad imaginẽ ⁊ ſimilitudinẽ nr̃am ⁊c̃. In eo ꝙ dicit faciam⁹: vna opatio triũ ꝑſonaꝝ oſtẽdiť:in hoc vero ꝙ dicit ad imaginẽ ⁊ ſimitudinẽ nr̃am: vna ⁊ equalis ſubſtãtia triũ perſonarũ monſtrať. Ex ꝑſona eñ patris hic diciť ad filiũ ⁊ ſpm̃ſctm̃. Nõ vt quidã putant angelis: q2 dei ⁊ angeloꝝ non eſt vna eadem imago vel ſimilitudo.

Beda
Quõ intelligendũ eſt. Faciamus hominez ad imaginem et ſimilitudinẽ nr̃am

Q imago ⁊ ſimilitudo hic a diuerſis accipitur varie.a quibuſdã increata. ⁊ ab alijs creata ⁊ icreata vel eſſentia trinitatis vel filius et ſpirituſſanctus. b

Imago autem et ſimilitudo in hoc loco vel increata intelligitur.i.trinitatis eſſentia ad quã fact⁹ eſt homo: vel creata in q̃ factus eſt homo: ⁊ ipſi hoi ꝯcreata. Increatã eñ imaginẽ q̃ de⁹ ẽ intellexiſſe videť Beda cũ dic̃.nõ eẽ vnã imaginẽ dei ⁊ angeloꝝ.ſ3 trium ꝑſonaꝝ: ⁊ iõ ꝑſonis nõ angelis ſit ibi ſmo Improprie tñ imago dr̃.q2 imago relatiue ad aliud diciť cui⁹ ſiĺitudinẽ gerit ⁊ ad qđ repñtãdũ facta eſt: ſic imago ceſaris q̃ ipius ſimilitudinem ꝑferebat ipm̃ quodãmõ repñtabat Proprie aũt imago diciť id ad qđ aliud ſit Sic exẽplũ ꝓprie dr̃ qđ ſumiť ex aliq̃: ⁊ exemplar ex q̃ ſumiť aliq̃d Poniť tñ ⁊ aliqñ abuſiue alteꝝ ꝓ altero: ita ⁊ min⁹ ꝓprie accipiť imago eſſentia trinitatis: ſi tñ ea noie imaginis: in hoc loco intelligitur.

Opinio eorum qui putauerunt filium per imaginem et ſimilitudinem hic accipi. c

Filius vero ꝓprie imago patris diciť: ſicut ſupra in tractatu de trinitate diximus. Uñ fuerũt nõnulli q̃ ita dixerũt vt imaginẽ in hoc loco intelligerent filium hoiem vo nõ imaginem: ſed ad imaginem factũ dicerẽt: quos refellit apoſtolus dicẽs. Uir quidẽ eſt imago ⁊ gloria dei. Hec nãq imago.i.hõ cũ diciť fieri ad imaginẽ nõ q̃ſi ad filiũ diciť fieri: alioquin nõ diceret ad imaginẽ noſtrã. Quõ eñ noſtrã diceret: cũ filius ſolius pris imago ſit

Auguſti. in.vij.li.đ trinitate.

Fuerũt autẽ ⁊ alij ꝑſpicati⁹ hoc tractãtes qui ꝑ imaginẽ filiũ ⁊ ꝑ ſimilitudinẽ ſpiritũſctm̃ intelligerent: q̃ ſimilitudo eſt patris ⁊ filij. Et ideo pluraliter putauerũt dici noſtrã id referẽtes ad ſimilitudinem tñ ad imaginẽ vo ſubintelligendũ eſſe meam Hoiem vo ⁊ imaginẽ eſſe ⁊ ad imaginẽ et ſimilitudinẽ factũ eſſe tradiderũt: ⁊ imaginem imaginis eſſe ⁊ ſimilitudinis.

Aliorum opinio.

Nec horum ſcientiã approbat ſed imaginem ⁊ ſimilitudinem dei in homine querendam ⁊ conſiderãdam docet vt imago ⁊ ſimilitudo creata intelligatur. d

Uerũtamẽ hec diſtinctio lz reprobabilis penit⁹ nõ videať q2 de medio montiũ.i.autoritatib⁹ ſctõꝝ non manat: ꝯgruẽtius in ipo hoie imago ⁊ ſimilitudo querẽda eſt ⁊ ꝯſideranda. Fact⁹

In quib⁹ conſideratur imago ⁊ ſilitudo. ē ḡ hō ad imaginē dei ⁊ ſilitudinē ſm̄ mentē qua irrōnabilib⁹ añcellit: ſ ad imaginē ſm̄ memoriā ⁊ intelligentiā ⁊ dilectionem Ad ſilitudinē ſm̄ innocētiā ⁊ iuſticiā: q̄ in mēte rōnali naturalr̄ ſunt. Uel imago cōſideraẜ in cognitōe ꝟitatis: ſilitudo ī amore ꝟtutis: vel imago in alijs oib⁹: ſilitudo ī eſſentia: q: ⁊ imortalis ⁊ indiuiſibilis eſt. Uñ Aug. i li. ꝺ q̄ntitate aie Aia fctā ē ſilis deo: q: imortalē ⁊ indiſſolubilē fecit eā de⁹ Imago ḡ ptinet ad formā: ſilitudo ad naturā. Fact⁹ eſt ḡ hō ſm̄ aiam ad imaginē ⁊ ſilitudinē nō pr̄is vel filij vel ſpūſſcti: ſ totius trinitatis: ita ⁊ ſm̄ aiam ꝺ: hō eē imago dei: q: imago dei in eo ē Sicut imago ꝺ: ⁊ tabula ⁊ pictura q̄ in ea ē: ſ ppē picturam q̄ in ea eſt ſil' ⁊ tabula imago appellaẜ
Aug⁹. in. xv. libro de trinitate. Ita ppē imaginē trinitatis etiā illud in q̄ eſt imago noīe imaginis vocaẜ.

Q̄ homo dicitur imago ⁊ ad imaginem. filius vero imago non ad imaginem. e

Quo circa homo ⁊ imago dicíẜ ⁊ ad imaginē: fili⁹ autē imago nō ad imaginē: q: natus nō creatus: equalis ⁊ in nullo diſſimilis. hō creat⁹ eſt a deo nō genit⁹ nō parilitate equalis: ſed quadā
Auguſti. ſimilitudine accedens ei. Uñ augu. in lib. vij. de trinitate. In Geñ. legiẜ. Faciamus hominē ad imaginē ⁊ ſimilitudinē noſtrā Faciamus ⁊ noſtram pluraliter dixit: ⁊ niſi ex relatiuis accipi non oportet vt facere intelliganẜ pater ⁊ filius ⁊ ſpirituſſanctus ad imaginē patris ⁊ filij ⁊ ſpirituſſancti vt ſubſiſteret homo imago dei. Sed quia nō omnino equalis fiebat illa imago tanquaꝫ non ab illo nata ſed ab eo creata. Ideo ita imago dicíẜ q̄ ⁊ ad imaginē: q: non equatur parilitate: ſꝫ accedit quadā ſimilitudine. Fili⁹ aūt eſt imago: ſed nō ad imaginē q: equalis patri. Dict⁹ ē ḡ hō ad imaginē ppter imparē ſilitudinē. Et ideo nr̄am vt imago trinitatis eſſe hō intelligaẜ. nō trinitati equalis: ſicut fili⁹ patri. Ecce oſtēſum eſt ſm̄ quid ſit homo ſimilis deo. ſ. ſm̄ animam. Sed ⁊ in corpore quādā proprietatem habet que hoc indicat. quia eſt erecta ſtatura ſm̄ quā corpus anime rationali cōgruit: quia in celum erectum eſt.

Q̄ ⁊ ſm̄ corpus poteſt dici factus ad ſimilitudinē dei

Iſta eſt diſtinctō. xvj. huius ſcd̄i

libri. In qua magiſter poſtq̄ egit de creatura pure ſpūali. ſ. angelis. ⁊ de creatura pure corporali Incipit agere de compoſita ex ſpūali ⁊ corpali. ſ. de hoīe Et circa hoc in hac diſtinctione agit de productione hominis in cōmuni. Et tria facit. Nam primo oſndit qualiter homo ſit factus Secundo ad cui⁹ imaginē ſit productus. Tertio q̄ nō ſit imago que oīmino adequatur dei filio. Primuꝫ facit a principio diſtinctionis vſq̧ ibi. filius quoq̧. Secundū ab inde vſq̧ ibi. Quo circa. Tertiū vero vſq̧ ad finem diſtinctōnis Et tm̄ in generali. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribus propoſitionibus quarum prima hec eſt.

Deus pater cū dixit. Faciam⁹ hoīem ad imaginē ⁊ ſimilitudineꝫ nr̄am loquebaẜ filio ⁊ ſpirituſſancto ⁊ nō ſpiritib⁹ quibuſcūq̧ creatis. Hanc magiſter ꝓbans querit. q̄lis ⁊ quō factus ſit hō. Et rn̄dēs dicẜ q̄ per verbū dn̄i imaginē ⁊ ſimilitudinē dei ſit ꝓductus ſm̄ illud Geñ. j. Faciamus hominem ad imaginem ⁊ ſimilitudinē nr̄am. in quibus verbis oſtenditur vnitas eſſentie et trinitas pſonarum. et ſunt verba patris ad filium ⁊ ſpm̄ſctm̄. ⁊ nō ad angelos. vt quidam dixerunt q̄ dei ⁊ angelorū nō eſt vna eadē imago. ſed bene ſimilitudo. Secunda propoſitio eſt hec. Homo ſm̄ animaꝫ factus eſt ad imaginem non ſimpliciter vnius diuine pſone ſed totius trinitatis. Hanc ꝓpoſitionem probās recitat duas opiniones circa intellectum predictoꝝ verborum. Geñ. quarū prima dicit in illo textu. Geñ. p imaginem debere ſolū filiū intelligi ⁊ nō hoīem. q: hō nō eſt imago dei ſed ad imaginē dei factus. ſed quia huic opinioni cōtrariaẜ illud apoſtoli vbi dicit q̄ vir ſit imago dei et gloria dei. qua ꝓpter magiſter videẜ eaꝫ reprobare alia opinio dicit q̄ filius dei ſit ꝓprie imago. ⁊ ſpūſſanctus ſimilitudo ⁊ q̄ hō ſit factus ad imaginē filij ⁊ ſimilitudinē ſpūſſancti. Hanc opinionē mgr̄ nō approbat. eo q̄ ſanctoꝝ autoritatib⁹ minime ſit fulcita

Poſt hec dicit magiſter hoīem eſſe factū ad imaginem non cuiuſcūq̧ ſingularis pſone diuine. ſed toti⁹ trinitatis ⁊ hoc ſm̄ naturalia. i. ſm̄ animā ad ſimilitudinem dei factus eſt hō q̄tum ad ſupaddita aīme cuiuſmodi ſunt ꝟtutes. ſ. innocētia ⁊ iuſticia que naturaliter in mēte rōnali exiſtunt. Tertia propoſitio eſt hec Hō q̄ eſt imago dei ad imaginē dei creat⁹ nequit adequari dei filio. qui non eſt ad imaginē ſꝫ ſoluꝫ imago eſt patris rōne eterne natiuitatis. Hāc magiſter ꝓbans dicit q̄ fili⁹ dei ⁊ hō dei imago ſunt ſꝫ fili⁹ ſolū imago ⁊ nō ad imaginē q: nō creat⁹ ſꝫ natus eq̄lis pr̄i ⁊ ī nullo diſſilis. hō aūt eſt imago ⁊ ad imaginē. q: creat⁹ nō genit⁹ nō equalis. ſꝫ q̄dā ſimilitudine accedēs Et hāc mgr̄ ꝯfirmat autoritate bt̄i Aug. Et ſic prius dcm̄ eſt q̄ nulla imago trinitatis create eſt ſine magna ſilitudine imaginis īcreate repſentatiua ꝓpē realē dr̄am q̄ inẜ illas imagines cōſideraẜ ita etiā nec eſt hō ad imaginē dei creat⁹ pōt adequari filio in diuinis q̄ eſt pr̄is imago ꝓpē diuerſitatis diſtātiā inẜ dei filiū ⁊ hoīem. Et tm̄ in ſpēali.

De creatiōe aie vtrū de aliquo facta ſit vel non. ⁊ qn̄ facta. ⁊ quam gratiā habuerit in creatione. a

Ic de origine DI. XVII
b anime plura queri ſolent. ſcꝫ vnde creata fuerit: ⁊ quando ⁊ quā gratiā habuerit ī creatione: Sicut hominis formatio ſm̄ corp⁹ deſcribiẜ cū diciẜ Formauit de⁹ hoīem de limo terre. ita eiuſdem ſm̄ aiam factura deſcribiẜ cū ſubdiẜ ⁊ inſpirauit in faciē eius ſpiraculū vite. Corp⁹ eñi de limo terre formauit de⁹ cui aiam inſpirauit. Uel ſm̄ ali- Beda.

Q̄ nō corporeis inſtrumētis formaſſe vel ſufflaſſe deus dicitur.

am lrām flauit vel ſufflauit: nō ꝙ faucibꝰ
ſufflauerit: vel manibus corꝑeis corpꝰ for
mauerit. Spūs em̄ deꝰ eſt: nec lineamētis
mēbroꝝ cōpoſitus. Nō ḡ carnaliter pute/
mus deū corporeis manibꝰ formaſſe corpꝰ
vel faucibꝰ inſpiraſſe aiam: ſꝫ potiꝰ hoiem
de limo terre ſm̄ corpus formauit iubēdo
volēdo .i. voluit ⁊ ꝟbo ſuo iuſſit vt ita fie/
ret: et inſpirauit in faciem eius ſpiraculum
vite. id eſt ſubſtantiam anime in qua viue
neret: creauit nō de materia aliqua corpo/
porali vel ſpirituali: ſed de nihilo.

Opinio quorūdā hereticorū q̄ putauerūt aiaꝫ ēē de ſubſtātia dei. b

Putauerunt eniꝫ

quidā heretici deuꝫ de ſua ſubſtātia aiam
creaſſe verbis ſcripture ptinaciter inheren
tes: quibꝰ dꝛ inſpirauit vel inſufflauit ⁊c.
Cū flat inquiūt vel ſpirat: homo de ſe fla/
tū emittit. Sic ergo cū dicꝭ deus flaſſe vel
ſpiraſſe ſpiraculū in facieꝫ hois. ex ſe ſpiri
tum hois emiſiſſe intelligiꝭ .i. de ſua ſubſtā
Reſpōſio. tia. Qui hoc dicūt nō capiūt tropica locu
tione dictū eſſe ſufflauit vꝉ flauit. id eſt fla
tum hois .ſ. animā fecit. Flare em̄ eſt flatū
facere. flatum facere eſt animā facere. Vn̄
dn̄s p eſaiam. Om̄ flatum ego feci. Non
ſunt ergo audiendi qui putāt aiam eſſe ptē
dei. Si em̄ h eſſet: nec a ſe nec ab alio deci
pi poſſet: nec ad malū faciēdū vel patiēdū
cōpelli: nec i meliꝰ vel deteriꝰ mutari. Fla
tus ḡ q̄ hoiem aiauit factꝰ eſt a deo non de
deo nec de aliqua materia ſed de nihilo.

Hic qn̄ facta ſit anima. an an̄ corpus aut in corpore. c

Sed vtrum in cor

pore vel extra corpus etiā intꝭ doctos ſcru/
Opinio Auguſtini. puloſa queſtio ē. Aug. em̄ ſup Gen̄. tradit
aiam cuꝫ angelis ſine corpore fuiſſe creatā
poſtea ꝟo ad corpus acceſſiſſe. neqꝫ cōpul
ſa eſt incorporari ſed naturaliter illud vo
luit .i. ſic creata fuit vt vellet ſicut naturale
nobis eſt velle viuere. Male aūt velle vi/
Alioꝝ ſnīa. uere: non nature ſꝫ voluntatis eſt peruerſe
Alij vero dicūt aiam primi hominis in cor
pore fuiſſe creatam. ita exponētes verba il
la. Inſpirauit in facieꝫ eius ſpiraculū vite
id eſt. aiam in corꝑe creauit que totū corpꝰ
animaret faciē tn̄ ſpecialiter expſſit. qꝛ hec
pars ſenſibꝰ ornata eſt ad intuēda ſupiora
Sed quicq̄d de anima primi hois eſtimeꝭ
de alijs certiſſime ſentiēdū eſt ꝙ in corpore
creentur. Creādo em̄ infundit eas deus ⁊
infundēdo creat. Dicendū eſt etiā aiam il/ Q̄ aīa illa nō ē preſcia operis futuri.
lam non ſic eſſe creataꝫ: vt preſcia eſſet ope
ris futuri iuſti vel iniuſti.

In qua etate deus homineꝫ fecerit. d

Solet etiam queri

vtrū deꝰ hoiem repēte in vrili etate fecerit
an pficiendo ⁊ etates augendo. ſicut nunc
forma in matris vtero? Aug. ſup Gen̄. di
cit. Q̄ adam in virili etate ꝯtinuo factus ē.
⁊ hoc ſm̄ ſuperiores nō inferiores cauſas:
id eſt ſm̄ voluntatē ⁊ potentiā dei quā na
ture generibus non alligauit: qualiter et
virga moyſi ꝯuerſa eſt in draconē. Nec ta
lia contra naturā fiunt: niſi nobis quibus
aliter nature curſus innotuit. deo aūt natu
ra eſt qd̄ facit. Non ergo cōtra diſpoſitio/
nem ſuā illud fecit deus. Erat em̄ in prima
creaturaꝝ conditione ſic hominē poſſe fie
ri. ſed non ſibi erat neceſſe vt ſic fieret: hoc
eniꝫ non erat in conditione creature. ſed in
beneplacito creatoris cuius voluntas ne/
ceſſitas eſt. Hoc eni neceſſario futurum eſt
qd̄ vult ⁊ preſcit. Multa vero ſm̄ inferio
res cauſas futura ſunt ſꝫ in preſcientia deiꝭ
futura non ſunt. Si aūt ibi aliꝭ futura ſunt
potius futura ſūt: ſicut ibi ſunt vbi preſcit
ille qui non poteſt falli. Sic ergo factus ē
adam non ſm̄ inferiores cauſas: quia non
erat in rerum cauſis ſeminalibus vt ita fie
ret: ſed ſm̄ ſuperiores non contra naturaꝫ
operantes: quia in rerum cauſis naturali/
bus erat: vt ita poſſet fieri.

Q̄ homo extra paradiſuꝫ creatus in paradiſo ſit poſitus ⁊ quare ita factum ſit. e

Hominē auteꝫ ita

formatum tulit deus: vt ſcriptura docet ⁊
poſuit in paradiſo voluptatis quē planta/
uerat a principio. His verbis aperte moy
ſes inſinuat ꝙ homo extra paradiſuꝫ crea
tus poſtmodum in paradiſo ſit poſitus.
Quod ideo factum dicitur. quia non erat
in eo permanſurus: vel vt non nature ſed
gr̄e h aſſignareꝭ Intelligiꝭ aūt paradiſus
localis ⁊ corporalis in quo hō locatus eſt Tres ſnīe de paradiſo ſunt ⁊ que ſunt.
Tres em̄ generales de paradiſo ſententie
ſunt. Vna coꝝ qui corꝑaliter intelligi vo/
lunt tm̄. Alia coruꝫ q̄ ſpūaliter tm̄. Tertia
coꝝ qui vtroqꝫ modo paradiſum accipiūt
Tertiā mihi placere fateor: vt hō in corpo

A quo princi pio ſit planta tus.

rali paradiſo ſit poſitus: qui ab illo princi=
pio plātatus accipi pōt: quo terrā oēm re/
motis aquis herbas ⁊ ligna pducere iuſſit
Qui ⁊ ſi pn̄tis eccl'ie vel future typū tenet
ad lrām tn̄ intelligendū ē eſſe locū ameniſſi
mum fructuoſis arboribus magnū: ⁊ ma/
gno fonte fecundū qd̄ dicimus a principio.

Qualis ſit lo cus padiſi et vbi.

antiq̄ trāſlatio dic̄ ad orientē Vn̄ volūt in
oriētali pte eſſe padiſum longo interiacēte
ſpacio vel maris vel terre regionib⁹ q̄s in/
colunt homines ſecretū ⁊ in alto ſitū vſq̈
ad lunarē circulū pertingentez. Unde nec
aque diluuij illuc peruenerunt.

De lignis paradiſi iter que erat li= gnum vite et lignum ſcientie boni ⁊ mali. f

In hoc autem pa=

radiſo erant ligna diuerſi generis: int̄ que
vnū erat quod vocatum eſt lignuz vite al
terū vo lignū ſcie boni ⁊ mali. Lignū aūt
vite dictuz eſt ſicut docet Beda ⁊ Strab⁹
q² diuinitus accepit hāc vim vt qui ex ei⁹
fructu comederet: corpus ei⁹ ſtabili ſanita
te perpetua ſoliditate firmaref: nec vlla in
firmitate vel etatis imbecillitate in deteri⁹
vel in occaſum laberef.

Quare voca tum ſit lignuz ſciētie boni et mali.

Lignū aūt ſcien
tie boni ⁊ mali: nō a natura hoc nomen ac/
cepit: ſ; ab occaſione rei poſtea ſecute. Ar/
bor eñ illa nō erat mala. ſed ſcientie boni ⁊
mali ideo dicta eſt quia poſt prohibitionē
erat in illa trāſgreſſio futura: qua hō expe
riendo diſceret quid eſſet inter obedientie
bonū: ⁊ inobedientie malū. Non ergo de
fructu qui naſceretur inde poſitū eſt illud
nomen: ſed de re tranſgreſſione ſecuta. Co/
gnouit eñ homo priuſq̄ȝ tangeret h' lignū
bonum ⁊ malum: ſed bonū per prudentiā
⁊ experientiam: malu m vero per pruden=
tiam tantū. Quod etiā per experientiā no=
uit vſurpato ligno vetito: q² per experien=
am mali didicit quid ſit inter bonum obe=
dientie ⁊ malum inobedientie.

Q̄ ſi p̄mi pa= rentes nō pec caſſent. nō iō minus ſciētie boni ⁊ mali li gnum dicere= tur.

Si vero pri
mi parentes obedientes eſſent: nec contra
p̄ceptū peccaſſent: nō ideo tamē minus di
ceretur lignū ſcientie boni ⁊ mali quia hoc
ex eius tactu accideret ſi vſurparetur.

Augu. ſuper Gene.

A li
gno ergo homo prohibit⁹ eſt quod maluz
non erat: vt ipſa precepti cōſeruatio bonū
illi eſſet: tranſgreſſio malū. Nec melius cō
ſideratur q̄ȝtum maluz ſit inobedientia q̄ȝ
hoc modo: cū ſcilicet ideo reus factus eſtz
homo intelligitur: q² prohibitus rē tetigit
quā ſi non phibitus tetigiſſet nec peccaſſet
nec penā ſenſiſſet. Si eñ venenoſaȝ herbā
phibitus tetigeris: pena ſequitur: ⁊ ſi ne=
mo prohibuiſſet: ſimiliter proſequeref Si
etiā prohibetur res tangi que non tangen=
ti tantū ſed prohibēti obeſt: ſicut aliena pe
cunia: ideo prohibitū eſt peccatū: quia p/
hibenti eſt damnoſum. Cū vero tangitur:
quod nec tangenti obeſt ſi non prohibetur
nec cuilibet ſi tangatur: ⁊ ideo prohibetur
vt per ſe bonū obedientie ⁊ malū inobedi/
entie mōſtretur. Sicut primus homo a re
bona prohibitus penā incurrit: vt non ex
re mala: ſed ex inobedientia pena eſſe mon
ſtretur: ſicut ex obedientia palma.

Iſta eſt diſtinctio. xvij. hui⁹ ſcdī

libri. In qua magiſter oſtenſa productione hominū
in generali: agit de productione viri in ſpeciali. Et
tria facit. Nam primo agit de pductione anime qua
ipſum viuificauit. Secundo de paradiſo in quo ipm
collocauit. Tertio de ligno ſcientie quo eundem nō
vti ſibi precipiens limitauit. Primū facit a' principio
diſtinctionis: vſq̈ ibi. Solet etiam queri. Secunduȝ
vſq̈ ibi. In hoc aūt padiſo. Tertiū vo vſq̈ ad fineȝ
diſtinctionis. Et tm̄ in generali. In ſpeciali ſentētia
mgr̄i ſtat in tribus ppoſitionibus quarū prima eſt
hec. Deus qui ade animā nō de diuina ſubſtantia
nec de aliqua materia creauit ſ; ipſam ex nihilo cre=
ando eidem inſpirauit. Hanc eñ propoſitionē mgr̄
probans dicit q̄ anime hominis creatio exprimif in
Gen̄. vbi dicif. Inſpirauit in faciē eius ſpiraculū vi
te: quā quidē inſpirauit ⁊ fecit nō faucibus corpcis
nec de ſua ſubſtantia ipſam a ſe efflauit vt quidā he
retici opinanf ſed dicitur inſpiraſſe qn̄ animā ad mo
dum flatus de nihilo ſpiritualiter creauit Sed circa
hoc tunc mouet vnā q̄ſtionē Utrū ſcilicet aīa creata
ſit in corpore vel extra corpus. Et reſpondens q̄ ali
qui opinati ſunt q̄ ſit creata in corpe. Alij vero opi
nati ſunt q̄ ſit creata extra corpus Sed magiſter de
anima primi hominis quo ad hoc nihil determinat.
ſed de alijs animab⁹ certiſſime ſciendū eſſe dicit q̄ in
corpe creanf. Secūda ppoſitio eſt hec. Deus qui
adam in virili etate plaſmauit eundē ab extra in pa
radiſum collocauit. Hanc eñ propoſitionē magiſter
pbās querit. Utrū primus homo creatus fuit in vi
rili etate. Et reſpondet q̄ ſic. ſed non virtute cauſa=
rum inferiorum. ſed diuina virtute. quia multa ſunt
poſſibilia ſm̄ cauſas ſuperiores q̄ fieri cauſaliter nō
poſſunt ſm̄ cauſas inferiores. ⁊ ſic vga Moyſi ver
tebatur in draconem virtute diuina. nec talia hūt cō
tra naturam. niſi tantūmodo nobis quibus curſus
nature aliter non innotuit. Et ſubdit magiſter q̄ ho
minem vt premittitur in virili etate formatum deus
poſuit in paradiſum Quod ideo dicit magiſter fuiſ=
ſe factum. q² nō erat in eo māſurus. vel vt cognoſce
ret q̄ non eſſet nature eius vt in illo loco eſſet ſ; gr̄e
De quo ſunt tres opiniones. Prima dicit paradiſuȝ
eſſe locum corporalem preciſe. Secunda dicit ipſum
eſſe locum ſpiritualem. Tertia que magiſtro placet
ponit vtrūq̈ affirmans q̄ ſpiritualiter gerat tipum
eccleſie preſentis vel future. ⁊ cū ad litterā ſit locus
corporalis longe a terra inhabitabili per hoīes per
interpoſitionē maris vel longo terre ſpacio ſepatus
⁊ ſui ſitus altitudine vſq̈ ad lunarem circulum ptin
gens. Tertia propoſitio eſt hec. Adam in paradi=
ſo de fructu ligni ſcientie boni et mali non a natura
ſed ab euentu futuro ſic dicti guſtando peccauit.

Hanc enim propoſitionem magiſter probans ꝓponit.ſ.in paradiſo erant ⁊ diuerſa ligna inter q̄ vnum dicebatur lignum vite. ⁊ huiuſmodi virtutez diuini tus acceperat: vt de ſuo fructu comedentes ab infirmitate ⁊ morte cōſeruare poterat. Aliud autem dicebatur lignuz ſcientie boni ⁊ mali. nō a natura nec ab aliqua virtute ſibi a deo indita. ſed ab euentu. qꝛ poſt eius guſtū homo experimētaliter cognouit differentiā inter bonū obediētie ⁊ malū inobedientie. Et ſubdit ꝙ eſus illius ligni illicitus fuit de ſe ſ3 fuit homī interdictus. ⁊ ad oñdēdū q̄tū malū ſit inobediētia: etiā ſi fiat ī his q̄ de ſe ſūt licita Et tm̄ ī ſpēali

De formatione mulieris. a

DI. XVIII

I Neodez quoꝙ paradiſo mlierē formauit deus de ſuba viri. ſicut poſt plātatum paradiſum hominemꝙ in eo poſitum ⁊ poſt vniuerſa animalia ad eum ducta ſuiſꝙ nominibus deſignata: ſubnectit ſcriptura. Immiſit deus ſoporē in adam Cūꝙ obdormiſſet: tulit vnam de coſtis eius: ⁊ formauit eam in mulierem.

Quare virum prius. et poſtea de viro mulierem creauit. non ſimul vtrunꝙ. b

Hic attendendum eſt quare nō creauit ſimul viruz ⁊ mulierē ſicut angelos: ſed prius virum deinde mulierem de viro Ideo ſcilicet vt vnū eſſet generis humani principiū: quatenus in hoc ⁊ ſuperbia diaboli ꝯfunderetur: ⁊ homis humilitas dei ſimilitudine ſublimaretur. Diabolus quippe aliud a deo principium eſſe concupierat Ideoꝙ vt eius ſuperbia retunderet̃: hoc homo in munere accepit quod diabolus ꝑuerſe rape voluit: ſed obtinere non potuit. Et per hoc imago dei in homine apparuit: qꝛ ſicut deus oībus rebus exiſtit principiū creationis: ita homo omnibus hominibus principiū generationis. Ideo etiā ex vno homine omnes eſſe voluit deus: vt dū cognoſcerent ſe ab vno eſſe omnes: ſe quaſi vnum amarent.

Alia ratio q̄re ex vno homine oīs mines.

Quare de latere viri nō d̄ alia corporis parte formata ſit. c

Cum autez his de cauſis facta ſit mulier de viro: nō de qualibet ꝑte corpis viri: ſ3 de latere eius formata eſt: vt oñderet̃: qꝛ in cōſortiū creabatur dilectiōis: ne forte ſi fuiſſet de capite facta viro ad dominationē videret̃ preferenda aut ſi de pedibus ad ſeruitutē ſubijcienda. Quia igitur viro nec domia nec ancilla parabatur ſed ſocia: nec de capite nec de pedibus: ſed de latere fuerat producenda: vt iuxta ſe ponendam cognoſceret: quam de ſuo latere ſumptam didiciſſet.

Quare dormienti ⁊ non vigilanti coſta ſubtracta eſt. d

Nō ſine cauſa dormiēti quoꝙ viro potius q̄3 vigilāti detracta eſt coſta de qua mulier in adiutoriū generationis viro eſt formata: ſed vt nullam in eo ſenſiſſe penā mōſtraret̃ ⁊ diuine ſimꝉ potētie opus mirabile oſtenderet̃: que hominis dormientis latus apuit: nec cum tamē a quiete ſoporis excitauit. In quo etiā opere ſacramentū chriſti ⁊ eccleſie figuratū eſt. Quia ſicut mulier de latere viri dormientis formata eſt: ita eccleſia ex ſacramētis que de latere chriſti in cruce dormiētis ꝓfluxerunt. ſ. ſanguine ⁊ aqua q̄bus redimimur a penis atꝙ abluimur a culpis.

De ſacro huius operis.

Q de illa coſta ſine extrinſeco additamento facta fuit per dei potentiam ſicut quinꝙ panes in ſe multiplicati ſunt. e

Solet etiam queri vtrū de illa coſta ſine adiectiōe rei extrinſece facta ſit mulier: Nō quibuſdā nō placuit. Certū ſi ad ꝑficiendū corp⁹ mulieris deus extriſecū augmētū addidiſſet: maius illud eēt q̄3 ipa coſta. Ideoꝙ potius de illo addito q̄3 d̄ ipa coſta mulier facta deberet dici: de q̄ plures accepiſſet ſube ꝑtes. Reſtat ḡ vt d̄ ſola ipius coſte ſubeſine oīmi extrinſeco additamēto ꝑ diuinaz potentiā in ſemetipſa multiplicata mulieris corpus factū dicat̃: eo ſane miraculo q̄ poſtea de q̄nꝙ panibus ieſu celeſti bñdictiōe multiplicatis quinꝙ milia hoim ſaciata ſunt. Illō etiā ſcire optet ꝙ cū angeloꝝ miniſterio facta ſit mulieris formatio: non eſt eis tñ tribuēda creatiōis potētia. Angeli eñi nullā poſſunt creare naturam: ergo nec formare coſtā in mulierē nec carnis ſuꝑplementū in locū coſte nō ꝙ nihil agāt vt aliq̄d creetur ſ3 nō ideo creatores ſunt: ſicut nec agricole ſegetū vel arboꝝ. Solus de⁹. i. trinitas eſt creator Facta eſt ergo femina a deo: etiam ſi coſta miniſtrara ſit per angelos.

Q licet angelica miniſtratione ſit illud opus expletū nō tamen creatores fuerūt angeli.

Utrum ſm̄ ſuperiores an ſm̄ inferiores cauſas ita facta ſit mulier id eſt an ratio ſemialis id haberet vt ita fieret an tantum vt ita fieri

poſſet. ſed vt ſic fieret in deo tan-
tum eſſet cauſa. f

Sꝫ queritur an ra-

tio quā deus primis opibus cōcreauit id
haberet vt ſm̄ ipſam ex viri latere feminaꝫ
fieri neceſſe foret: an hoc tm̄ vt fieri poſſet.
Ad qđ ſciendū eſt oim̄ rerū cauſas in deo
ab eterno eſſe. Ut enī hō ſic fieret vel equꝰ
⁊ hmōi: in dei potētia ⁊ diſpoſitiōe ab eter
no fuit. Et he dicunt̄ primordiales cauſe:
q̄ꝛ iſtas alie nō p̄cedunt ſed iſte alias q̄ ſūt
cauſe cauſarꝫ. Cūq̄ꝫ vnū ſit diuina potētia
diſpoſitio ſiue volūtas ⁊ id vna oim̄ p̄nci-
palis cauſa. tm̄ ꝓpter effectꝰ diuerſos plu-
raliter dicit Auguſti. cauſas primordiales
oim̄ rerū in deo eſſe: inducēs ſimilitudinē
artificis: in cuiꝰ diſpoſitiōe eſt: qualis futu-
ra ſit arca. Ideo ⁊ in deo vniuſcuiuſq̄ꝫ rei
future cauſa p̄ceſſit. In creaturis ꝟo qua-
rundam rerum: ſed non omniū cauſe ſunt.
vt ait Augꝰ. Quia inſeruit deus ſemiales
rōnes rebꝰ: ſm̄ q̄s alia ex alijs ꝓueniūt. vt
de hoc ſemine tale granum: de hac arbore
talis fructus ⁊ hmōi. Et he quoq̄ꝫ dicunt̄
primordiales cauſe: ⁊ ſi nō adeo ꝓprie: q̄a
habent ante ſe cauſam eternam: que ꝓprie
⁊ vniuerſaliter prima eſt. Illa vero ad res
aliquas dicuntur prime que ſcꝫ ex eis pro-
ueniunt Ideo etiam primordiales dicunt̄
quia in prima rerum conditione rebꝰ a deo
inſite ſunt: ⁊ ſicut creature mutabiles ſunt
ita ⁊ he cauſe mutari poſſunt. Que autē in
īmutabili deo cauſa eſt: nō mutari pōt.

Augu. ſuper Geneſim. De cauſis rerū latiꝰ diſputat ꝙ cauſe q̄ in deo ſunt ꝓprie dicunt̄ p̄mordiales. et q̄re pluraliter dixit.

Qđ nō oim̄ q̄ ſūt cauſe ſūt in creaturis.

Qđ cāe etiaꝫ q̄ ſunt in creaturis licꝫ īproprie tm̄ dicunt̄ p̄mordiales. Alia rō quare dicunt̄ primordiales.

Diſtinctio cauſarū rerū perutilis ſcꝫ ꝙ quedā in deo ⁊ in creaturis. quedā in deo tm̄ ſunt. g

Omniū ergo rerū

cauſe in deo ſunt: ſed quarundā cauſe et in
deo ſunt ⁊ in creaturis. Quarūdam cauſe
in deo tantum ſunt: ⁊ illarū rerum cauſe di-
cuntur abſcondite in deo: quia ita eſt in di-
uina diſpoſitiōe vt hoc vel illud fiat quod
nō eſt in ſeminali creature ratiōe. Et illa q̄-
dem que ſm̄ cauſam ſeminalem fiunt dicū-
tur naturaliter fieri quia ita curſus nature
hominibus innotuit. Alia vero preter na-
turam quorū cauſe tm̄ ſunt in deo. Hec au-
tem dicit Auguſti. eſſe illa que per gratiaꝫ
fiunt vel ad ea ſignificanda nō naturaliter
ſed mirabiliter fiūt. Inter que mulieris fa-
cturam de coſta viri ponit ita dicens. Ut
mulierem ita fieri neceſſe foret: nō in rebus
conditū: ſed in deo abſconditū erat. Ois
creature curſus habet naturales leges. ſu-
per hunc naturalem curſum creator habet
apud ſe poſſe de omnibꝰ facere aliud q̄ꝫ eo-
rum naturalis ratio habet. vt ſcilicet ꝟga
arida repente floreat: fructū gignat: ⁊ in iu-
uentute ſterilis femina in ſenectute pareat
vt aſina loquatur: ⁊ huiuſmodi Dedit
autem naturis vt ex his etiā hec fieri poſ-
ſent: nō vt in naturali motu haberent. Hꝫ
ergo deus in ſe abſconditas quorūdā futu-
rorum cauſas quas rebus conditis nō in-
ſeruit. eaſq̄ꝫ implet non opere prouidentie
quo nature ſubſiſtunt vt ſint. ſed quo illas
āminiſtrat vt voluerit quas vt voluit con-
didit. Omniū ergo que ad gratiā ſignificā-
dam non naturali motu rerum: ſed mirabi-
liter facta ſunt abſcondite cauſe in deo fue-
runt quorū vnuꝫ erat ꝙ mulier facta eſt de
latere viri dormiētis. Non habuit prima
rerum conditio vt femina ſic fieret: ſed vt
fieri poſſet: ne cōtra cauſas quas deus vo-
luntarie inſtituit mutabili voluntate aliq̄d
facere putaretur.

De gemino ope prouidentie.

De anima mulieris q̄ nō eſt ex aīa viri. vt quidaꝫ putauerūt dicētes aīas eſſe ex traduce. h

Quēadmodū mu-

lieris corpus de viri corpore traductuꝫ fu-
it: ita putauerunt aliqui ipſius animaꝫ de
viri anima propagatam: ⁊ omnes animas
preter primam de traduce eſſe ſicut corpo-
ra. Alij autē putauerunt ſimul oīes aīas
ab initio creatas. Catholica auteꝫ eccleſia
nec ſimul nec ex traduce factas eſſe animas
docet: ſed in corporibus per coitum ſemia-
tis atq̄ꝫ formatis infundi: ⁊ īfundēdo crea-
ri. Unde in eccleſiaſticis dogmatibꝰ Ani-
mas hominum non eſſe ab initio inter crea-
turas itellectuales naturas: nec ſil' creatas
ſicut Origenes fingit dicimꝰ: neq̄ꝫ ī corpi-
bus ꝑ coitū ſemiari ſicut Luciferani ⁊ Cy-
rillus ⁊ q̄dā latinoꝝ p̄ſumptores affirmāt
Sꝫ dicimꝰ corpꝰ tm̄ ꝑ ꝯiugij copulā ſemi-
nari. Creationē ꝟo aīe ſolū creatorē noſſe.
Eiuſq̄ꝫ iudicio corpꝰ coagulari in vulua ⁊
cōpingi atq̄ꝫ formari: ac formato iā corpe
aīam creari atq̄ꝫ infūdi vt viuat ī vtero hō
ex aīa ꝯſtans ⁊ corpe ⁊ egrediat̄ viuus ex
vtero plenus hūana ſuba. Hiero. etiā ana-
thematis vinculo illos ꝯdemnat q̄ aīas ex
traduce dicūt: inducēs autoritatē ꝓphete
Qui finxit ſigillatim corda eoꝝ. Hoc ſatl ī-

Aliorum opinio q̄ putauerūt oīes animas ſimul ab initio creari.

quit innuit ꝓpheta ꝙ non ipſam animam de aīma facit deus ſed ſingillatim animas de nihilo creat.

Iſta eſt diſtinctio.xviij.hui⁹ ſcđi libri.in qua mgr̄ poſtꝙ̄ egit de ꝓductiōe viri agit d̄ productione mulieris. Et tria facit. Nam p̄mo agit de formatione corporis mulieris. Secūdo de materia de qua formabatᷓ. Tertio de anima q̄ viuificabatur. Primum facit a principio diſtinctionis vſqꜫ ibi. Sꝫ queritur Scđm vſqꜫ ibi. Queadmodū mulieris corpus. Tertium vſqꜫ ad finem diſtinctionis. Et tm̄ in generali. In ſpeciali ſententia mgr̄i ſtat in tribus ꝓpoſitionibus quarū p̄ma eſt hec. Deus de coſta ade dormientis in ꝑadiſo ſine alicui⁹ alterius materie additione formauit corpus eue. Hāc mgr̄ ponēs dicit.ꝙ plātato ꝑadiſo ⁊ adam in eo poſito ⁊ animalibus añ eū ductis ⁊ nominib⁹ ꝓprijs eorū ꝑ cum aſſignatis immiſit deus ſoporem in adam Ipo quoqꜫ dormiente vnā de coſtis eius tollens formauit eā in mulierem. Circa quā materiam determinat quattuor q̄ſtiones quarū prima eſt hec Quare de⁹ nō creauit ſimul feminā ⁊ virū ſicut ſimul creauit angelos. Ad quod reſpondens aſſerit duplicem cām Una eſt vt ſuꝑbia diaboli cōfunderetᷓ. Nam diabol⁹ aliud a deo principium eſſe concupierat. ⁊ ideo vt in hoc cōfunderetᷓ accepit homo hoc ī munere.ſ.vt vnus hō eſſet p̄ncipiū omniū hominū. Alia rō eſt vt ſilitudo dei magis in homīe manifeſtaretᷓ.quia ſicut de⁹ omnibus rebus eſt vnū principiū creationis.ſic vn⁹ homo eſt vnū principiū generatiōis oīnibus hominib⁹ quod fieri nō potuiſſet ſi eos ſimul creaſſet. Secūda queſtio eſt. quare mulier ſpecialiter facta eſt de coſta ade ⁊ non de aliqua alia ꝑte coporis. Reſpondet ꝙ quia viro non domina nec ancilla ſed ſocia ꝓducebatᷓ.ideo nō de capite nec de pedibus fuit ꝓducta ſed de latere.vt iuxta ſe ponendam eā cognoſceret quā de ſuo latere ſumptam didiciſſet. Tertia queſtio eſt. Quare potius de latere viri dormientis q̄ vigilantis ſumebatᷓ coſta ad mulieris formationē Ad qđ rn̄dens aſſignat tres rationes Prima eſt ne vir ſentiret dolorem in coſte ſubtractiōe Secūda vt deus in hoc oſtenderet ſuā potētiā cum hoīs dormientis latus aperuit ⁊ ip̄m tamen a ſoporis q̄ete non excitauit. Tertia vt ꝓfluxio ſacramentorū de latere chriſti in cruce dormiētis figuraretᷓ. Quarta ē an de ſola coſta ſine alicui⁹ alterius mēbri additiōe fuit mulier formata. Et reſpondet ꝙ nō fuit ad ipſam aliqua alia materia addita ſꝫ ſolū coſta fuit multiplicata diuina virtute ad totius mulieris formationē. ſicut factū fuit de quinqꜫ panib⁹ multiplicatis ad ſaturationē multorū hominū. Et ſubdit ꝙ lꝫ mulieris formatio facta fuit angelorū miniſterio.non tm̄ propter hoc ſunt creatores cenſendi. Secūda ꝓpoſitō eſt hec. Corꝑis eue de coſta corꝑis ade organiſatio nō fuit ex aliq̄ ratōne ſeminali in principijs a reb⁹ inditis ſeu creatis. Hanc mgr̄ ꝓbans querit. Utrū in illa coſta erat ratio ſeminalis ad mlĩeris ꝓductionē Ad quod reſpondēs ponit differētiā intᷓ cauſas primordiales ⁊ inter rationes ſeminales. Nā cauſe primordiales ab eterno fuerunt in deo. Ratōnes vero ſeminales ex tp̄e indite ſunt creaturis: ⁊ non habēt ſe reſpectu omniū ſicut cauſe primordiales.ſꝫ reſpectu quorūdā tm̄ Attamen rōnes ſeminales poſſunt quodāmodo dici cauſe p̄mordiales. cū reb⁹ ī prima ſua cōditione indite ſunt. Tum q꜠ ſunt q̄ſi principalia rerum ex ipſis ꝓducendarū principia. Et ſubdit ꝙ quedā ſunt que naturaliter ꝓducunᷓ ex rōnib⁹ cō ſeminalibus. Alia vero fiunt ſuꝑnaturaliter quorū cauſe ſunt tm̄ in deo. Ex his concludit reſpōſum ad requiſitum dicens.ꝙ cū mulieris formatio de coſta nō fuit naturaliter ſed ſuꝑnatualiter facta. ꝯn̄s eſt ꝙ illa coſta nō fuit rō ſeminalis ad mlĩeris ꝓductionem. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Deus animam eue nō de anima ade ſed ex nihilo infundendo eam ꝯdidit. Hanc mgr̄ ꝓbans dicit ꝙ animā mulieris q̄dā poſuerunt de anima viri ꝓpagatā. Sed hoc eſt falſum. qm̄ anima rationalis eſt ingenerabilis ⁊ incorruptibilis: ſolū per actum diuine virtutis creatiuū ꝓducibilis. nō habens aliquas ꝑtes quātitatiuas ī quas poterit lacerari qđ tn̄ eēt neceſſariū ſi vna aīa eſſet ab alia ꝓpaganda. queadmodū eſt de materia que ſi debeat ad diuerſarū formarū ſuſceptionē adaptari: neceſſario in diuerſas portiones diuidiᷓ ad ſubſtandum talibus diuerſis formis q̄bus ꝑ v̄tutē effectiuam ꝓducentis proportionanᷓ. Alij vero dixerūt eam ab initio cum ceteris animabus fore creatam. ſed ſm̄ fidei catholice ſententiā ipſa ſicut oīnes aīe rōnales creādo infundebatᷓ ⁊ infundendo creabatur. Unde beatus Hiero. excōicat oēs qui dicūt animas ex traduci. Et tm̄ in ſpeciali.

De primo hominis ſtatu ante peccatū ſcilicet qualis fuerit ſm̄ corpus ⁊ ſm̄ animam.

a

Olent queri plura de primo hominis ſtatu ante peccatū.ſ.qualis fuerit homo priuſꝙ̄ peccaret: et in corpore ⁊ in anima mortalis an immortalis paſſibilis an impaſſibilis? De termino inferioris vite ⁊ de tranſitu ad ſuꝑiorē de modo ꝓpagationis filiorꝫ: ⁊ alia multa que nō inutiliter ſciunᷓ. lꝫ aliquādo curioſitate queranᷓ. An priuſꝙ̄ ad animi qualitatem ꝑtinentia proſequamur: de qualitate eius ſm̄ corpus ⁊ modo ꝓpagationis filiorum: ⁊ de alijs quibuſdam inſpiciamus Primus ergo homo ſm̄ naturā corporis terreni ⁊ immortalis fuit quodāmodo ſm̄ aliquid: quia potuit non mori. ⁊ mortalis quodāmodo. q꜠ potuit mori. In illo nāqꜫ pmo ſtatu habuit poſſe mori ⁊ nō poſſe mori. Et hec fuit p̄ma humani corꝑis imortalitas. ſcilicet poſſe non mori. In ſecūdo vero ſtatu poſt peccatum habuit poſſe mori. ⁊ nō poſſe nō mori: q꜠ in hoc ſtatu moriēdi eſt neceſſitas. In tertio ſtatu habebit poſſe non mori ⁊ non poſſe mori: quia ad illuꝫ ſtatū pertinet moriendi impoſſibilitas. qđ ex gratia erit nō ex natura In primo ſtatu fuit corpus hoīs aīale. id eſt. egens alimonijs ciborꝫ. Unde ⁊ homo factus diciᷓ in animā viuentē non ſpiritualeꝫ id eſt. in animaꝫ corpus ſenſificātē: qđ adhuc erat aīale: non ſpirituale quod egebat cibis vt per animam viueret. Factus eſt ergo ī animam viuentem. id eſt. vitam corpori dan-

DI. XIX

s

Q hō in primo ſtatu ſcilꝫ añ pctm̄ fuit ſm̄ corp⁹ mortalis ⁊ immortalis In ſcđo v̄o ſtatu fuit. mortalᷓ ⁊ mortu⁹.ſ.p⁹ pctm̄ In t̄tio ſtatu erit oīno immortalᷓ.i.non potēs mori. Quō dr̄ homo fact⁹ ī animā viuentem

tem:tamen per ſuſtentamenta ciborum: et tunc erat corpus mortale ⁊ immortale: q̄a poterat mori ⁊ poterat nō mori. Poſt peccatum vero factum eſt mortuū: ſicut dicit apoſtolus. Corpus propter peccatū mortuum eſt. id eſt. neceſſitatem moriendi in ſe habet. In reſurrectione vero erit ſpirituale. ſcilicet agile ⁊ cibis non egēs. ⁊ immortale: non ſicut in ſtatu primo fuit. ſcꝫ ꝙ poſſit nō mori: ſꝫ etiā ꝙ nō poterat mori. Unde Augu. ſuper Gen̄. Apoſtolus ait. Corpus quidē mortuū eſt propter peccatū ⁊c̄. Prius de limo terre formatum eſt corpus animale non ſpirituale cum quali reſurgemus. Renouabitur em̄ a vetuſtate non in corpus animale quale fuit. ſed in melius. id eſt. ſpirituale: cū hoc mortale induet immortale in quod mutandus erat adam: niſi mortē corporis animalis peccando meruiſſet. Non ait. ap̄lus corpus mortale eſt propter peccatū ſed mortuū. Illud em̄ an̄ pecatū mortale ⁊ imortale erat: quia poterat mori ⁊ nō mori. Aliud autē eſt nō poſſe mori: aliud poſſe non mori. Ideo factū eſt per peccatū nō mortale quod erat ſed mortuum: quod nō fieret niſi peccaret. Animale em̄ non eſt hoc corpus ſicut primi hominis fuit: ſed iam deterius eſt. Habet em̄ neceſſitatē moriēdi. Ecce hic euidenť apit Aug. ꝙ corpus hoīs ante peccatū mortale ⁊ immortale fuit. ſed non qualiter fiet in reſurrectione. De hoc eodem Beda ſuper Gen̄. ait. Nō eſt credendū an̄ peccatū ita fuiſſe mortua corpora ſicut modo. Ait em̄ ap̄ls. Corpus ꝑpter peccatū mortuū eſt: ſed licet fuiſſent aīalia nondū ſp̄ualia non tm̄ mortua: que ſcilicet neceſſe eſſet mori.

Corp⁹ homīs an̄ pctm̄ mortale ⁊ imortale fuit.

Utrum imortalitas quam habuit an̄ pctm̄ eſſet de conditione nature an gratie beneficio. b

Volet hic queri cū homo primus mortale ⁊ immortale corp⁹ habuerit: vtrum ex conditione nature ipi⁹ corporis habuerit vtrūq; an alterum bn̄ficium eſſet gratie. ſ. imortalitas. id poſſe nō mori? Ad quod dici poteſt: quia alterū habebat in natura corporis. id ē. poſſe mori. Alterū vero ſcꝫ poſſe nō mori erat ei ex ligno vite. ſ. ex dono gratie. Unde Aug⁹. ſup Gen̄. Quodāmodo creat⁹ eſt homo immortalis: quod erat ei de ligno vite. nō de conditiōe nature. Mortalis erat de cōditione corporis animalis. immortalis beneficio conditoris. Non eni immortale erat ꝙ onino mori non poſſet. quod nō erit niſi cum fuerit ſpirituale. Aperte dicit ꝙ non natura: ſed ex ligno vite habebat poſſe nō mori. Propter hoc aliqui dicunt ꝙ niſi illo ligno vite vteretur: non ſemper viueretur: quia peccaret. Peccaret enim ſi illo ligno nō vtereť: quia preceptū erat ei vt comederet de omni ligno paradiſi: niſi de ligno ſciētie boni ⁊ mali. Sicut ergo peccauit comedēdo qđ erat ꝓhibitū. ita etiā peccaret ſi nō comederet qđ erat iuſſum.

Rñſio q: Ꝺr alterꝫ fuiſſe ꝺ ꝯdiciōe nature. ſ. poſſe mori alterum ex gratie dono. ſ. poſſe nō mori

Aliq̄ dicūt ꝙ ſi nō vteretur ad az de ligno vite non ſꝑ viueret q: peccaret.

Si non foret preceptum vt de illo ligno cmoederet et alijs non illo vteretur an poſſet non mori. c

Sed adhuc queritur ſi nō eſſet p̄ceptū vt de ligno vite ederet ⁊ alijs ⁊ nō illo veſcereť nūq̄d poſſet nō mori? Si ſemꝑ viueret non vtēs de illo ligno: nō erat ei ex illo ligno poſſe non mori. Si vero nō poſſet ſemꝑ viuere id erat ei ex illo ligno poſſe. Aliqui dicunt ꝙ ſi nō fuiſſet ei preceptum veſci de illo ligno: ⁊ alijs ⁊ non illo veſcereť: viueret ſemꝑ. Sic determinātes illud quod ſupra dixit Auguſti. erat ei de ligno vite nō de conditione nature tm̄. ſ. quaſi nō ex cōditione nature ſolūmodo erat ei: ſed etiam ex illo ligno. Alijs autē videť ꝙ ex ligno vite erat ei poſſe nō mori: nō ex natura. Ideo enim dicitur potuiſſe non mori: quia poterat vti illo ligno de quo edens non moreretur.

Opinio quorundam.

Alioꝝ opini.

Queſtio Auguſtini quō immortalis factus ſit homo. d

De hac vero hominis immortalitate qualis fuerit Aug. ſuꝑ Gen̄. queſtionem mouens ſic ait. Quereť quō immortalis factus ſit homo pre alijs animātibus. ⁊ quō cum illis cōmunē accepit alimoniaꝫ? Sed alia eſt imortalitas carnis quā in adam accepimus: alia quaꝫ in reſurrectione ſperamus per chriſtū. Ille factus eſt homo immortalis vt non poſſet mori ſi nō peccaret: moreretur autem ſi peccaret. Filij vero reſurrectionis nec poterūt vltra peccare nec mori. Caro noſtra non tunc egebit refectione ciboꝝ: quia nulla poterit eſſe defectio. Caro ade an̄ peccatum ita immortalis creata ē vt ꝑ alimoniā adiuta eſſet mortis ⁊ doloris expers. Sic ergo immortalis ⁊ incorruptibilis cōdita eſt caro hominis: vt ſuam imortalitatem ⁊

Soluere incipit.

Attēde q̄ in p̄ceptis a deo hōi p̄mo datiſ ⁊ hoc ɔtinebatur vbi de oī ligno vbi de ligno ſcie boni et mali.

incorruptionē ꝑ obſeruātiam mādatorum dei cuſtodiret. In quibus mandatis hoc cōtinebat̄: vt de illis lignis cōceſſis mādu caret ⁊ ab interdicto abſtineret. Per horū eduliū imortalitatis dona cōſeruaret: donec corporalibus incremētis ꝑductus ad etatem que cōditori placeret multiplicate ꝓgenie ipſo iubente ſumeret de ligno vite quo ꝑfecte imortalis factus: cibi alimenta vlterius non requireret.

Summatim ſuꝑ ipſum verborum ſententiam ꝯſtringit. e

Ecce his verbis videtur Augu. tradere q̄ caro p̄mi hominis imortalitatem in ſe habuerit: que ꝑ alimoniam ciborū conſeruaret̄ vſq; ad tempus ſue tranſlationis in melius: quando de ligno vite comederet ⁊ fieret omnino imortalis: ita vt non poſſet mori.

Q̄d ex p̄dictis conſequi videt̄ hominē de nature ſue conditiōe quo quo modo fuiſſe immortalem ſed nō omnino fieret immortalis niſi participato ligno vite. f

Ideo aliqui dicūt q̄ imortalitatē de natura habebat qua poterat nō mori: que aliorū lignorū eſu poterat conſeruari: ſed nō poterat conſummari niſi ꝑ aſſumptionē ligni vite. Quod videtur Aug. ſentire ſuꝑ Geñ. dicens. Hoc q̄z addo talem cibū illam arborem preſtitiſſe. quo corpus hominis ſtabili ſanitate firmaretur: nō ſicut ex alio cibo ſed inſpiratione ſalubritatis occulta. Hic innuere videt̄ q̄ cū alijs cibis poſſet corpus ſuſtentari hoc cibo indeficiēte ſanitate firmaret̄. Ex quo conſequi videtur: q̄ ſicut in natura ſua habuit mortalitatem quandā. ſ. aptitudinem moriēdi: ita aliquā imortalitatē in natura ſui habuit. id ē aptitudinē qua poterat nō mori: cibis adiutus: ſed ſi ꝯſtitiſſet: immortalitatis perfectio eſſet ei de ligno vite. Sz qui hoc tradunt: quomō ſuperiora Auguſtini verba: quibus dicit q̄ erat immortalis ex ligno vite huic ſententie non contradicant diligēter inquirant.

Iſta ē diſtinctio. xix. hui⁹ ſecūdi libri. In qua magiſter poſtq̄ egit de ꝓductione humane nature agit de ipſius ɔſeruatione. Et tria facit. Nā primo oſtendit hoīem immortalē fuiſſe in ſtatu innocentie. Secūdo inquirit an illā imortalitatez habuiſſz a natura vel ex dono grē. Tertio recitat q̄d clamant de illa imortalitate diuerſe opiniones. Primum facit a principio diſtinctiōis vſq; ibi. Solet etiam queri. Scōm abinde vſq; ibi. Sed adhuc queritur. Tertiū vſq; ad finem diſtinctionis. Et tm̄ in generali. In ſpeciali ſententia mgr̄i ſtat in tribus ꝓpoſitionibus quarū prima eſt hec. Adam in paradiſo ante ſtatum peccati viguit nō moriendi ꝑtāte. Hanc ꝓbās mgr̄ dicit q̄ primus homo ante peccatū erat quodāmodo mortalis ⁊ quodammodo immortalis quia poterat mori ⁊ poterat nō mori. Poſtea inſinuat triplicem ſtatuz hominis. ſ. añ peccatū in quo habuit poſſe nō mori: poſt peccatū in quo habuit neceſſe mori: ⁊ poſt reſurrectionem in quo habuit impoſſibilitatē moriendi. Et ſubdit q̄ corp⁹ humanū erat animale egens alimētis: ⁊ ideo erat mortale: habēs tñ cū hoc poſſe non mori poſt pctm̄ factū eſt mortuū ⁊ neceſſitatē moriendi habens: ſz in reſurrectōe erit ſpūale cibis nō egens ⁊ mori nō potens. Secūda ꝓpoſitio eſt hec. Homini imortalitas affuit in ſtatu innocentie non ex conditione ſue nature ſed ex ligni vite vſu ⁊ ex bñficio conditoris. Hanc mgr̄ ꝓbās q̄rit: vtrū poſſe nō mori in ſtatu hō añ pctm̄ nō habuerit ex dono grē vel ex conditione ſue nature. Ad q̄d reſpondendo dicit: q̄ nō habuit hoc ex cōditiōe nature ſue ſed ex dono gratie vicz ex vſu ligni vite. Et hoc ꝓbat autoritate beati Augu. ⁊ ɔfirmat hoc dictio antiquorū dicens: q̄ homo poſſe nō mori habuit ex vſu ligni vite quod patet ex hoc q: ſi non fuiſſet eſu ei⁹ vſus peccaſſet: quia preceptum habuit: vt illo vteret̄: ⁊ ꝑ conſequēs cū mors ſequat̄ pctm̄ ſi homo eſu ligni vite vſus nō fuiſſet: mortē ſubijſſet: ⁊ ſic poſſe nō mori habuit ex vſu ligni vite. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Adā imortalitatez habuiſſe in ſtatu innocētie doctores opinādo deſignāt diuerſimode. Hāc mgr̄ ꝓbās querit. An dato q̄ hō nō habuiſſet p̄ceptum de vſu ligni vite ⁊ de alijs: an adhuc habuiſſet poſſe nō mori: ſz ſꝑ viuere ſi illo ligno vſus nō fuiſſet. Et reſpondens dicit aliquos dicere q̄ lignū vite nō fuit totalis cauſa immortalitatis ſed coadiuuās. Notandum q̄ erat ade datū triplex p̄ceptū ſiue mandatum. Vnū. ſ. diſcipline ⁊ tale datū erat p̄mo homini inq̄tum precipiebat̄ ſibi q̄ nō ederet de ligno ſciētie. Aliud eſt nature ⁊ hoc eſt duplex. ſ. ad ɔſeruanduz naturā vniuerſalē: ⁊ hoc dictū fuit ſibi: Creſcite ⁊ multiplicamini. Aliud ad cōſeruandū naturā ꝑticularē ſcz vt comederet de ligno vite. Alij dicūt q̄ oīno habuit immortalitatē ex vſu ligni vite. Et ſubdit quaſdam autoritates beati Aug. quib⁹ dicit̄ quō alia fuit immortalitas ade ab imortalitate beatorū in eterna patria: ſic q̄ imortalitas ade ꝑ vſum aliorū ciborum cōſeruata fuiſſet. ⁊ ad tempus. ſ. quouſq; ſumpſiſſet de ligno vite: ⁊ fieret ꝑfecte immortalis. Quibuſdā aūt viſum fuit q̄ etiā a natura habuiſſet quādam imortalitatē ſz ꝑfectam habuiſſet ꝑ vſum ligni vite. Magiſter autē ſuſtinet q̄ etiā primā imortalitatem ex vſu ligni vite habuiſſet. Et tm̄ in ſpeciali.

De modo procreationis filiorum ſi non peccaſſent primi parentes ⁊ quales naſcerentur filij. a

Poſt hec vidēdum eſt qualiter primi parētes ſi nō peccaſſent filios ꝑcreaſſent ⁊ quales ipſi filij naſcerent̄. Quidā putant ad gignēdos filios p̄mos homīes in paradiſo miſceri nō potuiſſe: niſi poſt pctm̄: dicētes concubitū ſine DI.XX.

Opinio quorundam.

q

coꝛruptione vel macula nō poſſe fieri. Sꝫ
ante pctm̄ nec coꝛruptio nec macula in ho
mine eſſe poterat: qm̄ ex pctō hec cōſecuta
Rn̄ſio ꝯtra illoꝝ opinionē. ſunt. Ad qꝺ dicendū eſt ꝙ ſi nō peccaſ
ſent p̄mi hoīes: ſine omni peccato ⁊ macu-
la in paradiſo carnali copula ꝯueniſſent: ⁊
eſſet ibi thoꝛus imaculatus et cōmixtio ſi
ne cōcupiſcentia: atq́ꝫ genitalibus mēbꝛis
ſicut ceteris imparent: vt ibi nullū motū il
licitum ſentirent. ⁊ ſicut alia mēbꝛa coꝛpis
alijs admouem⁹. vt manuꝫ oꝛi ſine ardoꝛe
libidinis: ita genitalib⁹ vterent̄ membꝛis
ſine aliq̄ pꝛuritu carnis. Hec em̄ letal' egri
tudo mēbꝛis humanis ex peccato inheſit.
Genuiſſent itaq́ꝫ filios i paradiſo ꝑ coituꝫ
Auguſti. ſup Gen̄. li. ix. imaculatum ⁊ ſine coꝛruptione. Cur non
credam⁹ pꝛimos hoīes ante peccatuꝫ geni
talibus mēbꝛis ad ꝓcreationem imperaſſe
potuiſſe: ſicut ceteris in q̄libet ope ſine vo
luptatis pꝛuritu vtunt̄. Incredibile enim
nō ē deū talia feciſſe illa coꝛpa: vt ſi nō pec
caſſent: illis mēbꝛis ſicut pedibus impera
rent: nec cū ardoꝛe ſeminarent: vel cū dolo
re parerent: ſed poſt pctm̄ motum illuꝫ me
ruerunt quē nuptie oꝛdinant: ꝯtinentia co
hibet. Infirmitas em̄ pꝛona in ruinā turpi
tudinis: excipit̄ honeſtate nuptiali: et qꝺ
ſanis eſt officiū: egrotis ē remediū. Emiſſi
quidē de paradiſo ꝯuenerunt ⁊ genuerūt:
ſed potuerūt in paradiſo eis eſſe nuptie ho
noꝛabiles ⁊ thoꝛus inmaculat⁹: ſine ardo
re libidinis: ſine laboꝛe pariendi.

**Quare in paradiſo nō coierūt du
obus modis ſoluit. b**

Cur ergo non coie
Aug⁹. ſuper Gen̄. rūt in paradiſo? Quia creata muliere mox
tranſgreſſio facta eſt: ⁊ eiecti ſunt de para-
diſo. Uel q2 nondū deus iuſſerat vt coirēt
et poterat diuina expectari autoꝛitas vbi
cōcupiſcentia nō angebat. Deus vero nō
iuſſerat: quia caſum eoꝝ p̄ſciebat: de qui-
bus homo ꝓpagādus erat. Ecce expꝛeſſe
habes de modo ꝓpagationis filioꝛum.

**De termino illius inferioꝛis vite:
vtrum natis filijs per ſucceſſiōes
an ſimul oēs tranſferēdi eſſent. c**

De termino vo tē-
poꝛis quo tranſferent̄ ad ſpūalez celeſtēq́ꝫ
vitā certū aliq̄d ſcꝑtura nō tradit. Et ideo
ambiguū ē vtrū parētes genitis filijs pfe
ctaq́ꝫ humani officij iuſticia ad meliorē ſta
tū tranſferent̄: nō per moꝛtē ſed per aliquā
mutationē: an partes in aliquo ſtatu vite
remanerent: ligno vite vtentes: donec filij
ad eundē ſtatū ꝑuenirent: ⁊ ſic impleto nu
mero omnes ſimul ad melioꝛa trāſferrent̄
vt eēnt ſicut ſancti angeli in celis. De quo
Aug⁹. ambigue diſſerit ſup Gen̄. ita inqui ens. Auguſti.
Potuerūt p̄mi homines in paradiſo
filios gignere nō vt moꝛientib⁹ patrib⁹ ſuc
cederent filij ſed in aliquo foꝛme ſtatu ma-
nentibus: ⁊ de ligno vite vigoꝛem ſumēti-
bus: ⁊ filij ad eūdem ꝑducerent̄ ſtatū: do-
nec īpleto numero ſine moꝛte animalia coꝛ-
poꝛa in aliam qualitateꝫ tranſirent: in qua
omino regenti ſpiritui deſeruirēt ⁊ ſolo ſpi
ritu viuificante ſine coꝛpoꝛeis alimētis vi
uerent. Uel potuerunt parentes filijs cede
re vt per ſucceſſionē numerus impleretur.
Qui genitis filijs pfectaq́ꝫ humani officij
iuſticia ad melioꝛa tranſferent̄: non ꝑ moꝛ
tem ſed ꝑ aliquaꝫ mutationē. Ecce hic ha
bemus de tranſitu hominis ad melioꝛa. ſꝫ
incertum nobis relinquitur: vtrum ſimul
tranſferantur an ꝑ ſucceſſiones.

**Quales ꝓcrearent filios: vtrū ꝑ-
fectionem ſtature ⁊ vſum mēbꝛo-
rum habētes qualis homo prim⁹
fuit conditus. d**

Si vo querit̄ qua
les ſi nō peccaſſet hō filios genuiſſet: vtrū
videlicꝫ ſicut ipe p̄mus hō ſm̄ staturā coꝛ
poꝛis ⁊ vſus mēbꝛoꝝ pfect⁹ mox cōditus
extitit: ita etiā eius filij i ipo natiuitatis ex
oꝛdio pfecti exiſterent: q̄ ambulare ⁊ loq̄ ⁊
cuncta facere poſſent? Rn̄deri pōt ꝙ filios Rn̄ſio vbi vno fine ambiguo poſito triptitā ſubijcit diſtinctionē.
ꝑuulos naſci opoꝛtebat ꝓpt̄ materni vteri
neceſſitatē. Sꝫ vtrū mox nati pfectōeꝫ ſta
ture ⁊ mēbꝛoꝝ vſuꝫ haberēt: an ꝑuuli ⁊ in
minoꝛi etate cōſtituti vti poſſent mēbꝛoꝛū
officijs: an ꝑ interualla tpm̄: eo mō quo nūc
fit pfectionē ſtature ⁊ vſum mēbꝛoꝝ rece-
pturi eēnt: de autoꝛib⁹ diffinitū n̄ habem⁹.

**Ambigua auguſtini verba ponit:
vbi tamen videtur innuere ꝙ filij
et paruuli poſſent membꝛoꝛuꝫ vti
officijs. e**

Et ſuper hoc Aug⁹
ambigue loquit̄. Mouet nos inq̄t ſi p̄mi
homines nō peccaſſent: vtrum tales filios
eſſent habituri qui nec lingua: nec manib⁹
nec pedibus vterent̄. Nam ꝓpter vteri ne
ceſſitatē foꝛte neceſſe erat paruulos naſci.
Sed q̄uis exigua ps coꝛpis ſit coſta: non

ꝓpter hoc puulaꝫ viro ꝯiugem fecit. Vñ
⁊ eius filios poterat oīpotentia creatoris
mox natos grādes facere. Sꝫ vt hoc omit
tā: poterat certe eis p̄ſtare quod multis ani
malibꝰ p̄ſtitit: quoꝝ pulli ꝙuis ſint puuli
tamē mox vt naſcunt̄ currunt ⁊ matrem ſe
quunt̄. Ecōtra homini nato nec ad īceſſū
pedes idonei ſunt: nec manus ſaltē ad ſcal
pendum abiles: ⁊ iuxta ſe mām̄is poſitis
naſcentes magis poſſunt eſuriētes flere ꝗ̄
ſugere: ꝓpterea infirmitati mentis congru
it hec infirmitas carnis. His verbis videt̄
inſinuari ꝙ filij etiam paruuli officijs mē-
broꝝum valerent vti.

Quibuſdam non abſurde placuit ꝙ filij parui naſcerentur: ⁊ per acceſſum tēporis in ſtatura ⁊ in alijs ſicut nunc ꝓficerent qḋ non eſſet vitio imputandum. f

Sed cuꝫ Augꝰ ſub

aſſertione de his nihil tradat: nō irrōnabi
liter quibuſdam placuit primoꝝ parentuꝫ
filios naſcituros puos: ac deinde p inter-
ualla tempoꝝ eadē lege qua ⁊ nūc natiui-
tatē humanā ordinatā cernimꝰ: ſtature in-
crementū ⁊ mēbroꝝ uꝫ vſum recepturos vt
in illis expectaret̄ etas ad ambulanduꝫ et
loquēdū ſicut modo in nobis: quod vtiꝗ̄
non eſſet vitio imputandū: ſed conditioni
nature: ſicut a cibo abſtinere penitus non
valebant nec tamen illud erat ex vitio: ſed
ex natura conditionis.

Oppoſitio quorundam volentiū probare eos poſſe viuere ſine alimonia g

Ad hoc autē oppo

nit̄ ita. Si nō peccarēt nō morerent̄: ſ; non
peccarēt ſi non comederent. Poterāt igit̄
ſine alimonia viuere. Ceteꝝ ſicut ſupra di
ximus nō ſolū peccarent ſi de ligno vetito
ederent: ſed etiā ſi cōceſſis nō vterēt̄: qꝛ ſic
erat eis p̄ceptum nō illo ligno vti: ita alijs
veſci. Preterea ꝯtra naturalem rōnē face-
rent qua intelligebant de illis eſſe edenduꝫ
qḋ naturaliter appetebāt. Itē opponit̄. *Alia oppoſitio circa idē.*
Cū fames ſit pena pcti: ſi nō peccarent: fa
mē nō ſentirent: ſ; ſine fame ſupfluū videre
tur comedere. Vñ putāt q̄dā eos cibos nō
indiguiſſe añ pctm̄: quia nō poterāt eſuri-
re ſi nō peccaſſent. Ad quod dici pōt: ꝙ fa
mes vere defectus eſt ⁊ pena peccati. Eſt
eīm immoderatꝰ appetitꝰ edendi: cui nō ſub
iacuiſſet hō ſi ñ peccaſſet: ſ; ꝓculdubio pec
caret niſi hunc defectū cibo p̄ueniret. Ha-
bebat eīm naturalē appetitum ⁊ moderatūꝫ
cui ita ſatiſfaciendū erat ne defectuꝫ famis
ſentiret. Sicut g̊ non ex vitio ſed ex nature
cōditione erat ꝙ añ pctm̄ hō cibis indige-
bat: ita nō ex vitio eēt: ſed de natura: ſi ho
minis conditio in p̄ncipio ſuo. i. in p̄mo pa
rente a pfecto inchoata in ſubſequēti ꝓpa
gatione a modico ad maioꝛa ꝓficeret: vt. ſ.
p interualla tp̄is ſtature corporee incremē
ta vſumꝗ̄ membroꝝ ſuſcipet.

Utrū ſicut ſtatura corporis ita etiam ſenſu mētis puuli naſcerēt̄: et p acceſſum tp̄is ꝓficerent in ſenſu ⁊ noticia veritatis. ſ. an mox nati in his eſſent pfecti. h

Et cum de corpore

humano nō ſit abſurdum vel incōueniens
hoc exiſtimare. q̄ri ſolet. vtrū de ſenſu aīe
⁊ cognitiōe veritatis eodē modo ſentiēdū
ſit. vt ſcꝫ hi q̄ ſine pctō naſcerent̄: ſenſu ⁊ in-
telligētia mētis ⁊ impfecti exiſterēt: ⁊ p ac
ceſſū tp̄is in his ꝓficerēt vſꝗ̄ ad pfectionē
an mox conditi pfectionē ſenſus ⁊ cogniti
onis pciperēt. Illi q̄ ſentiūt puulos na *Reſponſio*
tos in ſtatura corpis ⁊ vſu mēbrorum p ac
ceſſum tp̄is ꝓfecturos: nō diffitent̄ eoſdeꝫ
in exordio natiuitatis ſenſu impfectos exi
ſtere ⁊ p interuallum tp̄is in ſenſu ⁊ cogni
tione ꝓficere vſꝗ̄ ad pfectum.

Contra illorum ſententiam opponunt quidam. i

Ad quod quidam

opponūt dicētes. Si mox nati nō haberēt
pfectionē ſenſus ⁊ intelligētie: ignorātia in
eis eſſet: ignorātia aūt pcti eſt pena. Sed q̄
hoc dicūt nō ſatis diligēter ꝯſiderāt: quia
nō oīs qui aliquid neſcit vel minus pfecte
aliquid ſcit: ſtatim ignorantiā habere ſiue
in ignorantia eſſe dicēdus eſt: qꝛ ignoran-
tia nō dicit̄ niſi cū id qḋ ſciri ⁊ nō ignorari
debet neſcit̄. Taliſꝗ̄ ignorantia pena pec- *Quō ignorantia dicit̄ eſſe in aliquo.*
cati eſt cū mens vitio obſcurat̄: ne cogno-
ſcere valeat ea que ſcire deberet.

De hoīs tranſlatione in melioreꝫ ſtatū ⁊ de duobus bonis altero h̄dato altero ꝓmiſſo. k

Talis erat homīs

Inſtitutio ante peccatum ſm corporis con/
ditionem. De hoc autem ſtatu transferen/
dus erat cū vniuerſa poſteritate ſua ad me
liorē digniorem ſtatū: vbi celeſti ⁊ eter-
no bono in celis ſibi parato frueretur. Sicͭ
eīn ex duplici natura compactuſ eſt homo
ita illi duo bona conditor a principio ꝑpa
rauit: vnum temporale: alteꝝ eternū: vnū
viſibile: alterū inuiſibile: vnū carni: alteꝝ
ſpiritui. Et qꝛ ꝑmum eſt quod eſt animale
deinde quod ē ſpirituale: temporale ac vi-
ſibile bonū pri⁹ dedit. Inuiſibile aūt ⁊ eter
nū ꝓmiſit. ⁊ meritis querendum ꝓpoſuit. — Nꝫ rōnē natu ralē ⁊ ꝑceptuꝫ dedit de⁹ hōi ad ſeruādū bo nū qđ accepat ⁊ ꝓmerēdum quod ꝓmiſſuꝫ erat.
Ad illius aūt cuſtodiā qđ dederat: ⁊ ad
illud ꝓmerendum qđ ꝓmiſerat: naturali
rationi in creatione anime hominis indite
qua poterat inter bonū ⁊ malū diſcernere
preceptū addidit obediētie: ꝑ cuius obſer
uantiā datū non ꝑderet ⁊ ꝓmiſſum obtine
ret: vt ꝑ meritum veniret ad premiū.

Iſta eſt diſtinctio. xx. hui⁹ ſecūdi
libri. In qua magiſter poſtꝗ egit de conſeruatione
humane nature ꝑ nutrimenti ſumptionē: agit de cō
ſeruatione eiuſdem ꝑ naturalem generationem. Et
tria facit. Primo eīn inquirit an homines in ſtatu in
nocentie ante peccatum genuiſſent. Secūdo quales
proles ꝓcreaſſent. Tertio qualiter ad ſtatum melio
rem ꝑtranſiſſent. Primū vſ ibi. Si vero queritur.
Secundum vſ ibi. Talis erat hominis inſtitutio.
Tertium vſ ad finem diſtinctionis. Et tm̄ in gene
rali. In ſpeciali ſententia mgr̄i ſtat in trib⁹ ꝓpoſitio
nibus quarū prima eſt hec. Si primi parētes nō
peccaſſent generatiōis officio ſine prurītu ⁊ libidine
in paradiſo expleto ſine morte cū oīnbus ſuis ſimul
vel ſucceſſiue ad meliorem ſtatum tranſlati fuiſſent.
Hanc mgr̄ inſinuans querit: qualiter ꝑmi parētes
filios ꝓcreaſſent ſi non peccaſſent. Et rn̄dens dicit
quoſdā opinatos fuiſſe ꝑ concubitum non genuiſ
ſent: eo concubitus ſine corruptione non eſt: que
corruptio ante peccatum eſſe non potuit in homine.
Sed magiſter dicit ſm veritatem ꝯcubitus ibi fu
iſſet thorus īmaculatus: ⁊ nuptie honorabiles: ⁊ cō
mixtio ſine concupiſcentia: ⁊ vſum membrorūꝫ geni
talium ſine corruptione: imo membra genitalia fuiſ-
ſent homini ad vſum ſm volūtatem: ſicut homo vti-
tur alijs mēbris. Poſtea magiſter mouet duas ꝗſtio
nes. Prima eſt: quare non fuit generatio in paradi-
ſo facta. Et reſpondet hoc fuit: vel qꝛ nondū de⁹
preceperat generarent: vel quia ſtatim poſt mulie
ris formationē peccatū ⁊ eiectio de paradiſo fuit ſe-
cuta. Secunda queſtio eſt. Qualiter ꝑentes poſt ge
nerationem ad ꝑfectam immortalitatēꝫ ⁊ beatitudi
nem tranſiſſent. Reſpondet hic eſt dubium. Naꝫ
ſcriptura nihil de hoc ponit: ſed tamen fieri potuiſſꝫ
vt ꝑacta generatione ſtatim parētes anteꝗ filij fuiſ
ſent ad beatitudinem trāſlati. Uel ſic parentes et
filij ſimul vixiſſent: ⁊ poſtea cōpleto numero electo-
rū ſimul ad beatitudinē fuiſſent tranſſumpti. Se
cūda ꝓpoſitio eſt hec. Primi parētes ſi in ſtatu ꝑſti
tiſſent innocentie filios nō ſolū in ſtatu ꝑuulos: ac ꝑ
fecto vſu membrorū deſtitutos ⁊ alēdos genuiſſent
donec corpe ⁊ intellectu ad ꝑfectuꝫ ꝓfeciſſent. Hāc
magiſter ꝓbans mouet ⁊ determinat circa hoc du-
as queſtiōes. Prima ē. Quales filios genuiſſent in
ſtatu īnocētie. ſ. an filios magnos ſm corpus ac mē-
brorum ſuorum vſum habentes ſicut primi parētes
creati fuerunt membrorum ſuorum cōpotes loquen
tes ⁊ operantes ſeniorum hominū operationes. Ad qđ
reſpondēs dicit oportebat naſci paruulos ꝓpter
maternorum viſcerum artitudinem. Sed quia bea-
tus Aug⁹ hanc queſtionē mouens ⁊ nihil determi-
nās dicit antiquos fuiſſe opinatos filij naſcentes
eque membrorum vſum ⁊ loquele vſum habuiſſent.
ſicut apparet in quibuſdam animalibus ſtant ime
diate poſt natiuitatem ⁊ matres ſequunt̄. Alijs au-
tem placet: tunc ſicut modo in ſtatura corpis ⁊ lo-
quela ⁊ in alijs huiuſmodi ꝑ temporis momenta ꝓ
feciſſent: quia ſicut ex cōditione nature in illo ſtatu ſi
ne culpa indigebant cibo: ſic etiam ex conditione na
ture in illo ſtatu ſine culpa de ꝑuulis in magnos pro
feciſſent. Secunda queſtio eſt vtrū in alijs que cō
cernunt animam ſcilꝫ in ſenſu ⁊ intellectu ꝓfeciſſent
ſm concernentia ipſum corpus. Et reſpōdens dicit
ſuſtinendo ipſam primam opinionem ſupradictam:
ſcꝫ ꝓfeciſſent ſm corpus: poteſt etiam ſuſtineri ſe
cunda. ſ. ꝓfeciſſent ſm animā ⁊ in his que ad ani
mam ꝑtinent ad augmentum accepiſſent: attamē ig
norantia ſcientie tunc in paruulis non fuiſſet penoſa
ſicut modo in hominibus: ſed tantum naturalis: eo
 non fuiſſet reſpectu eorum que ſcire tenerētur: ꝗ
lis ſolum dicitur pena. Tertia propoſitio eſt hec.
Talis conditionis erat hominis inſtitutio ante pec
catum obſeruando diuinum preceptum fuiſſet cū
tota ſua poſteritate tranſlatus vltimate ad meliorē
ſtatum vbi meliori bono: ſcꝫ eterno frueretur. Hanc
propoſitionem magiſter ſententialiter ponēs ſubdit
rationē quare homo de illo bono temporali ad eter
num traſferetur: quia ſicut ex duplici natura hō cō-
ſtabat: ita duplex bonū de⁹ ei ꝑauerat. Primū bonū
ſm apoſtolū eſt tempale ⁊ viſibile: quod ſcꝫ prepara
uit carni in ꝑadiſo. Aliud bonū eſt ſpūale eternuꝫ ⁊
inuiſibile. ſ. beatitudo eterna: ad qđ mediāte obediē
tia ⁊ merito ferendus fuit. Et tm̄ in ſpēali.

De inuidia diaboli qua ad homi- nē temptandum acceſſit. a

Idēs igitur DI. XXI.
diabolus hoīem ꝑ obedien-
tie hūilitatem poſſe aſcēdere
vnde ipe per ſupbiam corru
erat inuidit ei: ⁊ qui prius ꝑ ſupbiam dia/
bolus fuerat. id eſt. deorſuꝫ lapſus: zelo in
uidie factus eſt ſathan. i. aduerſarius. Uñ
⁊ mulierē tēptauit in qua minus ꝗ̄ i viro
rationē vigere nouit. Eius eīn malicia ad
tēptādum ꝟtutē timida hūanā naturā in
ea ꝑte vbi debilior videbat̄ aggreſſa ē. Ut
ſi forte illic aliquaten⁹ ꝑualeret: poſtmodū
fiduciali⁹ ad alteram ꝗ robuſtior fuit: pul/
ſandam vel poti⁹ ſubuei tendaꝫ accederet.
Primū ḡ ſolitariā feminā explorauit: vt i — Quare ad fe minā prius ve nit.
ea primū oēm ſue tēptatiōis vim expiret̄.

Quare in aliena forma venit. b

Sed qꝛ illi per vio
lentiā nocere nō poterat: ad fraudem ſe cō
uertit: vt dolo hominē ſupplantaret: quem

ꝟtute ſupare nequiret. Ne autē fraus illiꝰ
nimis manifeſtaref in ſua ſpecie non venit
ne apte cognoſceref ⁊ ita repelleref. Itē
ne nimis occulta foret fraus eiꝰ que caueri
nō poſſet: ⁊ hō ſimul videref iniuriaꝫ pati
ſi taliter circūueniri pmitteret euꝫ deꝰ vt p
cauere nō poſſet: in aliena quidē forma ve
nire pmiſſus ē diabolus: ſ in tali in qua eiꝰ
malicia facile poſſet dephendi. Ut ḡ in p
pria forma nō veniret: volūtate ſua ppa fa
ctū eſt. Ut aūt in forma ſue malicie cōgruē
ti veniret: diuinitꝰ factuꝫ ē. Uenit ḡ ad ho
minē in ſerpente: q̄ forte ſi pmitteref in co
lumbe ſpecie venire maluiſſet. Sꝫ non erat
dignū vt ſpūs malignꝰ illā formā hōi odio
ſam faceret: in q̄ ſpūſſanctꝰ apparituꝰ erat.

Quare nō niſi in forma ſerpētis acceſſit.

Nō ḡ niſi p ſerpentē tēptare pmiſſus fu
it diabolus: vt p illud qđ foriſ erat aſtutiā
tēptantis aīa aduertere femina quiret. Dia
bolus em̄ p ſerpentē tēptabat i quo loque
baf. Ideoqꝫ ſerpēs dictꝰ eſt eſſe callidi
or cūctis aīantibꝰ terre.

Quare dictꝰ ē ſerpēs callidior cunctis animantibus.

Quia vt ait Augꝰ
Mali angeli licꝫ ſupbia deiecti: natura tn̄
ſunt excellētiores oībus beſtijs pꝑter emi
nentiā rōnis: Quis ſerpens nō rōnali aīa:
ſed ſpiritu diabolico poſſit ſapiētiſſimꝰ di
ci. Non eſt ḡ mirū ſi diabolus ſpū ſuo im
plens ſerpentē ſicut vates iplebat: ſapiētiſ
ſimū reddiderat oīm beſtiarū: quē tn̄ ad tē
ptandū nō elegit diabolus. ſed p qđ anīal
pmiſſus fuit tēptauit. Un̄ Augꝰ ſup Gen̄

Auguſti.

Nō eſt putandū q diabolus ſerpentē per
quē tēptare elegerit: ſed cū decipere cupe
ret nō potuit: niſi p qđ aīal poſſe pmiſſus
eſt. Nocendi em̄ voluntas ineſt cuiqꝫ a ſe:
ſed ptās a deo. Sic autē loquebaf diabo
lus p ſerpentē ignorantē: ſicut p energumi
nos vel p phanaticos loquif. Serpēte. n.
velut organo eſt vſus mouens naturā eiꝰ
ad exprimendū ſonos verboꝝ ⁊ ſigna qui
bus ſuā monſtraret voluntatē. Serpēs ḡ
nec verba itelligebat: nec rōnalis eſt factꝰ:
callidiſſimꝰ tn̄ eſt dictus pꝑter aſtutiā dia
boli. Locutꝰ eſt autē ſicut aſina balaam: ſ
hoc diabolicū: illud angelicū fuit. boni. n.
⁊ mali angeli ſimiliter opanf. Hic queri ſo
let quare mulier nō horruit ſerpētē. Quia
cū nouerit creatū eſſe: ipm etiam officiū lo
quendi a deo accepiſſe putauit.

Quare mulier nō horruit ſerpentem.

De modo temptationis. c

Temptatio autē

Quare ex interrogatione exorſus eſt.

hoc mō facta ē. Stans corā femina hoſtis
ſupbus: nō audet in ꝟba pſuaſionis exire
metuēs dephendi: ſed ſub interrogatione
eā aggredif: vt ex rn̄ſione colligeret q̄liter
in malicia pcedere poſſet. Cur inquit p̄ce
pit vobis deus: vt nō comederetiꝰ de ligno
padiſi? Cui rn̄dit mulier. De fructu ligno
ruꝫ que ſunt in paradiſo veſcimur. De fru
ctu ꝟo ligni qđ eſt in medio padiſi p̄cepit
nobis deus ne comederemꝰ ⁊ ne tāgeremꝰ
ne forte moriamur. In q̄ verbo dedit locū
tēptandi cuꝫ dixit: ne forte moriamur: vn̄
mox diabolus dixit ad mulierē Nequaq̄
moriemini: ſcit em̄ deus q in q̄cūqꝫ die co
mederitis ex eo: apienf oculi vr̄i: et eritis
ſicut dij ſcientes bonū ⁊ malū. Attende or
dinem ac pgreſſum hūane pditionis. Pri
mo deꝰ dixerat: quacūqꝫ die comederitis ex
eo morte moriemini. Deinde mulier dixit:
ne forte moriamur: nouiſſime ſerpēs dixit:
nequaqꝫ moriemini. Deꝰ affirmauit. muli
er quaſi ambigēdo illud dixit: diabolꝰ ne
gauit. Que ḡ dubitauit ab affirmāte receſ
ſit: ⁊ neganti appropinquauit.

Uerba ſpētis

Addit ſerpēs nactꝰ fiduciaꝫ ex ꝟbis mulieris pmiſſionē falſam.

De verſutia diaboli q̄ vt faciliꝰ p
ſuaderet malū remouit: ⁊ bonum
in pollicito duplicauit. d

Qui ad ſuam pſua

ſionē plenit ſuffulciendā. i. vt malū qđ itē
debat libē pſuaderet ⁊ maluꝫ qđ mulier ti
muit negādo remouit: ⁊ repromiſſionē ad
didit: ⁊ vt eiꝰ pſuaſio citius reciperef pro
miſſionē duplicauit. Unā nempe comeſti
onē ſuadens: duo in p̄mio pꝑoſuit: ſimili
tudinē dei: ſcientiā qꝫ boni ⁊ mali ſpondēs
Ubi tribus modis hoīem tēptauit. ſ. gula
in pſuaſione cibi cū dixit. In quocūqꝫ die
comederitis. Inani gloria in pmiſſiōe dei
tatis cum dixit. Eritis ſicut dij. Auaricia
in pmiſſione ſcientie: ſciētes bonū ⁊ malū.
Gula ē immoderata cibi auiditas. Uana
gloria amor pꝑrie excellētie. Auaricia im
moderata habendi cupiditas: que nō ē tn̄
pecunie: ſed etiam altitudinis ⁊ ſcientie cū
ſupra modū ſublimitas ambif.

Q̄ hō tribus modis tēptatꝰ eſt. Gula: Uana glia: Auaricia.

De duplici tēptatiōis ſpecie. e

Porro ſciendū eſt

duas eſſe ſpēs tēptationis: interiorē ſcꝫ et
exteriorē. Exterior temptatio eſt qn̄ nobis
extrinſecus malū viſibiliter ſuggerif ꝟbo
vel ſigno aliquo vt ille cui fit ad conſenſuꝫ
peccati declinet: ⁊ talis temptatio tātuꝫ fit
ab aduerſario. Interior vero tēptatio eſt.
qn̄ inuiſibiliter malū nobis itrinſecus ſug

Que ſit exterior tēptatio ⁊ a quo fiat

Que ſit tēptatio iterior ⁊ a quo fiat.

gerit: ⁊ hec tẽptatio aliqñ fit ab hoſte: aliqñ a carne. Naʒ ⁊ diabolus inuiſibilit̃ mala ſuggerit et ex carnis corruptiõe ſuborit̃ motus illicitus ⁊ titillatio praua: idq̃ꝫ temptatio que ex carne non eſt fit ſine peccato. Que aũt eſt ab hoſte: niſi ei conſentiat̃ nõ habet peccatum: ſed eſt materia exercẽde virtutis. Temptatio aũt carnis iterior difficilius vincit̃: quia interius oppugnãs de noſtro contra nos roborat̃. Homo ergo q̃ ſola exteriori temptatiõe pulſatus cecidit. tanto grauius plectendus erat quãto leuiori impulſu fuerat proſtratus. Et tamẽ q2 aliquam lʒ modicã cadendi occaſionẽ habuit. Idcirco ꝑ dei gratiam iuuari potuit ad veniã: vt qui per aliuʒ ceciderat: ꝑ aliũ erigeret̃. Qui g̃ incitationẽ habuit ad malum: nõ iniuſte repatoreʒ habuit ad bonũ Diabolus vero quia ſine alicui⁹ temptatione peccauit: ꝑ aliuʒ vt ſurgeret iuuari nõ debuit: nec per ſe potuit. Et ideo irremediabile peccatũ ei⁹ extitit. pctm̃ vero homis ſicut ꝑ alium habuit initium: ita ꝑ aliũ nõ incongrue habuit remedium.

Quare homo ꝑ aliũ ſurgere potuit ⁊ nõ diabolus ⁊ hoīs pctm̃ remediabile: diaboli vero non.

Quare homo non angelus ſit redemptus. f

Preterea angelica natura qm̃ nõ tota pierat: ſed ex pte pſtiterat non eſt redempta: hũana vero tota pierat. Et ideo ne penitus pderet: ex pte ẽ redempta: vt inde ruina ſuppleret̃ angelica. Unde Aug⁹. in ench. Placuit vniuerſitatis creatori et moderatori: vt qm̃ non tota multitudine angeloꝝ deũ deſerẽdo pierat ea q̃ pierat in ppetua pditione remaneret. Que aũt cũ deo illa deſerente pſtiterat: de ſua certiſſime cognita ſemꝑ felicitate gauderet. At vo creatura rationalis que ĩ hominib⁹ erat: qm̃ peccatis atq̃ꝫ ſupplicijs tota pierat ex parte poterat reparari. Unde angelice ſocietati ſuppleret̃ quod ruina illa minuerat. hoc em̃ promiſſum eſt ſanctis q̃ erunt equales angelis dei.

Auguſti. in ench.

Q̃ non ſoli viro preceptum fuit datum. g

Illud etiaʒ notandum ẽ q̃ nõ ſoli viro p̃ceptũ videt̃ eſſe datum cũ ipſa mulier teſtat̃ ſibi etiã eſſe mandatum dicẽs. Precepit nobis de⁹ ⁊c. Supra tamen legit̃ ante factã mulierem deum dixiſſe viro. De ligno ſcientie boni et mali ne comedas. Nõ dixit: ne comedas. Forte quia facturus erat mulierẽ de viro: ſic p̃cepit: vt per virum ad mulierẽ pueniret mãdatum: quia mulier que ſubiecta viro fuit nõ niſi mediante viro diuinuʒ debuit accipere preceptũ. Unde apoſtolus: Si quid diſcere voluerint domi viros ſuos interrogent. Si querit̃ quõ loqui potuerũt vel loquenteʒ intelligere qui non didicerãt inter loquẽtes creſcendo vel magiſterio: Dicimus quia deus eos tales fecerat qui poſſent loqui: ⁊ diſcere ab alijs ſi eſſent:

Aug⁹. ſuper Geñ.

Quõ loq̃ potuerũt ⁊ loquẽtẽ intelligere.

Iſta eſt diſtinctio. xxj. hui⁹ ſecũdi libri. In qua magiſter poſtq̃ egit de ptinentibus ad primã hominis inſtitutionẽ: agit de ptinẽtib⁹ ad eius caſum ⁊ deſtitutionẽ. Et tria facit. Primo oſtẽdit quõ contingit primos parentes preuaricari. Secũdo ſubdit quare decuit pctm̃ eoꝝ remediari. Tertio aũt ſubiungit q̃ preceptum dei ꝑ virum ad mulierem debuit deriuari. Primuʒ facit a principio diſtinctionis vſq̃ꝫ ibi. Et tamen quia aliquam. Secunduʒ vſq̃ꝫ ibi. Illud etiam. Tertium vſq̃ꝫ ad finem diſtinctionis. Et tm̃ in generali. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribus ppoſitionibus quarum p̃ma eſt hec. Homo in paradiſo a diabolo temptatus eſt diuinum preceptum preuaricatus. Hanc ppoſitionem magiſter probans dicit: q̃ diabolus videns q̃ homo ꝑ ſimilitudinẽ obediẽtie poſſet ad gloriã aſcẽdere celeſtem a qua ipſe ꝑ ſupbiã corruerat idõ inuidens homini eum temptauit: ⁊ vires ſuas quodammodo in eo expiens: ſed in debiliori pte ſex⁹. ſ. ĩ muliere quã ꝑ temptationẽ aggreſſus eſt. Uñ volens dolo ſupplantare que virtute ⁊ violentia ſupare nequibat mulieri apparuit nõ quidem in ſua ſpecie ppria ne cognoſceret̃ apte: ſed neq̃ꝫ etiam in quacũq̃ꝫ alia ſpecie pmiſſus fuit apparere: ſed tm̃ in illa ĩ qua ei⁹ fraus de facili poſſet comprehendi. ſ. in ſpecie ſerpẽtis per quem diabolus quaſi ꝑ quoddam inſtrumentum locutus eſt: nec ſerpens verba intelligebat: ſed mouebat̃ a diabolo: ſicut aſina Balaã ab angelo bono: quem ſerpentem mulier videns loquentem: credidit ipſuʒ loquẽdi officiũ a deo recepiſſe. Et ſubdit q̃ temptatio hoc ordine facta eſt ⁊ modo q̃ diabol⁹ interrogatiue loquebat̃ dicens. Quare p̃cepit deus ne de hoc ligno comederetis: vt ex reſponſione eius diſceret qualiter in temptatione procedere deberet Unde cuʒ mulier ſtatim dubitatiue reſpondit dicẽs. Ne forte morte moriamur. Ipſe negatiuã addidit cctus metum mortis excludẽdo ⁊ dixit. Nequaq̃ꝫ moriemini: ⁊ ad mulieris maiorem deceptionem p̃miuʒ pmittẽs ei illa que homo naturaliter appetit. ſ. primo vitationẽ ignorantie dicens Aperient̃ oculi vri. Secundo excellentiaʒ dignitatis addens. Et eritis ſicut dij: ⁊ perſpicacitatem ſcientie concludens: ſciẽtes bonum ⁊ malum. Temptauit quidem p̃mo ipſaʒ de gula loquens de cibo. Secundo de vana gloria in promiſſione dignitatis. Tertio de auaricia in ſciẽtie pmiſſione. In hac em̃ triplici pmiſſione triplici genere peccati diabolus primum hominem temptauit. Subdit autẽ duas eſſe ſpecies temptationis: quarũ vna eſt exterior: ⁊ fit cuʒ malũ ab extra viſibili ſigno vel vbo ſuggeritur. Alia quidem eſt interior que inuiſibiliter pficit̃ ab aduerſario: ⁊ ẽ duplex. Quia. n. qñq̃ꝫ fit ab hoſte tm̃: ⁊ ſic eſt ſine pctõ. Aliqñ a carne: que nõ fit ſine peccato: ⁊ quia temptatio interior difficilior eſt q̃ exterior: ⁊ homo ſola temptatione exteriori pulſatus cecidit. ideo tanto grauius plecten-

dus erat:quãto leuiori pulſu fuerat ꝓſtratus. Se
cunda ꝓpoſitio eſt hec. Cõueniens quidẽ fuit hoiez
poſt lapſum ꝑ aliquem redemptorẽ reformari ⁊ non
angelum. Hanc eñ ꝓpoſitionẽ mgr̃ ꝓbans aſſerit
rationes quare pctm̃ hominũ fuit remediabile:⁊ nõ
peccatum angelorum. Prima enim eſt:quia licet ho
mo modicam habuit occaſionem ad pctm̃:tm̃ quia ꝑ
alium ſeductꝰ cecidit:ꝑ alium repari debuit. Diabo
lus vero quia nullo ſuadẽte peccauit pctm̃ eius irre
mediabile extitit. Alia ratio eſt:q2 nõ tota angelica
natura preuaricata fuit vel ꝑeret:humana aũt tota
ꝑerat:ideo humana natura magis erat reparanda
imo etiam ꝑ humane nature reꝑationem angelorũ
ruina erat reparanda ⁊ reſtauranda. Tertia pro
poſitio eſt hec. Congrue ſunt diuina precepta per vi
rum ad primam mulierẽ deriuata. Hanc propoſitio
nem magiſter probans dicit. Hic eſſe notandũ ꝙ nõ
ſoli viro datum fuit preceptũ de abſtinentia ligni ve
titi. Quod patet ex hoc quia mulier reſpondens dia
bolo dixit. Precepit nobis deꝰ ⁊c̃. nõ obſtãte ꝙ etiã
ante mulieris formationem dñs viro p̃ceptum dede
rit:quod per eum ad mulierem debuit deferri: quia
viro ſubiecta debuit nõ imediate a deo:ſed ꝑ medi-
um viri preceptum diuinum recipe. Sicut dicit apo
ſtolus ad Cor. x. Si quid diſcere voluerit mulieres
domi viros ſuos interrogent. Et ſubdit quomo-
do vir potuit loqui ⁊ quõ mulier virum loquentẽ in-
telligere potuit. Et dicit ꝙ reſpõderi poteſt ꝙ tales
fuerunt a deo facti:quia poterãt loqui. Et tm̃ in ſpe
ciali de ſententia huius diſtinctionis.

De origine illius peccati. a

DI.XXII

b

Jc videt̃ di-
ligẽter inueſtigandũ eſſe que
fuerit origo ⁊ radix illius pec
cati. Quidã putãt quãdã ela
tionez in animo hois preceſſiſſe:ex qua di-
aboli ſuggeſtiõi cõſenſit. Qd̃ videt̃ Augꝰ
innuere ſuꝑ Geñ. ita inquiẽs. Nõ ẽ putan
dũ ꝙ hõ deijceret̃ niſi p̃ceſſiſſet in eo q̃daz
elatio cõprimẽda: vt ꝑ hũilitatem peccati
ſciret q̃ʒ falſo de ſe p̃ſũpſerit: ⁊ ꝙ non bñ ſe
hʒ natura ſi a faciẽte receſſerit. Jtẽ in eodẽ
Quõ ꝟba tẽptatoris crederet mulier deũ
ſe a re bona ⁊ vtili ꝓhibuiſſe:niſi ineſſet eiꝰ
mẽti amor ille ꝓprie ptãtis : ⁊ de ſe ſuꝑba
p̃ſumptio:q̃ ꝑ temptationẽ fuerat ɔuincẽ-
da aut perimẽda. Deniq3 nõ ɔtenta ſuaſi-
one ſerpẽtis aſpexit lignũ bonũ eſu:decoꝝ
aſpectu:nec credẽs ſe idẽ poſſe mori: forte
putauit deũ alicuiꝰ cã ſignificatiõis illa di
xiſſe ideo mãducauit: ⁊ dedit viro ſuo for-
taſſis cũ aliq̃ ſuaſione quã ſcriptura intelli
gẽdã reliquit. Uel forte nõ fuit ſuaderi ne
ceſſe: cũ eã mortuã eſſe illo cibo nõ videret
vir. Sic ẽ g̊ nõ ẽ ꝑmiſſus diabolꝰ tẽptare fe
minã niſi ꝑ ſerpentẽ:ita nec viruz niſi ꝑ fe
minam. Ut ſicut p̃ceptum dei per virũ ve
nit ad mulierẽ:ita diaboli temptatio ꝑ mu
lierẽ trãſiret ad virũ. Jn muliere vero que
rõnalis erat nõ ẽ ipe locutꝰ vt i ſerpẽte:ſ ꝑ

Opinio quorũdã q̃ dicũt elatõez p̃ceſſiſſe i aĩo hois.

Augꝰ. ſuper Geñ.

ſuaſio eiꝰ:cuius iſtinctu adiuuaret interiꝰ
qd̃ ꝑ ſerpẽtẽ gerebat exteriꝰ. Ex p̃dictis tẽ
ptatiõibꝰ modꝰ atq3 ꝓgreſſus iſinuat̃:nec
nõ etiã qd̃ p̃diximꝰ innui vid̃r. ſ. ꝙ tẽptati
onem p̃ceſſerat aliqua elatio ⁊ preſumptio
in mente hominis.

Q̃ alit̃ locutꝰ ẽ diabolꝰ i muliere q̃ꝫ in ſerpente.

Obiectio contra illos q̃ dicũt ela-
tionem p̃ceſſiſſe in mente. b

Quod ſi ita fuit nõ
q̊ alteriꝰ ſuggeſtiõe p̃us peccauit cuz auto
toritas tradat iõ pctm̃ diaboli icurabile eſ
ſe. q2 non ſuggeſtiõe ſed ꝓpria ſuꝑbia ceci
dit:hois ꝟo curabile:q2 nõ ꝑ ſe ſed ꝑ aliuz
cecidit: ⁊ ideo per alium reſurgere potuit.
¶ Quo circa p̃dicta ꝟba Aug. piũ ac dili
gentẽ lectorẽ efflagitant q̃ ſic itelligere ſane
q̃mꝰ. Nõ deijceret̃ hõ in actũ illiꝰ peccati:
vt. ſ. lignũ vetitũ ederet: ⁊ i has miſerias ꝑ
tẽptatiõez diaboli: niſi elatio cõprimenda
p̃ceſſiſſet:nõ vtiq3 tẽptatiõez ſ opus pcti.
Talis eñ fuit ordinis ꝓceſſus. Diabolus
tẽptãdo dixit. Si comederitis eritis ſicut
dij ſciẽtes bonũ ⁊ malũ:quo audito ſtatim
mẽti mulieris ſurrepſit elatio q̃dã ⁊ amor
proprie poteſtatis ex quo placuit ei facere
qd̃ diabolus ſuadebat ⁊ vtiq3 fecit. Sug-
geſtione igitur peccauit: q2 temptatio pre-
ceſſit:ex qua in mẽte eiꝰ orta eſt elatio quã
pctm̃ operis ſecutũ eſt ⁊ pena peccati.

Quõ intelligẽda ſint illa verba hic diffinit.

Uide tẽptationis ordinem.

Que fuit elatio mulieris. c

Et talis quidez ela
tio in mẽte mulieris fuit ꝓ certo qua credi
dit ⁊ voluit habere ſimilitudinẽ dei cũ eq̃-
litate quadam putans eſſe verũ qd̃ diabo-
lus dicebat. Et ideo ſpecialiter mulierẽ cõ
memorat Augꝰ. inquiens. Quõ crederet
mulier diabolo niſi ẽẽt in mẽte eius ſuꝑba
p̃ſumptio. Et qd̃ ibi ſequit̃. ſ. q̃ ꝑ tẽptatio
nẽ fuerat cõuincenda vel ꝑimenda:ad mu
lierẽ referendũ eſt: vt intelligat̃ que muli-
er nõ elatio fuerat ꝑ temptationẽ ⁊c̃.

Que fuit elatio viri an crediderit
⁊ voluerit qd̃ mulier. d

Solet queri vtruz
illa talis elatio ⁊ amor ꝓprie poteſtatis in
viro fuerit ſicut in muliere? Ad quod dici
mus: quia Adã nõ fuit ſeductus eo modo
quo mulier. Non enim putauit eſſe verum
quod diabolus ſuggerebat. Jn eo tñ fuiſſe
ſeductum credi poteſt ꝙ cõmiſſum venia-
le putauerit quod peremptoriũ erat. Sed

Q̃ Adã nõ fuit ſeductꝰ ſicut mlier. ſ. vt crederet verũ qd̃ diabolꝰ ſuadebat ⁊ tñ in aliquo fuit ſeductꝰ. ſ. vt veniale putaret peccatũ.

nec ṗoꝛ ſeductus fuit: nec in eo in quo mu/
lier vt crederet deum illud lignū ideo tan
gere ꝓhibuiſſe: qm̄ ſi tangerēt fierēt ſicut
dij. Verūtn̄ p̄uaricatoꝛ fuit Adā vt teſtat̄
apoſtolus. Poterat eñ aliqua elatio men
ti eius ineſſe ilico poſt temptationem: ex q̄
voluit lignum vetitum experiri: cum muli

Aucte confirmat quod dixerat.

erem nō videret moꝛtuā eſca illa percepta
Unde Aug᷒. ſup̱ Gen̄. Cum ap̄ls Adā p̄
uaricatoꝛem fuiſſe oſtendit dicēs. In ſimi
litudinē p̄reuaricationis Ade: ſeductū tn̄
negat vbi ait. Adam non eſt ſeduct᷒ ſ; mu
lier. Unde ⁊ interrogat᷒ non ait: mulier ſe
duxit me: ſed dedit mihi ⁊ comedi. Muli
er vero dixit. Serpēs ſeduxit me. Hāc

Quā ap̄ls vocauerit ſeductionē q̄ mulier ſeducta eſt nō vir.

autem ſeductionē pꝛopꝛie vocauit ap̄lus
per quam id quod ſuadebatur cum falſū
eſſet verum putatum eſt: ſcʒ ꝙ deus lignū
illud ideo tāgere pꝛohibuerit: quia ſciebat
eos ſi tetigiſſent ſicut futuros deos: tanq̄
eis diuinitatē inuideret: qui eos homies
fecerat. Sed ⁊ ſi virum ꝓpter aliquā men
tis elationem que deum latere nō poterat
ſolicitauit aliqua experiendi cupiditas cū
mulierem videret accepta illa eſca non eſſe
moꝛtuam. Nec tamen cum arbitroꝛ ſi iam
ſpirituali mente pꝛeditus erat nullo modo
credidiſſe qđ diabolus ſuggerebat.

Quis pl᷒ peccauit adā vel eua. e

Ex quo manifeſte

animaduerti poteſt: quis eoꝛum plus pec/
cauerit Adam ſcʒ vel Eua. Plus enim vi
detur peccaſſe mulier que voluit vſurpare
diuinitatis equalitatē ⁊ nimia pꝛeſumpti
one elata credidit ita eſſe futurum. Adam
vero nec illud credidit ⁊ de penitētia ⁊ dei
miſericoꝛdia cogitauit: dum vxoꝛi moꝛem
gerens eius perſuaſioni conſenſit: nolens
eam contriſtari ⁊ a ſe alienatam relinquere
ne periret: arbitratus illud eſſe veniale nō

Aug᷒. ſuper Gen̄.

moꝛtale delictum. Unde Auguſtin᷒ Apo
ſtolus ait. Adam non eſt ſeductus. Quod
vtiq; ita accipi poteſt vt intelligat̄ nō eſſe
ſeductus pꝛioꝛ. ſ. vt in eo in quo mulier vt
ſcʒ crederet illud eſſe verū. Eritis ſicut dij
ſed putauit vtrūq; poſſe fieri: vt vxoꝛi mo
rem gereret: ⁊ per penitentiam veniam ha
beret. Min᷒ ergo peccauit q̄ de penitētia
⁊ dei miſericoꝛdia cogitauit. Poſtq̄ enim
mulier ſeducta mādu cauit eiq; dedit vt ſi/
mul ederent. noluit eā ꝯtriſtari quā crede-
bat ſine ſuo ſolatio cōtabeſcere: ⁊ a ſe alie/
natā oino interire. Nō quidem carnali vi-
ctus ꝯcupiſcentia quā nondū ſenſerat: ſed
amicabili quadā beniuolētia qua plerūq;
fit vt offendat̄ deus: ne offendat̄ amicus:
qđ eū facere nō debuiſſe diuine ſentētie iu/
ſtus exitus indicauit. Ergo alio quodam
mō ipſe etiā deceptus eſt. Inexpertus eñ

In quo Adā eſt decept᷒ ⁊ i quo non.

diuine ſeueritatis in eo falli potuit: vt ve/
niale crederet eſſe cōmiſſum: ſed dolo illo
ſerpētino quo mulier ſeducta eſt nullo mō
arbitroꝛ illū potuiſſe ſeduci. Ex his datur

Ex pena etiā plus peccaſſe ꝓbat̄ mulier.

intelligi ꝙ mulier plus peccauerit in qua
maioꝛis tumoꝛis p̄ſumptio fuit. Que etiā
in ſe ⁊ in ꝓximū ⁊ in deū peccauit: vir aūt
tm̄ in ſe ⁊ in deū. Inde etiā colligit̄ ꝙ muli
er plus peccauerit. q2 graui᷒ punita ē: cui
dictū fuit. In doloꝛe paries filios ⁊c̄.

Quid pꝛedicte ſentētie aduerſari videtur. f

Sed huic videtur

contrarium quod Aug᷒ ſuper Gen̄. de vi
ro ⁊ muliere peccatum ſuum excuſantibus
ait. Dixit Adā mulier quam dediſti mihi
dedit mihi de ligno ⁊ comedi: nō dicit pec
caui. Sup̱bia eñ habet confuſionis defoꝛ
mitatem non cōfeſſionis humilitatē. Nec
etiam mulier confitetur peccatū: ſed refert
in alterum dicens: Serpens decepit me et
comedi: in impari ſexu ſed pari faſtu Ecce
hic dicit Aug᷒ quia parem faſtum habuit
mulier cum viro. Pariter ergo ſup̱bierūt
⁊ pariter peccauerunt. Sed hoc ita de-

Determinatio p̄dicte auctis.

termiari poteſt vt dicamus parē vtriuſq;
fuiſſe faſtum in excuſatione peccati: ⁊ etiā
in eſu ligni vetiti: ſed diſparem: ⁊ i muliere
multo maioꝛē in eo ꝙ credidit ⁊ voluit eſſe
ſicut deus: quod nō vir. Verūtamen ⁊ de

De viro etiam legit̄ ꝙ voluerit eē ſic̄ deus

viro legitur ꝙ voluit eſſe ſicut deus. Dicit
eñ Aug᷒. ſup̱ illum locum pſ̄. Que nō ra
pui tunc exoluebam. Rapuit Adā ⁊ Eua
p̄ſumens vt diabolus de diuinitate: rape/
re voluerunt diuinitatem: ⁊ ꝑdiderūt feli-
citatem. Item ſuper illum locū. Deus q̄s
ſimilis tibi. Qui per ſe vult eſſe vt deus: ꝑ
uerſe vult eſſe ſimilis deo: vt diabolus qui
noluit ſub eo eſſe: ⁊ homo qui vt ſeru᷒ no/
luit teneri p̄cepto: ſed voluit vt nullo ſibi
dominante eſſet quaſi deus. Item ſup̱ illū
ep̄le locū. Non rapinā arbitratus eſt ſe eē
equalē deo: q2 nō vſurpauit quod ſuū non
eſſet: vt diabolus ⁊ pꝛim᷒ homo.

Quoꝛūdam ſententia ꝙ Adā ambierit eſſe vt deus: ſed nō crediderit poſſibile. g

Ideo quibuſdā videtur ꝙ etiā adam ambierit eſſe ſicut deꝰ nō tamē credidit id fieri poſſe: ⁊ ideo falſū eſſe quod diabolus promittebat cognouit Et licet diuinitatis equalitatem concupie rit: nō tamē adeo exarſit: nec tanta eſt affectus ambitione ſicut mulier que illud fieri poſſe putauit: ⁊ ideo magis illud ambiendo ſupbiuit. Uirum aūt aliqua forte ambitionis ſubreptio mouit: ſed non ita vt illud verum vel poſſibile fore putaret. Alijs autem videtur ideo dictum eſſe ꝙ Adā illud voluerit: quia mulier de eo ſumpta illō voluit: ſicut inquiunt. Peccatuz dicitur per vnum hominē intraſſe in mūdū. id ē in humanam naturam: cū tamen mulier ante virum peccauerit: quia per mulieremītrauerit de viro factaz. Uel potius ideo per hominem dicitur intraſſe: quia etiā peccante muliere ſi vir non peccaſſet: humanum genus minime peccatis corruptū piret. Oīnus ergo peccauit vir ꝙ̄ mulier.

> Aliorū ſnīa ꝙ ꝑpter Euā de viro ſūptaz id dictū putant.

> Per ſilitudinem oſtendit.

Obiectio cōtra id qd̄ dictū eſt virum minus peccaſſe. b

His autez opponi ſolet hoc modo. Tribus modis (vt Iſidorus ait) peccatum geritur ſcilȝ ignorantia infirmitate induſtria. Et grauius eſt infirmitate peccare ꝙ̄ ignorantia: grauiuſqꝫ induſtria ꝙ̄ infirmitate. Eua autem videtur ex ignorantia peccaſſe: quia ſeducta fuit. Adam vero ex induſtria: qꝛ non fuit ſeductus vt apoſtolus ait. Ad quod dicimꝰ quia licet Eua in hoc per ignorātiam deliquerit quod putauit verꝫ eſſe quod diabolus ſuadebat: nō tamen in hoc quin nouerit illud dei eſſe mandatum ⁊ peccatuz eſſe ꝯtra agere. Et ideo excuſari a peccato per ignorantiam non potuit.

> Rāſio ꝙ̄ diſtinguit ignorantia Eue: ī quo ſcȝ ignoranter peccauerit ⁊ ī quo non.

Ꝙ ignorantia alia excuſat: alia non. i

Eſt enim ignorantia que excuſat peccantez: ⁊ eſt ignorantia talis que non excuſat. Eſt autem ignorantia vincibilis: ⁊ ignorātia inuincibilis. Excuſatio omnis tollitur: vbi mandatuz non ignoratur.

De triplici ignorantia que excuſat ⁊ que non. k

Eſt autez ignorantia triplex ⁊ eorū. ſ. qui ſcire nolunt cū poſſint que nō excuſat: qꝛ ⁊ ipſa peccatum eſt Et eoruz qui volunt: ſed non poſſunt que excuſat: ⁊ eſt pena peccati non peccatū Et eorum qui quaſi ſimpliciter neſciunt nō renuentes vel ꝓponentes ſcire: que neminē plene excuſat: ſed ſic fortaſſe vt minus puniatur. Unde Auguſtinus ad Ualentinū Eis auferꝉ excuſatio qui mandata dei nouerunt quā ſolēt habere homines de ignorantia. Et lȝ grauius ſit peccare ſcienter ꝙ̄ neſcienter: non ideo tamē fugienduz eſt ad ignorātie tenebras: vt in eis quiſqꝫ excuſationē requirat. Aliud eſt eñ neſciſſe: aliud ſcire noluiſſe: quia in eis qui intelligere noluerunt ipā ignorantia peccatuz eſt: in eis vero qui nō potuerunt: pena peccati. Ignorantia vero que nō eſt eorū qui ſcire nolunt: ſed qui tanqꝫ ſimpliciter neſciūt: nullū ſic excuſat: vt eterno igne nō ardeat: ſed fortaſſe vt minus ardeat. Non igiꝉ mulier excuſationem habuit de ignorantia: cum ⁊ mandatum nouerit: ⁊ peccatum eſſe ſecꝰ agere non ignorauerit.

> Triplex ignorantia

> Ubi non fit excuſatio.

Unde proceſſerit cōſenſus illius peccati cum natura hominis eſſet incorrupta. l

Solet etiam queri cū ſine vitio eſſet natura hominis: vñ conſenſus mali ꝓceſſerit? Ad quod reſponderi poteſt: quia ex libero arbitrio ꝓprie voluntatis fuit. In ipſo eñ ⁊ in alio cauſa extitit vt fieret deterior. In alio: quia in diabolo qui ſuaſit. In ipō. quia volūtate liberi arbitrij conſenſit: ⁊ cum liberum arbitrium ſit bonū: ex re vtiqꝫ bona malus ille cōſenſus ꝓuenit: ⁊ ita ex bono malum manauit. De hoc autem in ſequenti plenius tractabimus cum origo mali ⁊ in qua re coaleſcat inueſtigabitur.

An voluntas preceſſerit illud peccatum. m

Si vero queritur vtrum voluntas illud peccatū preceſſerit? Dicimus quia peccatū illud ⁊ in voluntate ⁊ in actu conſiſtit: ⁊ voluntas actum p̄ceſſit ſed ipſam voluntatem alia hominis volūtas mala non preceſſit: atqꝫ ex diaboli perſuaſione ⁊ hominis arbitrio illa volūtas mala prodijt: qua iuſticiam deſeruit ⁊ iniquitatem inchoauit: ⁊ ipſa volūtas iniquitas fuit.

Iſta eſt diſtinctio.xxij.huiꝰ ſecū di libri. In q̄ mgr̄ poſtq̄ egit de temptatōe ex pte tē ptantis: agit de eadē ex parte temptati. Et tria facit Nam pmo inq̄rit q̄d q̄libet eorū peccādo appetierit. Scdo quis eoꝝ grauius peccauerit vir aut mulier. Tertio vn̄ conſenſus quo peccauerūt ꝓceſſerit Primū facit a pncipio diſtinctionis vſq3 ibi. Ex quo manifeſte. Scdm ab inde vſq3 ibi. Solet etiam q̄ri. Tertium vſq3 ad finem diſtinctiōis. Et tn̄ in generali. In ſpeciali autē ſententia mgr̄i ſtat in tribus ꝓpoſitionibus: quarū pma eſt hec. Nō Adam: ſed Eua in tanta elatiōe fuit ſeducta: vt ꝑ eſum ligni vetiti ſe ſil'em fieri deo eſtimauit. Hāc mgr̄ ꝓbās dicit ꝙ radix ⁊ origo pmi peccati pmorū parentum fuit. ꝙ in animis eorū pceſſit q̄dā pſumptionis elatio ex qua diaboli ſuggeſtione conſenſerunt pmo mulier: poſtea vir. Contra qḋ dictum obijciens dicit ꝙ cum ipo dicto ſequit̄ hoīem nō alteriꝰ ſuggeſtiōe: ſed ꝓpria ſupbia peccaſſe: vt angelus: ⁊ ꝑ ꝯſequēs vt angelus corruiſſe: cuius tn̄ ꝯtrariū dicebat̄ in pcedēti diſtinctione. Ad quod reſpōdet dicendo ꝙ cū dicebat elationem quandam in peccato pmorum parentum pceſſiſſe non ita intelligebat ꝙ illa elatio pceſſerit ſuggeſtionem. ſed vt opus peccati. Nā in illo peccato iſte fuit ꝓceſſus ⁊ ordo ꝙ pmo pceſſit diaboli tēptatio: ex qua ſecuta eſt immediate hoīs elatio quā ſecutum eſt peccatum opis: ⁊ vlterius pena peccati Et ſubdit ꝙ talis elatio fuit aliter in muliere q̄ȝ in viro: q2 mulier credidit ſe poſſe habere dei ſimilitudinem putans verum eſſe quod diabolus ſuadebat. vir aūt nō credebat nec putauit veꝝ eē qḋ diabolus ſuadebat aliq̄ tn̄ elatio in mēte eius ꝑ tēptationē extitit: vnde vir aliter fuit ſeductus q̄ȝ mulier quod diuerſis ſanctorum autoritatibus magiſter cōfirmat.

Secunda ꝓpoſitio eſt hec. Grauiꝰ Eua q̄ȝ Adā peccauit tranſgrediendo diuinū pceptum in ꝑadiſo Hanc mgr̄ ꝓbat tripliciter. Primo ex hoc ꝙ mulier verum eſſe credebat qḋ diabolus ei dixit: qḋ non fecit vir: vt patet ex predictis. Scdo ex hoc ꝙ mulier elata nimis pſumebat ſe poſſe fieri equalem deo. qḋ non fecit vir: ſed de penitentia ⁊ miſcdia dei cogitans deceptus fuit in hoc ꝙ eſtimabat peccatū eē veniale quod mortale fuit. Tertio ex hoc ꝙ mlier peccauit in deū: in ſe ⁊ in ꝓximum: vir aūt ſolū in deum ⁊ in ſeipm. Sed contra illud obijcit tripliciter. Primo autoritate Augu. dicētis ꝙ vtriuſq3 erat par faſtus: ⁊ ꝑ conſequens equaliter peccauerunt Ad qḋ reſpondens dicit ꝙ licet vtriuſq3 erat par faſtus ī excuſatione peccati: q2 vir excuſauit ſe ꝑ mulierem: et mulier ꝑ ſerpētem. In muliere tamen multo maior faſtus erat: quo ad tria predicta. Secūdo obijcit autoritate beati auguſtini dicentis ꝙ etiam vir voluit eſſe equalis deo. Ad quod reſpondens dicit ꝙ hoc aliqui opinati fuerunt: qui tn̄ cum hoc poſuerunt ꝙ vir non tanta ambitione ad hoc exarſit ſicut mulier. Tertio obijcit contra idem aſſumens ꝙ tribꝰ modis peccatū cōmittit̄. ſ. ex ignorātia: ex infirmitate ⁊ ex induſtria: ⁊ grauius eſt pctm̄ qḋ cōmittit̄ ex infirmitate q̄ȝ quod cōmittit̄ ex ignorantia: ⁊ grauiꝰ qḋ cōmittit̄ ex induſtria q̄ȝ quod cōmittitur ex infirmitate Cum ergo mulier videat̄ peccaſſe ex ignorātia: q2 ſeducta fuit. Adam vo ex induſtria: q2 non fuerat ſeductus ſm apoſtolū. ergo videt̄ vir grauius peccaſſe muliere. Et reſpondens magiſter dicit: ꝙ licȝ mulier quo ad hoc ex ignorantia peccauit ꝙ ꝑ diabolū ſeducta credidit eſſe verum qḋ ipe ſuadebat: non tn̄ quo ad hoc ꝙ mādatū dei nō nouerit: cuiꝰ oppoſitū diabolus ſibi ſuaſit: ⁊ ideo ꝑ ignorantiā excuſari nō poteſt: cum ibi ignorantia tollat̄ vbi mandatum non ignoratur ⁊ peccatū eſſe ꝯtra ipm mandatum agere non dubitat. Poſtea ſubdit diſtinctionē ignorantie dicens: ꝙ ignorantia alia eſt vincibilis: ⁊ eſt eorū q̄ nolunt homines ſcire tamen poſſunt ⁊ tenent̄: ⁊ illa non excuſat a peccato: ſed potius peccatum aggrauat. Alia eſt inuincibilis: ⁊ eſt eorum que hoīes volunt ſcire ⁊ non poſſunt: ⁊ illa excuſat ⁊ non eſt peccatum: ſed pena peccati. Et iſta cōfirmat autoritate Auguſtini. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Malus conſenſus hoīs naturā bonā habentis ꝓceſſit ex ꝓprio libero arbitrio ⁊ ſuggeſtione diaboli ſuadētis. Hāc magiſter ꝓbans querit. Cum natura hoīs eſſet ſine vitio: vnde ꝓceſſit conſenſus malus? Et reſpondēs dicit ꝙ ꝓceſſit ex libero arbitrio volūtatis. vnde ex hoc ꝙ homo fiebat deterior hoc fuit a diabolo q̄ ſuaſit ⁊ a voluntate qua homo ſuadenti conſenſum dedit: q2 liberum arbitrium licet de ſe fuit bonū: de ipſo tamen potuit ꝓcedere conſenſus malus. Querit etiam vtrum voluntas illud peccatum precesserit? Et reſpondet ꝙ volitiuam poteſt dicere potentiam anime. ſ. potentiam vltimam: ⁊ ſm hoc volūtas peccatum pceſſit: vel etiam malum actum volūtatis poſſumus vocare voluntatem: ⁊ ſm hoc voluntas peccatum non pceſſit: q2 ante pmam malā voluntatē pmi hoīs alia mala voluntas hoīs non fuit: ſed pma mala hoīs volūtas ex diaboli ꝑſuaſione: ⁊ ex hoīs libero arbitrio ꝓdijt. Et tn̄ in ſpeāli.

Quare deus permiſerit hominem temptari ſciens eū eſſe caſurum.

a

p

Reterea queri ſolet cur deus hominem temptari pmiſerit quē decipiēdum fore pſciebat? Sed non eſſet laudabile homini ſi ideo bn̄ viuere poſſet: q2 nemo male viuere ſuaderet: cum in natura poſſe ⁊ ī poteſtate haberet velle non conſentire ſuadenti deo iuuante: ⁊ eſt glorioſius non cōſentire q̄ȝ temptari non poſſe. Mouentur etiam q̄dam dicentes. Cur creauit deꝰ q̄s futuros malos pſciebat? Quia puidit q̄d boni de malis eorum eſſet facturꝰ. Sic em̄ eos fecit vt relinqueret eis vnde aliq̄d facerent: ⁊ ſi culpabiliter aliquid facerēt: illū de ſe laudabiliter operantem inuenirēt. A ſe habent voluntatem malam ab illo naturam bonam: ⁊ iuſtam penā. Fruſtra ḡ dicitur: nō deberet deꝰ creare q̄s preſciebat malos futuros: ſciebat enim bonis profuturos ⁊ iuſte pro mala volūtate puniēdos Addunt etiam: talem hominem deberet facere qui nollet omnino peccare Cōcedimꝰ quidem meliorem naturam eſſe que omnino peccare nollet. Cōcedant ⁊ ipi non eſſe malā q̄ talis facta eſt: vt poſſet nō peccare ſi vellet: ⁊ iuſte punitā q̄ volūtate non neceſſitate peccauit. Cum ergo hec bona ſit: illa melior: cur nō vtranq3 faceret vt vberi

DI.XXIII.
Augꝰ. ſuper Gen.

Quare deus creauit quos pſciebat malos futuros.

us laudaret de vtraq;. Jlla eñ de ſanctis angelis: hoc eſt de hoībus eſt. Jtē inquūt Si deus vellet: ⁊ illi boni eſſent. Et hoc q̄dem cōcedimus: ſed melius voluit: vt q̄ vellent eſſent. Et boni q̄dē nō infructuoſe mali xo non impune eſſent. Jtem inquiūt Poſſet de⁹ voluntatē eorū vertere ī bonū q: omnipotens eſt: poſſet reuera: cur nō fecit? Quia noluit? Cur noluit? Jpſe nouit. Non debemus plus ſapere q̄ oportet.

Hic qualis ſm aīam ⁊ agit de ſciētia hoīs ante peccatum. b

Et quidē ſcdm̄ anī

mā rōnalis fuit hō habens diſcretionē boni ⁊ mali. Scientiā q̄ rerū creatarū ⁊ cognitionē veritatis: que ꝑme ꝑfectiōi ꝯgruebat: mox ꝯditus nō incōgrue accepiſſe putaꝫ: ⁊ ad illā nō ſtudio vel diſciplina aliq̄ ꝑ interualla tēpis ꝑfeciſſe. ſed ab exordio ſue ꝯditionis diuinitus illā ꝑcepiſſe.

Q triplicem habuit homo ante lapſum cognitionē ſcꝫ rerum ꝓpter ſe factarū ⁊ creatoris ⁊ ſui. c

Fuitq; homo pri-

mus ante lapſum triplici cognitione predītus rerū ſcꝫ propter ſe factarū: ⁊ creatoris ⁊ ſui. Rerum quippe cognitionē hominez accepiſſe ꝑſpicuū eſt: cū nō ipſe creator vel angelus aliquis: ſed hō omnibus animātibus nomina impoſuerit: vt oſtēderetur q̄ ſingulorū noticiam homo ipſe habuerit Que eniꝫ ꝓpter illum creata erant: ⁊ ab illo regenda ⁊ diſponenda erant: horū oīm deus illi ⁊ ſcientiam tribuit ⁊ prouidentiā atq; curam reliquit. Quia vt ait apoſtol⁹ Nō eſt cura deo de bobus. Quorꝫ aliorū q̄ aīaliū deus homini curam reliquit ⁊ ꝓuidentiam vt dominationi ei⁹ ſubijcerentꝫ ⁊ ratione illius gubernarentꝫ: vt ſciret illis neceſſaria ꝓuidere a quibus emolimentuꝫ debebat recipe. Hanc autem ſcientiam homo peccando nō ꝑdidit ſicut nec illā qua carnis neceſſaria ꝓuidentꝫ. Et idcirco in ſcriptura homo de hm̄ōi nō erudiꝫ: ſed de ſciētia anime quā peccando amiſit.

De cognitōne rerꝫ creatarū.

De cognitione creatoris. d

Cognitionez quo

q; creatoris prim⁹ homo habuiſſe crediꝫ. Cognouit eñ a quo creatus fuerat: nō eo modo cognoſcendi quo ex auditu ſolo ꝑcipitur quō a credentib⁹ abſens queriꝫ: ſed quadā interiori aſpiratiōe qua dei ꝑſentiam cōtemplabaꝫ: nō tñ ita excellēter ſicut poſt hanc vitaꝫ ſancti viſuri ſunt: neq; ita in enigmate qualiꝫ in hac vita videm⁹.

De cognitione ſui. e

Porro ſui cogniti-

onem idem homo talem accepiſſe videtur vt ⁊ quid deberet ſuperiori: ⁊ quid equali ⁊ inferiori nō ignoraret. Conditionem q̄ ſuam ⁊ ordinem: ſcꝫ qualis factus eſſet ⁊ q̄liter incedere deberet quid agere: quid cauere intellexit. Si horum noticiā non habuiſſet: nō eſſet reus ꝑuaricatiōis: neq; ſe ipſum cognouiſſet.

Utrū homo preſcius fuerit eoruꝫ que ſibi futura erant. f

Si autez queritur

vtrum homo ſcientiam habuerit eorꝫ que circa eum futura erant. id eſt. ſi ruinam ſuam ꝑſciuerit: ⁊ ſimiliter ꝑſcierit bona que habitur⁹ fuiſſet ſi in obediētia perſtitiſſet? Reſpōderi poteſt q̄ ei magis facienda indicta ſunt q̄ futura reuelata. Accepit enī ſcientiam ⁊ preceptum eorum que faciēda fuerant: ſed non habuit preſcientiam eorū que futura erant. Non fuit ergo homo ꝑſcius ſui caſus ſicut ⁊ de angelo diximus. Qđ Aug⁹. ſup Geñ. aſſerit ratione vtens quā ſupra poſuim⁹. Hec de ſciētia hoīs q̄tū ad primū ſtatū ꝑtinet: dixiſſe ſufficiat.

Rñſio q̄re de nō hr̄e futurorum ꝑſcientiā.

Jſta eſt diſtinctio. xxiij. hui⁹ ſecūdi libri. Jn qua magiſter poſtq̄ egit de temptatione primorum parentum ex parte temptati ⁊ temptatoris: agit cōſequenter de eadē ex parte dei ꝑmittentis. Et tria facit. Nam ꝑmo inquirit quare deus hominē temptari ꝑmiſit. Secūdo de ſciētia qua homo illuſtratus fuit. Tertio an etiā homo ſtatum futurū ꝑſciuit. Primū facit a principio diſtinctiōis vſq; ibi. Et quidem ſm animam. Secūdum ab inde vſq; ibi Si xo queritur. Tertium ab inde vſq; ad finem diſtinctionis. Jn ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionibus quarum ꝑma eſt hec. De⁹ hominem quem preſciuit decipiendum ad laudabilius bonum temptari permiſit. Hanc magiſter inſinuās querit quinq; queſtiones. Prima eſt. Cur deus hominem temptari permiſit quem decipiendum preſciuit? Et reſpondens ad hoc dicit q̄ ad oſtendenduꝫ humane nature dignitatem: quia dignior eſt conditio poſſe temptari ⁊ non conſentire: q̄ nec poſſe temptari nec poſſe conſentire. Secunda queſtio eſt. Cur de⁹ illos hoīes creauit: quos futuros malos ꝑuidit? Ad quod reſpondet dicendo q̄ propter bonum quod inde venturum nouit. Tertia queſtio eſt hec. Cur deus non fecit hoīem impeccabilē? Et reſpondens dicit q̄ ideo: q̄ melius eſſet vtrāq; naturam eſſe. ſ. eam que non peccare poſſet: ſicut in ſau-

ctis angelis p gratiam in gloria confirmatis: ꝛ eam qua peccare ꝛ non peccare poſſet ſi vellet: qualis fuit in hominibus ꝙ vnius modi ſolum. Quarta q̄ſtio eſt. Cur deus qui ſola ſua voluntate potuiſſꝫ eos ſaluaſſe a conſenſu non ſaluauit eos? Et reſpōdens dicit ꝙ voluit eos nature ſue relinquere: vt nec infructuoſe boni eſſent: nec impune mali. Quinta queſtio eſt. Cur deus cum ſit omnipotens non conuertit voluntates eorum ad bonum? Et reſpondet ꝙ noluit cuius nolitionis cauſa vlterius non eſt querenda.

Secunda propoſitio eſt hec. Deus mox hominē creatuꝫ repleuit omni ſcientia pertinente ad ſuum ſtatum. Hanc ꝓpoſitionem magiſter inſinuās dicit: ꝙ p̄mus homo non per interualla ſiue per ſucceſſionem temporis: ſed creatus mox ſcientiam ſibi neceſſariam ꝛ competentem ſibi accepit: vnde triplici cognitione primus parēs preditus fuit. Primo cognitione rerum ꝓpter ſe creatarum: quarum curā erat habiturus: vnde ꝛ eis nomina impoſuiſſe legitur: et illam rerum cognitionem p ſpeciem non ꝑdidit: ſed hanc peccato perpetrato retinuit. Secundo dotat⁹ fuit primus homo cognitione ſui creatoris. ſ. dei nō quidem enigmatica: ſed per quandam interiorē inſpirationem: non tamen illa clare ſicut in patria: ꝛ illam poſt peccatum non retinuit. Tertio fuit illuſtratus cognitione ſuipſius: ſciuit enim quid debuit ſuperiori: quid aliis. quid ſibi: ꝛ etiam poſt peccatum illam retinuit. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Homo an̄ peccatū non p̄ſciuit futurum euentum ſui ſtat⁹. Hāc magiſter ꝓbans querit. Utrum p̄mus homo habuit ſcientiam eorum que circa ip̄m futura erant. id ē. ante preſciuerat: qualia bona habuiſſet ſi perſtitiſſet vel etiam ante preſciuerit anteq̄ lapſurus erat? Et reſpondens dicit ꝙ p̄mus homo acceperat ſcientiā eorū que agenda ꝛ dimittenda fuerant: al's peccatū fuiſſet ſibi iniuſte imputatum: ſed non fuit ſui caſus preſcius: cuius ſimile ſupradictuꝫ eſt de angelis corruentibus: quod confirmat autoritate beati Augu. Et tm̄ in ſpeciali.

De gratia hominis ꝛ de potentia ante caſum. a

DI. XXIIII

n

Hnc diligenter inueſtigari oportet quā gratiam vel potentiaꝫ habuerit hō ante caſum. Et vtrum p eam potuerit ſtare vel nō? Sciendum eſt ergo ꝙ homini in creatione (ſicut de angelis diximus) datū eſt p gratiaꝫ auxiliū ꝛ collata eſt potentia p quā poterat ſtare. id eſt. nō declinare ab eo quod acceperat: ſed non poterat proficere intantuꝫ: vt per gratiam creationis ſine alia mereri ſalutem valeret. Poterat quidem per illud auxilium gratie creatiōis reſiſtere malo: ſed non ꝑficere bonum. Poterat tm̄ p illud bene viuere quodāmodo. quia poterat viuere ſine peccato: ſ nō poterat ſine alio gratie adiutorio ſpūal'r viuere quo vitam mereret eternam. Unde Auguſtinus in enc. Sic factus eſt hō rectus vt ꝛ manere in ea rectitudine poſſet: nō ſine diuino adiutorio: ꝛ ſuo fieri ꝑuerſus arbitrio. Utrū libet horuꝫ elegiſſet: dei voluntas fieret vel ab illo vel de illo. Et q: ſuam maluit facere voluntatem ꝙ̄ dei: de illo facta eſt voluntas dei. Iteꝫ in eodē. Sic hominē prius oportebat fieri: vt ꝛ bn̄ poſſet velle ꝛ male. Nec fruſtra ſi bene: nec impune ſi male. Ideꝫ quoqꝫ in libro de correctione ꝛ gratia ait. Si hoc adiutorium vel angelo vel homini cum primum facti ſunt defuiſſet: quoniam nō talis natura facta erat vt ſine diuino auxilio poſſet manere ſi vellet: non vtiqꝫ ſua culpa cecidiſſet. Defuiſſꝫ quippe adiutoriuꝫ ſine quo manere nō poſſet. Idem. Dederat deus homini bonam voluntatem: in illa quippe eū fecerat rectū dederat adiutorium ſine quo non poſſet in ea manere ſi vellet ꝛ p quod poſſet. Ut autem hoc vellet: in eius dimiſit arbitrio. In eodem. Acceperat poſſe ſi vellet: ſed nō habuit velle quo poſſet. Nam ſi habuiſſet: ꝑſeueraſſet. His teſtimoniis euidēter mōſtratur ꝙ hō rectitudinē ꝛ bonā volūtateꝫ i creatōe accepit: atqꝫ auxiliū q̄ ſtare poterat: alioq̄n nō ſua culpa videret̄ cecidiſſe.

Qx in gr̄a creat⁹ fuit in qua potuit ſtare: ſed nō ꝓficere

Qx etiaꝫ poterat p illā creationis gratiaꝫ bn̄ viuere quodammodo.

Auguſti.

Qualis fuerat illa rectitudo ꝛ bonitas volūtatis in q̄ creat⁹ eſt. b

Sed quomodo rectā ꝛ bonā voluntatē habuit homo ſi p eā nec mereri vitā valuit nec i ea ſtare voluit? Quia nec aliq̄d mali ea tunc volebat: ꝛ ad tempus ſtare voluit: ſ non ꝑſeueranter: ꝛ iō recta ꝛ bona fuit tunc volūtas hōis.

Oppoſitio contra illud quod dictum eſt hominem non potuiſſe ꝓficere. c

Ad hoc autē quod diximus hoīem nō poſſe ꝓficere vel mereri p gr̄am creatiōis: ſolet opponi ſic. Per illud auxilium gratie creationis potuit ſtare in bono quod acceperat. Potuit ḡ reſiſtere temptationi. Sed reſiſtere temptationibus atqꝫ ſuggeſtionibus malis merituꝫ eſt ac bonū remunerabile. Omne autē bonum meritū: ꝓfectus eſt. Per gr̄aꝫ ḡ creationis ꝓficere potuit ſine adiectiōe alteri⁹ gratie. Ad quod dicim⁹ q: reſiſtere malo ꝛ non conſentire temptationi nō feciſſet illi meritū ꝛ ſi non cōſenſiſſet: q: nihil in eo erat quod ad maluꝫ ipelleret ſicut angelis q̄ nō ceciderunt nō fuit meritū quod ſteterunt. id eſt ꝙ nō corruerunt. Nobis auteꝫ meritum eſt aliq̄n ſi malum nō facim⁹: ſed reſiſtim⁹: ibi dūtaxat vbi cauſa ſubeſt que

Reſponſio

Qx reſiſtere malo aliq̄n merituꝫ eſt aliq̄n non.

nos id facere mouet: quia ex peccati corruptela proni ſunt ad lapſum greſſus noſtri. Ubi aũt non interuenit cauſa nos ad malũ impellens: nõ meremur ſi ab eo declinamꝰ. Declinare eñ a malo ſemꝑ vitat penã: ſed non ſemper meretur palmam.

De adiutorio homini in creatõne dato quo ſtare poterat. D

Hic conſiderandũ eſt qđ fuerit illud adiutoriũ homini datũ in creatione q̃ poterat manere ſi vellet. Illud vtiqꝫ fuit libertas arbitrij ab omni labe ꝛ corruptela immunis. atqꝫ voluntatis rectitudo ꝛ omnium naturaliũ potentiarum anime ſinceritas atqꝫ viuacitas.

De libero arbitrio. E

Liberum vero arbitriũ eſt facultas rationis ꝛ voluntatis q̃ bonum eligitur gratia aſſiſtente. vel malũ eadem deſiſtente. Et dicitur liberum quantũ ad voluntatem que ad vtrũlibet flecti põt. Arbitrium v̾o quantum ad rationẽ cuius eſt facultas vel potentia illa cuiꝰ etiã eſt diſcernere inter bonum ꝛ malũ. Et aliqñ quidem diſcretionem habens boni ꝛ mali qđ malum eſt eligit. aliqñ v̾o quod bonũ eſt. Sed quod bonũ eſt: niſi gratia adiuta nõ eligit: malum v̾o ꝑ ſe eligit. Eſt eñ in anima rationali voluntas naturalis qua naturaliter vult bonum. licet tenuiter ꝛ exiliter: niſi gratia iuuat: que adueniens iuuat eã ꝛ erigit vt efficaciter velit bonũ. Per ſe aũt poteſt velle malum efficaciter. Illa ergo rationalis anĩe potentia qua bonũ vel malũ poteſt velle: vtrũqꝫ diſcernẽs liberũ arbitrium nuncupatur. qđ bruta animalia non habent: quia ratione carent. habẽt tñ ſenſum ꝛ appetitum ſenſualitatis.

Q̄ bruta animalia nõ hñt libe. ar. ſꝫ appetitũ ſenſualitatis.

De ſenſualitate. F

Eſt enim ſenſualitas q̃dam vis anime inferior ex qua ẽ motus qui intendit̃ in corpis ſenſus atqꝫ appetitus rerũ ad corpus ꝑtinentiũ. Ratio v̾o vis anime eſt ſupior: que (vt ita dicamus) duas habet ꝑtes vel differentias: ſupiorẽ ꝛ inferiorem. Scđm ſupiorem ſupnis conſpiciendis vel cõſulendis intendit. Scđm inferiorem ad tempalium diſpoſitionẽ proſpicit. Quicquid ergo in anima noſtra nobis conſiderantibus occurrit qđ nõ ſit cõe cum beſtijs ad rationem ꝑtinet. Qđ autem in ea reperis cõmune cũ beluis: ad ſenſualitatem ꝑtinet. Et vbi nob gradatim in cõſideratiõe partium anime ꝓgredientibus ꝑmum aliquid occurrit quod nõ eſt cõmune cum beſtijs: ibi iucipit ratio. Hoc autẽ Aug. docet in duodecimo libro de trinitate ita dicens. Uideamus vbi ſit q̃ſi quodđam hominis exterioris interioriſqꝫ confinium. Quicq̃d enim habemus in aĩmo cõmune cũ pecore: recte dicit̃ ad exteriorem hominem ꝑtinere. Non eñ ſolum corpus exterior homo deputabit̃: ſed adiũcta quadam vita ſua qua compages corpis ꝛ omnes ſenſus vigent. q̃bus inſtructꝰ eſt ad exteriora ſentienda. Aſcendentibus ğ introrſum quibuſdã gradibus conſideratiõis ꝑ anime ꝑtes vbi incipit aliquid occurrere qđ non ſit in nobis cõmune cum beſtijs incipit ratio: vbi hõ exterior iam poſſit agnoſci. Rationis autẽ ꝑs ſupior eternis rõnibus conſpiciendis vel cõſulendis adhereſcit. Portio inferior ad temporalia gubernanda deflectit̃. Et illa rationis intẽtio q̃ contemplamur eterna: ſapientie deputat̃. Illa v̾o qua bene vtimur rebus temporalibus ſcientie deputat̃. Cũ v̾o diſſerimus de natura mentis humane: de vna quadã re diſſerimus nec eam in hec duo que commemorauimus: niſi ꝑ officia geminamus. Carnalis autem vel ſenſualis anime motus: qui in corporis ſenſus intenditur. nobis pecoribuſqꝫ cõmunis eſt: qui ſecluſus eſt a ratione ſapientie: ratione autem ſcientie vicinus eſt.

De rõne q̃ hꝫ duas ꝑtes ꝙ̃tũ ad officia.

Quid ad rõnem ꝑtinet.

Ubi icipit rõ

Q̄ talis eſt ordo peccãdi vel cadẽdi in nobis qualis fuit ĩ primis hominibus. G

Illud quoqꝫ ꝓ̃termittendũ non eſt ꝙ talis nunc in vno hoĩe tẽptationis eſt ordo ꝛ ꝓgreſſio qualis tũc in ꝑmis ꝑ̃ceſſit parentibus. Ut eñ tũc ſerpens malum ſuaſit mulieri ipaqꝫ conſenſit deinde viro ſuo dedit: ſicqꝫ conſummatum eſt peccatũ. Ita ꝛ nunc in nobis pro ſerpẽte eſt ſenſualis motus anime: ꝓ muliere inferior portio rationis. pro viro ſupiori rationis portio. Et hic eſt vir qui ſm aplm dicitur imago ꝛ gl̃a dei: ꝛ illa eſt mulier: q̃ ſm eundem dicitur gloria viri. Atqꝫ inter hunc virũ ꝛ hanc mulierẽ eſt velut quodđam ſpũale cõiugiũ naturaliſqꝫ ꝯtractus quo ſupior rationis portio quaſi vir debꝫ ꝑ̃eſſe ꝛ dominari. Inferior v̾o quaſi muli

Qđ ĩ nob eſt vir ꝛ mulier ꝛ ſpens ꝛ quõ

De ſpũali conſugio viri et mulieris ĩ nobis.

er debet ſubeſſe ⁊ obedire. Jdͦ vir ſm̄ apo/
ſtolū nō debet habere velamē: ſ ml'ier. Et
ſicut in cunctis animantib⁹ nō eſt repertū
hoi adiutoriū ſil'e ſibi. ſ de illo ſumptū qd
ei formaret in ꝯiugiū: ⁊ ita in ꝑtibus aïe
quas cū pecoribus habem⁹ cōmunes nul

Teſtimonio Aug. ita eſſe oſtendit.

lū mēti nr̄e ſimile eſt adiutoriū. Vn̄ Aug.
in eodē. Jllud noſtrū qd in actione tp̄aliū
tractandoꝝ ita verſat' vt nō ſit in nobis cō
mune cū pecore: rōnale eſt quidē: ſ ex illa
rōnali mēte qua ſubherem⁹ intelligibili et
incōmutabili veritati tanq̄ ductum ⁊ infe
rioribus tractandis gubernandiſq; depu/
tatū eſt Sicut eñ in oībus pecoribus nō ē
inuentū viro adiutoriū ſil'e ſibi: niſi de illo
detractū i ꝯiugiū formaret': ita mēti nr̄e q̄
ſupnā ꝯſulimus v̄itatē: nullū eſt ad vſum
reꝝ tempaliū q̄tum nature hoīs ſatis eſt
ſil'e adiutoriū ex aïe ꝑtib⁹ quas cōmunes
cū pecoribus habem⁹. Jdeoq; rōnale no=
ſtrum nō ad vnitatis diuortiū ſepatum: ſ
in auxiliū ſocietatis quaſi deriuatū i ſuo
diſpartit' officio. Et ſicut vna caro eſt duo
rum in maſculo ⁊ in femina: ſic intellectū
nr̄m ⁊ actionē ſiue rationē ⁊ appetitū ratio
nalem. vel ſi aliquo mō ſignificantius dici
poſſunt vna mentis natura cōplectit': vt ſi
cut de illis dictū eſt. Erunt duo in carne
vna ſic ⁊ de his dici poſſit: duo i mēte vna
Ecce ex his v̄bis apte intelligi pōt q̄lit' in
aïa hoīs exiſtat imago illius ꝯiugij: ⁊ qua
liter in ſingulis noſtꝝ ſpiritualiter ſint illa
tria. ſcʒ. vir mulier ſerpens.

Qualiter per illa tria in nobis cō=ſummetur temptatio. h

Nūc ſupereſt oſtē=

dere quō p̄ hec tria in nobis cōſummetur
peccatū. Vbi agnoſci poterit ſi diligent' in
tendat' quid ſit in aïa mortale vel venia=
le peccatū. Vt eñ ibi ſerpens ſuaſit mulie=
ri: ⁊ ml'ier viro. Jta ⁊ in nob ſenſualis mo
tus cū illecebram peccati conceperit. qua/
ſi ſerpēs ſuggerit mulieri. ſ. inferiori parti
rōnis. i. rationi ſcientie q̄ ſi conſenſerit ille/
cebre: mulier edit cibum vetitū. Poſt de
eodem dat viro cum ſupiori ꝑti rōnis. id
eſt rationi ſapientie eandē illecebrā ſugge
rit quaſi conſentit. tunc vir etiam cū femia

Qn̄ pctm̄ ſit veniale.

cibum vetitū guſtat. Si g̊ in motu ſenſuali

Qn̄ ml'ier ſola manducat cibum vetitū.

tātū peccati illecebra teneat': veniale ac le
uiſſimū eſt peccatū. Si v̄o inferior pars
rationis conſenſerit: ita vt ſola cogitatiōis
delectatiōe ſine volūtate ꝑficiendi teneat'
mulier ſola mādicauit nō vir: cui⁹ autori=
tate cohibet' volūtas: ne ad opus vſq; p̄=
ueniat. Si v̄o aſſit plena volūtas ꝑficiēdi
vt ſi aſſit facultas ad effectū ꝑducat' vir q̄ꝫ
māducat: q: ſupior ps rōnis illecebre con
ſenſit: ⁊ tūc eſt dānabile ⁊ graue peccatū.

An eſt mortale pctm̄ in guſtu ml'ieris diſcerne aliquādo mortale aliquādo veniale pctm̄.

Qn̄ autē mulier ſine viro guſtat aliqn̄ eſt
mortale aliqn̄ veniale peccatū. Vt eniʒ di
ctū eſt tūc mulier ſine viro guſtat cū ita de
lectatiōe cogitatiōis peccatū tenet': vt fa=
ciendū nō decernat' vt cū quidā terminus
⁊ mēſura pctō adhibet' a viro: vt nō liceat
ml'ieri effrenata libertate i peccatū ꝓgredi

Repetit quādo ml'ier ſine viro guſtat. vbi oñdit qn̄ veniale ⁊ qn̄ mortale eſt.

Si ergo peccatū non diu teneat' delecta
tione cogitationis: ſed ſtatim vt mulierem
tetigit viri autoritate repellat': veniale eſt.
Si v̄o diu in delectatiōe cogitatōis tenea
tur: ⁊ ſi volūtas ꝑficiēdi deſit: mortale eſt
⁊ ꝓ eo damnabit' ſil' vir ⁊ mulier. i. tot⁹ hō
q: ⁊ tunc vir non ſicut debuit mulierē co=
hibuit: vnde poteſt dici conſenſiſſe.

Repetitio ſummā perſtringēs. i

Jtaqʒ vt breuiter

ſummā perſtringā qn̄ peccatum ita in ani/
ma ꝯcipit' vt illud facere diſponat: vel etiā
ꝑficiat aliud frequenter: aliud ſel': vel etiaʒ
qn̄ delectatione cogitatiōis diu teneatur:
mortale eſt. Cū vero in ſenſuali motu tan/
tum eſt vt prediximus: tunc leuiſſimū eſt:
quia ratio tunc non delectat'. Jdeo aūt ſu
pra dixi aliud frequenter: aliud ſemel. q: q̄
dam ſunt que ſi tantū ſemel fiant: vel faciē/
da diſponant': damnant: quedam v̄o non
niſi ſepius fiant vel facienda decernantur:
vt de ocioſo verbo ⁊ hmōi. Hec Augu. in

Auctē aug. ita eē ꝯfirmāt

xij. li. d' trinitate tradit ita. Sicut in illo cō
iugio p̄morum hominū ſerpens māducan
dum ꝑſuaſit. Mulier autem non mandu/
cauit ſola: ſed viro ſuo dedit ⁊ ſimul mādu
cauerūt: ita ⁊ in quodā ſecreto ꝯiugio qd
in hoïe gerit' ⁊ dinoſcit' cū ratione ſciētie q̄
in reb⁹ tp̄alib⁹ agēdis rōcinādi viuacitate
verſat' aïalis ſenſus igerit quādā illecebrā
tunc velut ſerpens alloquit' feminā Huic

Qn̄ ml'ier cū viro manducat.

autem illecebre conſentire de ligno vetito
eſt edere. Sed iſte conſenſus ſi ſola cogita
tionis delectatione contentus eſt: ſuperio
ri v̄o autoritate ita retinent' menbra vt nō
exhibeant' arma iniq̄tatis peccato: ſic ha/
bendum eſtimo: velut lignum vetitum mu
lier ſola comederit. Si aūt in conſenſu illo
ita decernitur quodq; peccatū: vt ſi ſit po
teſtas etiam ope impleatur: intelligēda eſt

mulier dediſſe viro ſuo ſimul edendum illicitum cibum. Nec enim poteſt peccatum non ſolum cogitandū ſuauiter verū etiam perpetrandum efficaciter mēte decerni: niſi ⁊ illa mentis intentio penes quā ſumma poteſtas eſt membra in opus mouendi: vł ab opere cohibendi male actioni cedat.

Utrū ſit mortale qđ in ſola delectatiõe tenet cogitationis.

Nec ſane cum ſola cogitatione mens oblectatur illicitis non quidem decernens eſſe facienda: tenens tamen ⁊ volēs libenter que ſtatim vt attigerūt animum reſpui debuerunt: negandū eſt eſſe pctm̄: ſed lōge minꝰ ꝙ ſi ⁊ ope ſtatuatur implendū Et ideo de talibus ꝗ cogitationibus venia petēda ē pectuſꝗ ꝑcutiendum ⁊ dicendū. Dimitte nobis debita noſtra. Nec eīm ſicut in illis duobus p̄mis hominibus perſonam ſuaȝ quiſꝗ portabat Et ideo ſi ſola mulier cibū ediſſet illicitum: ſola vtiꝗ mortis ſupplicio plecteretur: ita dici poteſt in nomine vno. ſi delectationibus illicitis a quibus continuo ſe deberet auertere: cogitatio libenter ſola paſcatur: nec faciēda decernantur mala: ſed tamē ſuauiter in recordatione teneantur quaſi mulierem ſine viro poſſe damnari. Abſit hoc credere. Hic quippe vna ꝑſona eſt: vnus homo eſt: totuſꝗ damnabitur: niſi hec que ſine voluntate operādi: ſꝫ tm̄ cum voluntate animū talibus oblectandi ſolius cogitatõnis ſentiunt eſſe peccata per mediatoris gratiam remittantur.

Auguſti.

Idē quoꝗ in libro cōtra manicheos de hoc eodem ſic ait. Apoſtolus dicit. Scđm principem poteſtatis aeris huiꝰ ſpūs ꝗ nūc operatur in filijs diffidētie. Nunquid ergo viſibiliter eis apparet aut quaſi corpꝫis locis accedit ad eos ⁊ operatur. Sed miris modis per cogitationem ſuggerit quicq̄d poteſt: quibus ſuggeſtionibus reſiſtēdum eſt Nō eīm ignoramus aſtutias eiꝰ. Quomodo eīm acceſſit ad iudam quādo ei ꝑſuaſit vt dn̄m traderet. Nunquid in locis aut ꝑ hos oculos ei viſus eſt? Sꝫ vtiꝗ vt dictū eſt in cor eius intrauit. Repellit aūt illum homo ſi ꝑadiſum mentis cuſtodiat. Poſuit eīm hominem deus in paradiſo vt operaretur et cuſtodiret q꞉ ſicut eccleſie dicitur in canticis canticorum. Ortus ꝯcluſus fons ſignatꝰ. quo vtiꝗ nō admittitur ꝑuerſitatis ille perſuaſor: ſed tamen per mulierem decepit. Nō enim etiam ratio noſtra deduci ad conſenſionem peccati poteſt: niſi cum delectatio mota fuerit in illa ꝑte animi ꝗ debet obtꝑare rõni tanꝗ rectori viro Etiā ī vno quoꝗ nr̄m nihil aliud agitur cū ad peccatū quiſꝗ dilabitur ꝙ tunc actū eſt in illis tribꝰ ſerpēte: muliere: ⁊ viro. Nā primo fit ſuggeſtio ſiue ꝑ cogitationē ſiue ꝑ ſenſus corporis vel videndo: vel tangendo: vel audiendo: vł guſtādo vł olfaciēdo. Que ſuggeſtio cū facta fuerit ſi cupiditas nr̄a nō moueatur ad peccandū: excluditur ſerpētis aſtutia. Si aūt mota fuerit: qſi iā mulieri ꝑſuaſum erit: ſed aliqn̄ ratio viriliter etiā cōmotā cupiditatem refrenat ⁊ cōpeſcit. Qđ cū ſit: nō labimur in peccatū. ſꝫ cū aliquāta luctatione coronamur. Si aūt ratio ꝯſentiat ⁊ qđ libido cōmouerit faciendū eſſe decernat ab omni vita beata tanꝗ de paradiſo expellitur homo. Iam eīm peccatū imputatur etiā ſi non ſubſequatur factū: qn̄ rea tenetur in conſenſione conſcientia.

Quare hec de anime partibus dixit. k

Hec de anime par-

tibus interſeruimus: vt ipſius anime natura plenius cognoſceretur: ⁊ ſcđm quaȝ ſui portionem in ea ſit liberum arbitriū: intelligatur. ſ. ſꝫm rationem qua omne peccatū mortale geritur: ſed nō omne veniale: illud ſcꝫ qđ in ſolo motu ſenſualitatis exiſtit.

Q ſenſualitas ſepe in ſcriptura aliter ꝙ ſupra accipitur. ſ. vt etiā inferior rationis portio eius nomine intelligatur. l

Non eſt autē ſilen

tio ꝑtereundū ꝙ ſepe in ſcriptura noīe ſenſualitatis: nō id ſolū in aīa qđ eſt nobis cōmune cū pecore: ſed etiā inferior portio rationis ꝗ tꝑalium diſpoſitiōi intendit: intelligitur. Qđ diligens lector in locis ſcripture vbi de ip̄a fit mētio vigilanter annotet.

Iſta eſt diſtinctō. xxiiij. huiꝰ ſcđi libri. In qua magiſter poſtꝙ egit de temptatiōe primi hominis ꝑ quam cecidit agit de potētia ſꝫm quaȝ ſtare potuit. cuiuſmodi eſt liberum arbitriū. Et tria facit. Nam p̄mo oſtendit ꝙ p̄mis parētibus fuit datum ſufficiens adiutorium ad ſtatus innocentie tentionem. Secundo ſubdit ꝙ illud adiutorium fuit liberum arbitrium inſinuans ad quam ip̄m pertineat anime portionem. Tertio ſubiungit ꝙ nos peccātes ſequimur quodammodo primorum parentum temptationem. Primū facit a principio diſtinctiōis vſꝗ ibi. Conſiderandū eſt. Secundū vſꝗ ibi. Illud quoꝗ non ꝑtereundum eſt. Tertiū vero vſꝗ ad finē diſtinctiōis. In ſpēali ſententia magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionibus. quarū p̄ma eſt hec. Primꝰ homo auxilio gratie a creatione ſibi indite potuiſſet abſꝗ merito cuilibet temptationi reſtitiſſe. Hanc mgr̄ ꝑ

dans dicit ꝙ pͥmus hō ex creatōe habuit ſibi inditū recte volūtatis auxiliū. quo reſiſtere potuit malo. lȝ nō ad meritū glorie. Et ratio eſt: q: ſi tale auxilium nō habuiſſet peccatū: nō fuiſſet ſibi iuſte imputatū. Sȝ ꝯtra obijcit̄ dupliciter. Primo querēdo quō talis voluntas recta poſſit dici. q: pͥmꝰ hō nec meruit nec ſtetit? Et rn̄det ipſam fuiſſe rectā ꝑ mali carentiā. et q: ꝑ hoc eā ad tēpus ſtare voluit. Secūdo querit ſic Cum reſiſtere malo ſit meritorium ſi potuit in primo ſtatu reſiſtere malo: ergo mereri potuit? Et reſpondet ꝙ reſiſtere malo in natura corrupta meritorium bene eſt. in qua eſt aliquid impellens ad malum. ſed non fuit ſic in natura integra. in qua fuit auxiliuȝ includens rectitudinem oīm potentiarū anime. abſqȝ quocunqȝ impellente ad malum. Secunda ꝓpoſitio eſt hec. Auxiliū quo hō in ſtatu innocētie potuiſſet vitaſſe peccatū eſt liberū arbitriū ꝑtinēs ad ſuperioris rōnis portionē. Hāc mgr̄ inſinuans q̄rit. Quid ſit illud auxiliū quo hō potuiſſet in pͥmo ſtatu vitaſſe peccatū? Et rn̄dens dicit ꝙ fuit liberū arbitriū qd̄ deſcribens dicit ꝙ ſit facultas rōnis ⁊ volūtatis: q̄ bonū eligit̄ cū gratia ⁊ malū ſine gratia. ⁊ dicitur liberum quo ad voluntatem. ⁊ dicitur arbitrium quo ad rationem ad quam ſpectat potentia diſcernendi Et dicitur facultas voluntatis ⁊ ratiōis eo ꝙ tā ad voluntatem q̄ ad rationem ſpectat. Ex quo correlarie infert ꝙ liberum arbitriū ſit potentia rationalis nature qua poteſt velle bonum vel malum vtrūqȝ diſcernendo. ⁊ ꝑ conſequens bruta animalia eo carēt ⁊ ſic tantum ſenſum ⁊ appetitum q̄ ſenſualitas dicit̄ habent. Et ſubdit ꝙ ſenſualitas ⁊ ratio ſunt due vires anime ab inuicem differentes. Nam ſenſualitas reſpicit ſenſus corporis ⁊ appetitus eorū. Ratio vero eſt quedam vis anime ſuperior excedēs oīe illud qd̄ habemus cōmune cum brutis. Cuius quidē ratiōis duplex eſt portio. vna inferior que diſponit temporalia. Alia ſuperior que eternis bonis conſpiciēdis intendit. Et he due portiones non nominant duas eſſe potentias anime. ſed diuerſa eſſe officia vnius ⁊ eiuſdem potentie. Tertia propoſitio eſt hec. Tunc mortaliter ⁊ venialiter peccamus: dum vel in opus vel in delectationem culpe cōſenſum damus. Hanc mgr̄ inſinuās dicit ꝙ ad inſtar pͥmi hoīs pͥmi peccati aliq̄n contingit nos peccare. Unde ſicut in primo peccato primorꝝ parentum inueniebatur ſerpēs ſuadens mulieri. ⁊ mulier ſuadens viro. ita ⁊ in nobis ſenſualitas ꝑ modum ſerpentis ſuadet rationi ſuperiori. nam ratio ſuperior ⁊ inferior habet ſe ſicut vir ⁊ mulier q: ſicut vir ſeductus fuit a muliere ſibi data in adiutorium. ⁊ vnum cū ipſo exiſtit in carne vna. ita ratio inferior a ſuperiori deducit̄: ⁊ eſt ei in adiutorium vnū cū illa vna mentis natura exiſtens. Et ſubdit ꝙ motus ad peccandū q̄ ſolum eſt in ſenſualitate eſt pctm̄ veniale: ſed ꝑueniens ad rationem ſuperiorem eſt peccatum mortale. conſiſtens aūt in ratiōe inferiori: ſi non diu tenet̄ etiam eſt veniale. Si vero in ea diu teneatur mortale eſt. Et hec oīa ꝓbat autoritate beati Auguſtini. addens ꝙ ratio inferior etiam quādoqȝ ſummit̄ ꝓ ſenſualitate. quod dimittit diligenti lectori perſcrutandum. igitur ⁊c̄. Et tm̄ in ſpeciali de ſententia huius diſtinctionis.

Redit ad liberi arbitrij conſiderationem. a

DI XXV

Diffinitio liberi arbitrij.

Iam vero ad ꝓpoſitū redeamus. ſ. ad liberi arbitrij tractatū. Qd̄ philoſophi diffinientes dixerūt liberum de voluntate iudiciū: q: ꝑtās ipa ⁊ abilitas voluntatis ⁊ rationis quaȝ ſupra diximus eſſe liberū arbitriū: libera eſt ad vtrūlibet: q: libere pōt moueri ad hoc vel ad illud Liberū ergo dicit̄ arbitriū quantuȝ ad voluntatē: q: voluntarie moueri ⁊ ſpōtaneo appetitu ferri pōt ad ea que bona vel mala iudicat: vel iudicare valet.

Q liberum arbitriuȝ non pertinet niſi ad futurum. nec ad omne futurum. b

Hoc autem ſciendū eſt ꝙ liberum arbitriū ad p̄ſens vel ad p̄teritum non refert̄: ſed ad futura cōtingētia Quod eīn in p̄ſenti eſt. determinatū ē: nec in poteſtate noſtra eſt vt tunc ſit vel nō ſit q̄n eſt: poteſt eīn non eſſe vel aliud eſſe poſtea: ſȝ nō pōt nō eſſe dū eſt: vel aliud eē dū id eſt qd̄ eſt: ſȝ in futuro an hoc ſit vel illud ad ꝑtātem liberi arbitrij ſpectat. Nec tamē omnia futura ſub poteſtate liberi arbitrij veniūt: ſed ea tantū que ꝑ liberū arbitriuȝ poſſunt fieri vel non fieri. Si quis enim tale quid velit ac diſponat facere quod in eiꝰ nullatenus ſit poteſtate: vel q: ſine ipiꝰ diſpoſitione eque fieret: in hoc ipſe liberū nō habet arbitrium.

Q ſuprapoſita deſcriptio liberi arbitrij nō cōuenit deo. nec his qui glorificati ſunt. c

Et quidem ſcḋm predictam aſſignatōnē in his tm̄ videtur eſſe liberū arbitrium qui volūtatem mutare ⁊ in contraria poſſunt deflectere. In quorū videlicet poteſtate eſt eligere bonū vel malum: ⁊ vtrūlibet ſcḋm electionē facere vel dimittere. Scḋm ꝙ nec in deo nec in his omnibus: q̄ tanta beatitudinis gratia ſunt roborati: vt iam peccare nequeant liberū arbitrium eſſe nequit. Sed ꝙ deus liberū arbitrium habeat Aug. docet in lib. xxij. de ciui. dei ita inq̄ens Certe deus ipſe nunq̄d q̄ꝛ peccare non pōt. ideo liberuȝ arbitriū habere negandus eſt. Amb. q̄ꝫ in li. de tri. ait. Paulus dicit quia omnia opat̄ vnus atqȝ idem ſpūs. diuidēs ſingulis ꝓut vult id eſt ꝓ libere voluntatis arbitrio. nō pro neceſſitatis obſequio. Qd in deo ſit liberum arbitrium. Ambroſiꝰ.

Qualiter in deo accipit̄ liberū arbitrium. d

Sed aliter accipit̄

liberũ arbitriũ in creatore q̃ in creaturis.
Dei etenĩ liberũ arbitriũ dicit̃ ei⁹ ſapiẽtiſſi
ma ꝛ oipotẽs volũtas: q̃ non neceſſitate: ſꝫ
libera bonitate oia facit ꝓut vult. Ideoq̃ꝫ
Hiero. attendẽs nõ ita eſſe liberũ arbitriũ (Hiero.)
in deo ſicut eſt in creaturis: ab ipſo videt̃
liberũ arbitriũ excludere in omelia quadã
de filio ꝓdigo dicẽs. Solus de⁹ eſt in quẽ
peccatũ nõ cadit nec cadere põt. Cetera cũ
ſint liberi arbitrij in vtrãq̃ꝫ ꝑtem flecti poſ
ſunt. Dũ ait: cetera: indicat liberũ arbitriũ
ſicut eſt in ceteris non ita eſſe in deo.

Qꝫ angeli ꝛ ſancti qui iam b̃ti ſunt
habent liberum arbitrium. e

Angeli vero ꝛ ſancti
qui iam cũ dño feliciter viuũt. atq̃ꝫ ita gra
tia beatitudinis confirmati ſunt vt ad ma
lum flecti nõ velint nec pñt: libero arbitrio
nõ carent. Unde Aug. in li. xxij. de ciuita
te ait. Sicut ꝓma immortalitas fuit quam (Augusti.)
peccãdo Adã ꝑdidit poſſe nõ mori. ita pri
mum liberũ arbitriũ poſſe nõ peccare: no
uiſſimũ nõ poſſe peccare. Idẽ i ench. Sic
oportebat ꝓus hominẽ fieri: vt bene velle
poſſet ꝛ male. Poſtea vero ſic erit vt male
velle nõ poſſit: nec ideo carebit libero arbi
trio. Multo quippe liberi⁹ erit arbitriũ (Quõ liberius erit arbitriuꝫ quõ peccare nõ poterit.)
quod omnino non poterit ſeruire peccato
neq̃ꝫ aut volũtas nõ eſt: aut libera dicẽda
nõ eſt: q̃ beati ſic eſſe volumus: vt eſſe miſe
ri nõ ſolũ nolimus: ſꝫ nequaq̃ꝫ prorſus vel
le poſſimus. Sicut ergo aĩma nr̃a nũc ha
bet nolle infelicitatẽ: ita nolle iniquitatem
ſemꝑ habitura eſt. Sꝫ ordo ſeruãdus fuit
quo deus voluit oſtendere q̃ bonũ ſit ani
mal rationale qđ etiã peccare poſſit: q̃uis
ſit meli⁹ qđ peccare non poſſit. Ecce his
v̈bis euidenter aſtruit̃ q̃ poſt beatitudĩs
ꝯfirmationẽ erit i hoie liberũ arbitriũ quo
peccare nõ poterit: ꝛ nũc in angelis eſt ꝛ in
ſanctis qui cum dño ſunt: ꝛ tanto vtiq̃ꝫ li
berius quãto a peccato immuni⁹: ꝛ ad bo
num ꝓnius. Quo enĩ quiſq̃ꝫ ab illa ſeruitu (Euidẽs ꝛ ſufficiens rõ q̃re dicat̃ eſſe liberum arbitriũ)
te: de qua ſcriptum eſt. Qui facit peccatuꝫ
ſeruus eſt peccati: longius abſiſtit: tanto in
eligẽdo bonũ liberius hꝫ iudicium. Unde ſi
diligẽter inſpiciat̃ liberũ videt̃ dici arbitri
um: q2 ſine coactiõe ꝛ neceſſitate valet ap
petere vel eligere qđ ex rõne decreuerit.

De libertatis arbitrij differentia
ſm diuerſa tempora. f

Ex predictis ꝑſpi
cuũ fit q̃ maior fuit libertas arbitrij ꝓma
q̃ ſecũda: ꝛ tertia multo maior q̃ ſcđa vel
ꝓma. Prima enĩ libertas arbitrij fuit i qua
poterat peccare ꝛ nõ peccare. Ultima v̈o
erit in qua poterit non peccare: ꝛ non pote
rit peccare: media v̈o in q̃ põt peccare: ꝛ nõ
põt nõ peccare: añ repationẽ etiã mortalit̃
poſt repationẽ vero ſaltem venialiter.

De quattuor ſtatibus liberi arbi
trij. g

Et poſſunt i homi
ne notari quattuor ſtat⁹ liberi arbitrij. Añ
pctm̃ enĩ ad bonum nĩl impediebat: ad ma
lum nĩl impellebat. Nõ habuit infirmitatẽ
ad malum: ꝛ habuit adiutoriũ ad bonum.
Tunc ſine errore ratio iudicare ꝛ volũtas
ſine difficultate bonum appetere poterat.
Poſt pctm̃ v̈o añ repationẽ gr̃e ꝓuenit̃ a
ꝯcupia ꝛ vincit̃: ꝛ hꝫ infirmitatẽ in malo:
ſed nõ habet gr̃am in bono: ꝛ ideo põt pec
care. ꝛ nõ põt non peccare: etiã dãnabilit̃.
Poſt repationẽ v̈o añ ꝯfirmationẽ ꝓmit̃
a ꝯcupiſcentia: ſed nõ vincit̃: ꝛ hꝫ quidem
infirmitatẽ in malo: ſꝫ gr̃am i bono. vt poſ
ſit peccare ꝓpter libertatẽ ꝛ infirmitatẽ: et
poſſit nõ peccare ad mortẽ ꝓpter libertatẽ
ꝛ gr̃am adiuuantẽ. nondũ tñ hꝫ poſſe om
nino non peccare vel non poſſe peccare ꝓ
pter infirmitatẽ nondũ perfecte abſorbtaꝫ
ꝛ ꝓpter gratiam nondum plene cõſumma
tã. Poſt ꝯfirmationẽ v̈o infirmitate peni
tus ꝯſumpta ꝛ gr̃a ꝯſũmata. nec vinci po
terit nec ꝓmi ꝛ tũc habebit nõ poſſe peccare

De corruptione liberi arbitrij per
peccatum. h

Unde manifeſtuꝫ
eſt q̃ ꝓter alias penalitates ꝓ pctõ illo in
currit hõ penã in corruptiõe ꝛ depꝛſſiõe li
beri arbitrij. Per illud nanq̃ꝫ pctm̃ natura
lia bona in ipõ hoie corrupta ſũt ꝛ gratui
ta detracta. Hic eſt enĩ ille q̃ a latronibus
vulnerat⁹ eſt ꝛ ſpoliat⁹. Uulnerat⁹ quidẽ
in naturalibus bonis q̃bus nõ eſt ꝓuatus
alioq̃n nõ poſſet fieri repatio. Spoliat⁹ v̈o
gratuitis. q̃ ꝑ gr̃am naturalib⁹ addita fue
rant. Hec ſunt data optima ꝛ dona ꝑfecta.
Quorꝫ alia ſunt corrupta ꝑ pctm̃. i. natu
ralia. vt ingeniuꝫ. memoria. intellect⁹. alia
ſubtracta. i. gratuita. quãq̃ꝫ ꝛ naturalia ex
gr̃a ſint. Ad generalẽ dei quippe gratiã per
tinent. Sepe tñ hmõi fit diſtinctio cuꝫ gr̃e
vocabulũ ad ſpeciẽ nõ ad genus refertur.

Augusti. Corrupta eſt ꝗ libertas ꝑ pctm̄ ⁊ ex pte ꝑdita. Un̄ Augu. in ench. Libero arbitrio male vtēs hō ⁊ ſe ꝑdidit ⁊ ipm̄ Cū eni libero arbitrio peccaret victore pctō amiſſū ē et liberū arbitriū. A q̄ eni ꝗs deuictus eſt huic ſeruus addictus eſt. Ecce liberū arbitriū dicit hoiem amiſiſſe. nō quia poſt peccatum nō habuerit liberz arbitriū ſed quia libertatem arbitrij ꝑdidit: nō quidē omnē ſed libertatē a miſeria ⁊ a peccato.

De tribus modis libertatis arbitrij. i

Eſt nāqz libertas triplex. ſ. a neceſſitate. a peccato. a miſeria A neceſſitate ⁊ an̄ peccatū ⁊ poſt eque liberū eſt arbitriū.

De libertate a neceſſitate. Sicut eni tūc cogi nō poterat ita nec modo. Ideoqz volūtas merito apud deū iudicat̄ que ſemꝑ a neceſſitate libera eſt ⁊ nūq̄ꝫ cogi pōt: vbi neceſſitas ibi nō eſt libertas: vbi nō eſt libertas. nec volūtas ⁊ ideo nec meritū. Hec libertas in oībus eſt tā in malis q̄ꝫ in bonis.

De libertate a peccato. Eſt ⁊ alia libertas a peccato. ſ. de qua dicit apoſtolꝰ Ubi ſpūs dn̄i ibi libertas Et veritas in euāgelio. Si filius vos liberauerit vere liberi eritis. Hec libertas a ſuitute peccati liberat ⁊ ſeruos iuſticie facit ſicut econuerſo ſeruitus peccati liberos iuſticie facit. Unde aplus. Liberati a peccato ſerui facti eſtis iuſticie. Et item. Cum ſerui eſſetis peccati liberi fuiſtis iuſticie. Hanc libertatem peccando homo amiſit. Ideoqz Aug. dicit qꝫ homo male vtens libero arbitrio: ⁊ ſe perdit ⁊ ipſum: quia perdita eſt ꝑ peccatum libertas: nō a neceſſitate ſed a peccato. Qui eni facit peccatū: ſeruus eſt peccati.

Qui habent hanc libertatez ſcz a peccato ⁊ per quid. k

Iſtam libertatem que eſt a peccato illi ſoli nunc habēt quos filius ꝑ grām liberat ⁊ reparat: nō ita qꝫ penitus ſint ſine pctō in hac mortali carne: ſ; vt in eis peccatuz nō dn̄et̄ neqꝫ regnet. Et hec eſt vera ⁊ bona libertas que bonā parit ſeruitutem. ſ. iuſticie. Un̄ Auguſtinꝰ in ench. ait. Ad iuſticiā faciendā non erit aliquis liber niſi a peccato liberatꝰ: eſſe iuſticie ceperit ſeruus: ⁊ ipſa eſt vera libertas ꝓpter recti facti leticiam: ſimul ⁊ pia ſeruitus ꝓpter precepti obedientiam. Eſt alia libertas nō vera male ſeruituti adiūcta: q̄ eſt ad malū faciēdū vbi ratio diſſentit a voluntate iudicans nō eſſe faciendum qđ voluntas appetit. Ad bonū vero faciendū cōcordat ratio volūtati: ⁊ ideo ibi vera libertas eſt ⁊ pia. De libertate aūt ad malum ⁊ ſeruitute mala ait Aug. in ench. Serui addicti peccato. ſ. que poteſt eſſe libertas niſi qn̄ eum peccare delectat. Liberaliter enim ſeruit qui ſui dn̄i volūtatem libenter facit: ac per hoc ad peccandum liber eſt: qui peccati ſeruus eſt.

Queſtio de libertate ad malum an ſit ipa libertas liberi arbitrij an alia. l

Hic q̄ri pōt vtruz hec libertas qua quis liber eſt ad malū ſit libertas arbitrij? Si eniz libertas arbitrij ē bonū quidem eſt. quia libertas arbitrij bonum naturale eſt. Reſpōſio ſm quoſdam. Quibuſdam videt̄ qꝫ ſit ipa libertas arbitrij: que ſꝑ bona eſt: ſ; propter peccati ſeruitutem ad malum fit liberior ⁊ pronior: ⁊ ideo dicitur non eſſe vera libertas: quia ad malum eſt. Alijs autem videtur qꝫ hec libertas ad malum quam ſupra cōmemorauit Aug. nō ſit ipſa libertas arbitrij: ſed ſit quedā pronitas peccandi ⁊ curuitas que ex peccato eſt: ⁊ mala eſt.

Queſtio alia de libertate ad bonum an ipa ſit libertas arbitrij an non. m

Similiter etiā queri ſolet vtrū illa libertas vera que eſt ad iuſticiam faciendam ſit ipa libertas arbitrij? Reſpōſio ſm quoſdam. Quidam dicunt illam eandem eſſe: ſed reparatam ꝑ grām: qua iuuāte libera eſt ad bonum ſine gratia vero non eſt libera ad bonum. Unde. Augu. in ench. Iſta libertas ad bene faciendum vnde erit homini addicto ⁊ vendito ſub peccato: niſi euz redimat qui dicit. Si filius vos liberauerit: vere liberi eritis. Quod ante q̄ꝫ fieri in hoīe incipiat: quō q̄ſq̄ꝫ de libero arbitrio gloriat̄ qui nōdum eſt liber ad opanduz bn̄. Ecce apte oſtēdit liberz arbitriū ꝑ grām liberari: vt ꝑ illud bn̄ opet̄ quis. Ideoqꝫ dicūt illam libertatē verā q̄ eſt ad bn̄ faciendū cuius ſupra meminit Aug. eſſe libertatem ipam arbitrij gratia dei liberatā ⁊ adiutaz. Scđm alios. Alij vero putant: non eſſe ipam arbitrij libertatem: ſed aliā quandā que ex gratia et libero arbitrio in mente hominis deo operante incipit eſſe cū reparatus eſt.

Certa determinatio vtriuſq; queſtiõis qua dicit̃ libertas ad bonũ ⁊ ad malũ eſſe libertas arbitrij. n

Veruz nobis magiſplacet vt ipã libertas arbitrij ſit: ⁊ illa qua prius liber eſt ad malũ ⁊ illa qua q̃s liber eſt ad bonũ faciendũ Ex cauſis eñ varijs ſortit̃ diuerſa vocabula. Dicit̃ enim libertas ad malũ faciendũ anteq̃ ꝑ gratiã ſit reparata: ſed cũ ꝑ gratiam fuerit reparata dicit̃ libertas ad bonũ faciendum: quia ante gratiam libera eſt voluntas ad malũ. ꝑ gratiam ꝟo libera fit ad bonũ. Semꝑ ğ voluntas hõis aliquo mõ libera eſt: ſ; non ſemꝑ bona eſt. Non eñ eſt bona: niſi a peccato liberata: eſt tñ a neceſſitate libera Vñ Aug. in li. de grã ⁊ libero arbitrio. Semꝑ in nobis volũtas libera eſt: ſ; non ſꝑ bona eſt Aut eñ libera eſt iuſticie qñ fuit peccato: ⁊ tunc eſt mala: aut a peccato libera eſt: qñ ſeruit iuſticie ⁊ tunc eſt bona.

De libertate a miſeria. o

Eſt iteruz libertas a miſeria: de qua apl's ait. Et ipã creatura liberabitur a ſeruitute corruptiõis in libertatẽ glorie filiorũ dei. Hanc libertatem habuit hõ ante peccatũ: q2 omĩ carebat miſeria ⁊ nulla tangebatur moleſtia: ⁊ plenius habebit ĩ futura beatitudine vbi miſer eſſe non poterit. Sed in hac vita q̃ eſt inter primum peccatum ⁊ vltimam confirmationẽ nemo a miſeria liber eſt: quia penam peccati non caret.

Repetit de corruptione liberi arbitrij vt addat alia. p

Ex predictis apparet in quo ꝑ peccatũ ſit imminutũ vel corruptum liberum arbitriũ: q2 ante peccatũ nulla erat homini difficultas nullũq; impedimentũ de lege mẽbrorũ ad bonũ: nulla impulſio vel inſtigatio ad malũ. Nũc autem ꝑ legem carnis ad bonum impeditur ⁊ ad malũ inſtigat̃. vt nõ poſſit velle ⁊ ꝑficere bonũ niſi ꝑ grãm liberet̃ ⁊ adiuuet̃ q2 ait apoſtolus. Peccatũ habitat in carne. Liberũ ergo arbitriũ cum ſemꝑ ⁊ in ſingulis ſit liberum non eſt tamẽ pariter liberum in bonis ⁊ ĩ malis: ⁊ ad bona ⁊ ad mala. Liberius eſt eniz in bonis vbi liberatũ eſt: q̃ in malis vbi liberatũ non eſt Et liberius eſt ad malum quod ꝑ ſe poteſt: q̃ ad bonuz: quod niſi gratia liberetur ⁊ adiuuetur: non poteſt.

Q2 nõ ẽ parit̃ libe. ar. in bonis ⁊ in malis ad bona ⁊ ad mala.

De libertate que fit ex grã et que ex natura. q

Libertas ergo a peccato ⁊ a miſeria ꝑ gratiam eſt. libertas ꝟo a neceſſitate ꝑ naturã. Vtranq; libertatem nature. ſc3 ⁊ gratie notat apoſtolus cum ex perſona hominis nõ redempti ait. Velle adiacet mihi: perficere autem bonũ non inuenio: ac ſi diceret: habeo libertatez gratie. Ideo non eſt apud me perfectio boni. Nam voluntas hominis quã naturaliter habet: non valet erigi ad bonum efficaciter volendum vel opere implenduz: niſi per gratiã liberetur ⁊ adiuuetur. Liberet̃ quidem vt velit: et adiuuetur vt perficiat Quia vt ait apl's. Nõ eſt volẽtis velle neq; currẽtis currere. id eſt opari ſed miſerẽtis dei: qui opatur in nobis velle ⁊ operari bona: cuius grãm nõ aduocat hominis voluntas vel operatio: ſed ipã grã voluntatem preuenit preparando vt velit bonũ ⁊ preparatã adiuuat vt perficiat.

Quid poſſit ꝑ ſe hõis voluntas ⁊ q̃d ꝑ grãm.

Iſta eſt diſtinctio. xxv. huius ſecũdi libri. In q̃ mgr̃ poſtq̃ egit de libero arbitrio ꝓut eſt in omnibus in generali: agit de eo ꝓut eſt in q̃buſdam in ſpẽali. Et tria facit. Primo enim oſtẽdit reſpectu quorũ ſit liberum arbitriũ. ⁊ q᷑ aliter ſit in deo ⁊ aliter in homine. ⁊ aliter in angelo. Secundo quomõ differenter ad bonum vel malum ſe habeat in viatoribus Tertio qualiter ipm̃ modo debilitatũ ſit ex peccato. Primum facit a ꝑncipio diſtinctionis vſq; ibi. Hic queri poteſt. Secundũ ad inde vſq; ibi Ex predictis apparet. Tertium ꝟo vſq; ad finẽ diſtinctionis. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionibus. quarum ꝑma eſt hec. Liberũ arbitriũ quod ſolum reſpectu futurorũ cõtingentiũ eſt in viatoribus aliter in deo. aliter in angelis. ⁊ aliter eſt in hoſbus. Hanc magiſter ponẽs dicit q᷑ liberum arbitriũ phi diffinientes dixerũt hoc eſſe liberũ de voluntate iudicium. eo q᷑ libere poſſit moueri ad hoc vel ad aliud. non aũt attendit̃ libertas arbitrij reſpectu p̃ſentium aut p̃teritorũ. q2 p̃ñtia ⁊ preterita determinata ſunt. nec ſubiacent noſtre volũtatis facultati. ſed ſolum reſpectu futurorũ contingentiũ que ſolum humane ſubſunt ptãti. Et ſubdit q᷑ liberum arbitrium diſſimiliter eſt in deo. nob̃ ⁊ angelis beatis. Nam in deo eſt omnino liberum arbitrium a ſeruitute peccati. In angelis beatis ꝯfirmatũ ꝑ gratiam. In nobis aũt eſt flexibile in bonũ vel in malũ. Vñ ſm̃ q̃druplicẽ hõis ſtatũ q̃druplex aſſignatur in hõie fuiſſe libtas. in ſtatu innocẽtie erat libertas in hõie q̃ potuit peccare ⁊ nõ peccare. in ſtatu beatitudinis ſeu patrie erat in ea libtas q̃ nullo mõ poterat peccare In iſto ſtatu vie poſt pctm̃ añ reparationẽ habuit libertatẽ q̃ non potuit non peccare etiã mor-

taliter. Jn ſtatu ṽo poſt pctm̄ ⁊ poſt repationem añ gl'am habet libertatē q̄ hō nō pōt peccare venialit̄. Arguit̄ hō pōt peccare mortalit̄ poſt pctm̄ ⁊ poſt reparationē ante ſtatum glorie. ergo illud dictū mgr̄i nō videt̄ vere eſſe aſſumendū. añcedēs ꝓbat̄. q: ille pōt peccare mortaliter qui habet potentiā ad oppoſita exiſtentem. Sed homo in illo ſtatu exñs habet ad oppoſita potentā inclinatam. ergo poteſt etiam mortaliter peccare. maior nota eſt. Sed minor patꝫ ex hoc ꝙ homo habet in illo ſtatu potentiā rōnalem que eſt ad oppoſita Solutio ſatis manifeſta eſt ⁊ patet ergo dimittit̄. Ex quo infert correlariū ꝙ liberū arbitriū ꝑ pctm̄ eſt vulneratū ⁊ expoliatuꝫ. vulneratum quo ad naturalia. expoliatum quo ad gratuita que duo homo ſine gratia non poteſt repare. ſic̄ aliq̄s qui ſeip̄m occideret. ille non poſſet ꝑ ſe ad vitam redire. q̄m non ens non poteſt eſſe alicuius rei ꝓducibilis p̄ncipium. Sed per interfectionem occaſus factus eſt non ens. ideo ꝑ ſe non poteſt ad vitam redire. licet tamen poſſibile ſit ꝑ ṽtutem diuinā. al's nō ſequeret̄ em̄ ꝙ idem eſſet ſuijp̄ius principiuꝫ productiuum quod contradictionem implicat. Subdit etiam ꝙ ſit triplex libertas. Prima eſt a coactiōe. ⁊ illa ſemꝑ fuit ⁊ manet in hominibus in oī ſtatu. Alia eſt libertas a miſeria. ⁊ illa habet liberū arbitriū in ſtatu innocentie ⁊ habebit ip̄m in ſtatu beatitudinis ⁊ glorie. Tertia eſt libertas a peccatis que ſoluꝫ eſt in hominibus viatoribus: qui ſ͠m gratiā a peccatis liberant̄. Unde infert ꝙ etiā ſicut ſeruus iuſticie eſt liber a peccatis: ſic ſeruus peccati eſt liber a iuſticia non tamen ꝓpter hoc ſeruus peccati eſt liber dicendus eo ꝙ libertas a iuſticia. ſ. nō ſit vera libtas cenſenda. Secūda ꝓpoſitio eſt hec. Quāuis hō ſolo libero arbitrio mediante non poſſit ꝑfecte ꝑ ſe in bonum ꝑ ſe tamen ip̄o ſolo mediante pōt in malū. Hāc magiſter ꝓbans querit. Utrum in hoīe ad bonuꝫ ⁊ ad malum faciēdum ſit libertas arbitrij? Ad quod reſpondens recitat duas opiniones ⁊ poſtea ſententiam ſuam ꝓpriam. Prima opinio dicit ꝙ ſola libertas arbitrij etiam nullo addito facit hominē liberuꝫ ad bonum vel ad malum faciendum. Secūda dicit. ꝙ non ſola libertas arbitrij efficiat. ſed mediāte aliquo alio addito ita ꝙ pronitas ad peccandum addito libero arbitrio moueat ip̄m ad malū. gr̄a ṽo ipſi appoſita moueat ipſum ad bonum. Sꝫ magiſter ponens ſententiā ſuam dicit. ꝙ vtrūq; ſit a libero arbitrio. ſ. ⁊ poſſe in bonum ⁊ poſſe in malum. ita ꝙ poſſe in malum habeat homo ex ſe. poſſe aūt in bonum mediante gratia. ſine qua non poteſt quis in bonuꝫ niſi valde debiliter. Et hoc confirmat magiſter autoritate beati auguſtini. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Jn hominibus liberum arbitriuꝫ eſt quodāmodo ꝑ peccatū minutū. Hanc mgr̄ ꝓbans dicit. ꝙ ex p̄dictis patet ꝙ liberū arbitriū ſit in hoīe per peccatuꝫ minutū ſeu quodāmodo in ſua libertate corruptum q: ante peccatū hō potuit ſine difficultate moueri in bonū qd̄ poſt pctm̄ nō pōt lege mēbroꝝ repugnāte. eo ꝙ ꝑ peccatū recipit difficultatē ad bonum ⁊ incitamentum. ſeu pronitatem ad malum. q̄ ante peccatum nō habebat. Et libertas nature. id eſt libertas a coactione. quam libertatem nature vocat. eo ꝙ ꝑ naturam ineſt ⁊ etiam cuilibet non ſufficit ad bonuꝫ ꝑficiendū. ſi nō aſſit libertas gr̄e. i. libertas a miſeria ⁊ peccato. Jta ꝙ ꝑ liberū arbitriū nullus poteſt velle bonū: niſi liberatus a ſeruitute peccati. neq; ꝑficere bonū niſi adiut᷒ gr̄a aſſiſtēte. qd̄ ꝓbat ꝑ illud apl'i. Nō eſt volētis neq; currētis ſꝫ dei miſerētis: q̄ opat̄ in nob̄ velle ⁊ ꝑficere. Et tm̄ in ſpeāli.

De gr̄a operante ⁊ coopante. a

Ec eſt gratia

b operās ⁊ cooperās Operās em̄ gr̄a p̄parat hois volūtatem vt velit bonū. Gr̄a cooperans adiuuat ne fruſtra velit. Uñ aug. in li. de gr̄a ⁊ libero arbi. Coopando de᷒ in nob̄ ꝑficit qd̄ opando incipit. q: ip̄e vt velim᷒ opat̄ incipiēs: q̄ volentibus coopat̄ ꝑficiens. Ut ḡ velimus opat̄. Cū aūt volumus ⁊ ſic volumus vt ꝑficiam᷒: nob̄ coopat̄. ⁊ tñ ſine illo vel opante vt velimus vel coopante cuꝫ volumus bona pietatis opera nihil valemus. Ecce his verbis ſatis aperit̄ que ſit opans gr̄a: ⁊ q̄ coopans Opans em̄ gr̄a eſt que p̄uenit voluntatē bonam: ea em̄ liberat̄ ⁊ p̄parat̄ hois volūtas vt ſit bona. bonumq; efficaciter velit. Auguſti.

Coopans ṽo gr̄a voluntatē iam bonā ſequit̄ adiuuādo. Uñ Aug. ꝯtra Julianū hereticū qui bonā voluntatem ex libero arbitrio tm̄ eſſe dicebat. atq; hoīem ꝑ liberū arbitriū poſſe bonū velle ⁊ opari ſine gr̄a aſſerebat ait. Aptam de cōmendatiōe gratie apl's ſententiā ꝓtulit cum ait Nō eſt volentis neq; currētis: ſ; dei miſerentis. Hec ſi attēderes Juliane: non extenderes contra gr̄am merita voluntatis humane. Nō em̄ ideo miſeret̄ de᷒ alicui᷒ q: voluit ⁊ cucurrit: ſ; ideo voluit ⁊ cucurrit q: miſert᷒ ē deus. Paratur em̄ volūtas hois a deo: ⁊ a dño greſſus hois dirigunt̄. Jdq; congrue ait. Nō eſt volentis neq; currentis: ſ; miſerentis dei. Nō q: h̄ ſine volūtate nr̄a agat̄: ſed q: volūtas nr̄a nil boni agit: niſi diuinitus adiuuet̄. Uñ alibi apl's ait. Nō aūt ego ſ; gr̄a dei mecū. Non ideo dicit q: nihil boni agebat: ſ; q: nihil boni agerēt: ſi illa nō adiuuaret. His teſtimonijs apte inſinuat̄: q: volūtas hois gr̄a dei p̄uenit̄ atq; p̄parat̄ vt fiat bona: nō vt fiat voluntas quia ⁊ ante gratiā volūtas erat: ſ; non erat bona ⁊ recta voluntas.

Que ſit gratia operans ⁊ q̄ cooperans.

De ꝑfectione iuſticie.

Auguſtinus ad paulinum

Quid ſit voluntas. b

Voluntatē ipſam

Aug᷒. in li. de duab᷒ aīab᷒ ita diffinit. Voluntas eſt animi mot᷒ cogēte nullo ad aliq̄d nō admittendū vel adipiſcēdū. hec aūt vt nō admittat malū ⁊ adipiſcat̄ bonū preuenit̄ ⁊ p̄parat̄ dei gr̄a. Uñ apl's gratiam p̄uenientē ⁊ ſubſequentē cōmendans. id ē operautē ⁊ coopantē vigilāter dixit. Nō ē volētis neq; currētis: ſ; dei miſerētis. ⁊ nō

De gr̄a opante ⁊ coopante ⁊ hois voluntate.

ecōuerſo nō ē miſerētis dei ſʒ volētis ⁊ cur
rētis. Nā ſi vt quibuſdā placuit qđ dictū
eſt ita accipiatᷣ. Nō eſt volētis neq̄ʒ currē
tis: ſʒ miſerentis dei: tanq̄ʒ diceretᷣ nō ſuffi
cit ſola voluntas hominis: ſi nō ſit etiā mi
ſericordia dei. Econtra dicitur non ſufficit
etiam miſericordia dei ſi non ſit etiā volun
tas hominis. Ac per hoc ſi recte dictuʒ eſt
illud: quia id volūtas hominis ſola nō im
plet: cur non etiā a cōtrario recte dicitᷣ nō
miſerentis eſt dei: ſed volētis eſt hominis
cum id miſericordia dei ſola non impleat.
Homo enim credere vel ſperare non pote/
rit niſi velit: nec ꝑuenire ad palmā: niſi vo
lūtate currat. Reſtat ḡ vt ideo ita recte di/
ctū intelligatᷣ: vt totū detᷣ deo q̄ hoīs vo/
luntatem bonā ꝑuenit. ⁊ p̄parat adiuuan
dam: ⁊ adiuuat p̄paratam: nolentē preue-
nit vt velit: volent em ſubſequitᷣ ne fruſtra
velit. Ecce his verbis ⁊ alijs premiſſis
euidenter traditᷣ q꞉ voluntas homīs p̄pa/
ratur ⁊ ꝑuenitur gratia dei vt velit bonū:
⁊ adiuuatur ne fruſtra velit.

Q꞉ bona voluntas comitatur gra-
tiam. c

Itaqʒ bona volū-
tas comitatᷣ grām: non gratia voluntatem
Unde Augu. ad Bonifacium papam ſcri
bens contra pelagianos inq̄t. Cū fides im
petrat iuſtificationem ſicut vnicuiq̄ʒ deus
ꝑtitus eſt menſurā fidei: non grām dei ali-
quid meriti p̄cedit humani: ſed ipā meretᷣ
augeri vt aucta mereatᷣ ⁊ pfici volūtatē co
mitante: nō ducēte pediſſequa: nō preuia.
Ecce hic apte habes q꞉ gratia ꝑuenit bōe
voluntatis meritū: ⁊ ipā bona volūtas pe
diſſequa eſt gratie non preuia.

Que ſit grā voluntatem ꝑueniēs
ſcʒ fides cum dilectione. d

Et ſi diligenter in-
tendas nihilominus tibi monſtratᷣ que ſit
ipā grā voluntatem ꝑueniēs ⁊ preparans
ſcʒ fides cum dilectōe. Ideoq̄ʒ. Aug. in eo
dem tractans quō iuſtificati ſumus ex fide
⁊ tm̄ gratis: vtrunq̄ʒ enim dicit apl's qui di
cit. Juſtificati ex fide: alibi ait. Juſtificati
gratis p gratiam. Hoc em̄ ideo dixit: ne fi-
des ipā ſupba ſit ne dicat ſibi: ſi ex fide iu/
ſtificati: quō gratis? Qđ em̄ fides meretur
cur non poti᷒ redditᷣ q̄ꝫ donatᷣ. Non dicat
hō iſta fidelis: q꞉ cum dixerit habeo fidem
vt merear iuſtificationem. Reſpondetᷣ ei.
Quid habes qđ non accepiſti? Fides em̄
qua iuſtificat᷒ es: gratis tibi data eſt. Hic
apte oſtenditᷣ q꞉ fides eſt cauſa iuſtificatio
nis: ⁊ ipā eſt gratia ⁊ beneficiū quo homi/
nis ꝑuenitur voluntas ⁊ p̄paratᷣ. Uñ Au
guſtinus in p̄mo libro retractationū. Uo/
luntas eſt qua ⁊ peccatur ⁊ recte viuitur.
Uoluntas ꝟo ipā niſi dei gratia liberetur
a ſuitute qua peccati ſua facta eſt: ⁊ vt vi
tia ſuperet ⁊ adiuuetur: recte pieq̄ʒ viui a
mortalibus non poteſt: ⁊ h̄ beneficiuʒ quo
liberatᷣ niſi eam ꝑueniret iam meritis darē
tur ⁊ non eſſet gratia: que vtiq̄ʒ gratis da/
tur. Preuenitur ergo bona hominis volū
tas illo gratie bn̄ficio quo liberatᷣ ⁊ p̄para
tur. Et illud beneficiū fides chriſti recte in
telligitᷣ: ſicut Aug. in encħ. euidenter oſtē-
dit dicens. Ipm̄ arbitrium liberandū eſt
poſt illam ruinam a ſeruitute peccati. Nec
omnino per ſeipſum: ſed per ſolam dei gra
tiam que in fide chriſti poſita eſt liberatur
⁊ voluntas prepraretᷣ. Ecce aperte dicit
gratiam per quam liberatᷣ arbitrium ⁊ pre
paratur voluntas: ſitam eſſe in fide chriſti
Fides enim chriſti (vt in eodem ait) impe
trat quod lex imperat.

De beneficio quo voluntas liberatur.

Q꞉ voluntas bona que preuenitur
grā quedā dei dona preuenit. e

Ipſa tamen eadeʒ
voluntas quedam grē dona ꝑuenit. Unđ
Aug. in encħ. Precedit bona volūtas ho
minis multa dei dona: ſed nō oīa: que aūt
non p̄cedit: ipā in eis eſt ⁊ ipā iuuat. Nam
vtrūq̄ʒ legitᷣ in ſanctis eloquijs. Et miſeri/
cordia eius ꝑueniet me: ⁊ miſcđia dei ſubſe
quetur me. Nolētem quippe ꝑuenit vt ve
lit. volentem ſubſequitur ne fruſtra velit.
Cur em̄ ammonemur orare ꝓ inimicis no
ſtris nolentibus pie viuere: niſi vt deus in
eis operetᷣ ⁊ velle. Itēq꞉ cur ammonemur
petere vt accipiam᷒: niſi vt ab illo fiat qđ
volumus a quo factū eſt vt velimus. In/
de apl's ait. Nō eſt volentis neq̄ʒ currētis
ſed dei miſerētis. Ex his apparet q꞉ bona
hoīs voluntas q̄dā dona dei ꝑuenit. q꞉ eā
comitatᷣ gratia adiuuans: ⁊ quibuſdā pre
uenitur: quia eam preuenit gratia operās
ſcilicet fides cum charitate.

Que predictis videantᷣ aduerſari
ſcʒ qđ videtᷣ dici fidem eſſe ex vo-
luntate. f

Non ē tamē igno-

randum quod alibi Auguſtinus ſignifica
re videt᷑ ꝙ ex volũtate ſit fides: de illo ver
bo apoſtoli. Corde credit᷑ ad iuſticiam. ita
ſuper Johannem tractans. Jdeo non ſim
pliciter apoſtolus ait credit᷑: ſed corde cre
ditur: quia cetera poteſt homo nolens. cre
dere nõ niſi volẽs: intrare eccleſiam ⁊ acce
dere ad altare poteſt nolens ſed non crede
re. Jtez ſuꝑ Geneſim vbi Laban ⁊ Batu
el dixerunt. Uocemꝰ puellã ⁊ queramus
eius volũtatem: dicit expoſitoꝛ quia fides
Reſpõſio cũ determinatiõe. eſt volũtatis non neceſſitatis. Ad quod
reſpondentes dicimus: non hec ita accipi-
enda foꝛe vt ex volũtate hominis fides in-
telligatur ꝓuenire cũ ipſa ſit ꝓpꝛie dei
donum: vt ait apoſtolus. ⁊ ex ea bona ho
minis merita incipiant. Per hãc enim vt
ait. Auguſtinus ſuper pſalmuz. lxvj. iuſti
ficatur impius. id eſt. fit de impio pius. vt
deinde ipſa fides incipiat per dilectionem
operari: vnde omnia bona merita incipiũt
Sz potius hec ideo ita dicta ſunt: quia nõ
eſt fides niſi in eo: qui vult credere cuiꝰ bo
nam voluntatem fides pꝛeuenit nõ tempo-
re ſed cauſa et natura. Unde Auguſtinus
ſupꝛa congruenter dixit: ꝙ bona volũtas
in eis donis eſt que non pꝛecedit: ⁊ ipſa iu
uat: quia ea iuuat quibus pꝛeuenit᷑ dũ eis
conſentit ad effectuz boni ⁊ in eis eſt. quia
tempoꝛe ab eis non pꝛeceditur.

Quedaz adhuc addit que grauio rem faciũt queſtionẽ. ſ. ꝙ cogitatio boni pꝛecedit fidem. g

Ceterum hãc que-
ſtionem magis accuunt: ⁊ vꝛgent v̾ba Au
guſtini quibus in libꝛo de pꝛedeſtinatione
ſanctoꝛum vtitur ꝑtractans illud verbum
apoſtoli. Non ꝙ ſufficientes ſimus cogita
re aliquid quaſi ex nobis. Attendãt inquit
hic ⁊ verba iſta perpendant: qui putant ex
nobis eſſe fidei ceptũ: ⁊ ex deo eſſe fidei ſup
plementuz. Cõmendãs eñ iſtã gratiã que
nõ dat᷑ ſ̄m alique merita: ſed efficit omnia
bona merita inquit: nõ ꝙ ſufficiẽtes ſimus
cogitare aliq̄d boni. ſ. ex nobis. Quis au-
tem nõ videat ꝑ̇us eſſe cogitare q̄ꝫ credere.
Nullꝰ quippe credit aliq̄d niſi pꝛius cogita
uerit eſſe credendũ Si ergo cogitare bonũ
nõ eſt ex nobis. vt hic apl̄s tradit: nec cre-
dere quã q̄ꝫ ⁊ ip̄m credere nihil ẽ aliđ q̄ꝫ cũ
Quid ſit credere. aſſentiõe mẽtis cogitare. Hic videt᷑ inſinu
are ꝙ cogitatio bona p̄cedat fidẽ: ⁊ ita bo-
na voluntas p̄uenit fidem; nõ p̄ueniat᷑: qđ

p̄dictis aduerſari videt᷑. Ad hoc aũt di Determinatio
cimus ꝙ aliq̄ñ cogitatio bona ſiue volun-
tas p̄uenit fidem: ſed nõ eſt illa bona volũ
tas vel cogitatio qua recte viuit᷑. Jlla eñ
ſine fide ⁊ caritate nõ eſt. Nã vt ait Augu.
ad Anaſtaſium. ſine ſpiritu nõ eſt volũtas
hominis libera: cuz cupiditatibus vincat᷑
nõ ẽ libera ad bonũ niſi liberata fuerit Nõ
aũt liberat᷑ niſi ꝑ ſpiritũſanctum diffunda-
tur caritas in coꝛdibꝰ. nõ eſt libera volun-
tas niſi eaz liberet gr̄a ꝑ legem fidei. id eſt.
nõ eſt libera ſine fide op̄ante ꝑ dilectionez
⁊ illa ſufficiẽter bona eſt. Nõ eſt eñ fructꝰ
bonus qui de charitatis radice non ſurgit
Si vero aſſit fides operans per dilectionẽ
fit delectatio boni.

De illa cogitatione boni que pꝛecedit fidem plene diſſeritur. h

Jlla autem cogita
tio ſiue volũtas q̄ fidez ⁊ charitatẽ aliaſq̄ꝫ
iuſtificatiões p̄cedit nõ ſufficit ad ſalutem Ꝙ itellectꝰ ⁊ cognitio boni ⁊ mali voluntatem p̄cedit.
nec recte ea viuit᷑. Hac volũtate ꝯcupiſcit᷑
illa bona volũtas que ẽ magnũ bonũ. iſta
vero nõ. Alia ergo illa eſt volũtas ſiue co-
gitatio: alia iſta. Et ſicut illa iſtam p̄cedit
ita illam pꝛeuenit intellectus. Unde Aug. Auguſti.
iſtam diſtinguens ſuꝑ illum locũ pſ̄. Con
cupiuit aĩa mea deſi. iu. ait. Cõcupiuit de
ſiderare iquit: nõ deſiderauit. Uidemꝰ eñ
rõne nõnunq̄ꝫ q̄ꝫ vtiles ſunt iuſtificatiões
dei: ſ ifirmitate p̄pediti aliq̄ñ nõ deſidera-
mus. Pꝛeuolat g̊ intellectꝰ. ſequit᷑ tardus
aut nullus affectus. Scimus bonũ nec de
lectat agere: ⁊ cupimꝰ vt delectet. Sic iſte
olim deſiderare ꝯcupiſcebat: que bona eẽ
cernebat: cupiens eoꝛũ habere delectatio-
nem quoꝛũ potuit videre rationem. Oſtẽ
dit itaq̄ꝫ quibꝰ q̄ſi gradibꝰ ad eas ꝑueniã-
tur: ꝑ̇us eñ eſt vt videant᷑ q̄ꝫ ſint vtiles et
honeſte: deinde vt earum deſideriũ concu
piſcat᷑. Poſtremo vt ꝑficiente gratia dele
ctet earum op̄atio quarũ ſola ratio delecta
bat. Attende hunc oꝛdinem gratiarum Sc̄d̄m verba Augu. graꝝ oꝛdinez expo nit.
quem hic diſtincte aſſignat Auguſtinus.
qualiter ſcz intellectus bonoꝛum pꝛecedit
concupiſcentiam eoꝛũdem: ⁊ ipſa concupi
ſcentia delectationem que fit ꝑ fidem ⁊ cha
ritatem: qua habita vere bona eſt volun- Ꝙ aliq̄ñ gr̄a iuſtificatiõnis multa in hoĩe p̄cedũt bona q̄daz ex gr̄a ⁊ libertate arbitrij tñ.
tas qua recte viuit᷑ Jp̄aq̄ꝫ fidei comes eſt
non p̄uia. Qui v̾ba Auguſtini p̄miſſa
ſ̄m hanc diſtinctionem ꝯſiderat. nullã ibi
repugnãtiam foꝛe aĩaduertit: nõ ignoꝛans
etiam añ gr̄am p̄uenientem ⁊ op̄antẽ qua

voluntas bona prepaꝛ̄ in hoīe: p̄cedere q̄ꝺā bona ex ꝺei grā ⁊ libero arbitrio q̄ꝺam etiaꝫ ex ſolo libero arbitrio quibus tamen vitam nō meretur: nec grām qua iuſtifica tur. Illius eñ gratie pcipiende que volūtatem hoīs ſanat: vt ſanata legem impleat nulla merita p̄ceꝺūt. Ipa eſt eñ q̄ iuſtificatus impius fit iuſtus: qui prius erat ipius meritis aūt impij nō gratia ſed pena ꝺebetur nec iſta eſſet gratia ſi nō ꝺareꝛ̄ gratuita Datur aūt gratuita: q2 nil boni āte feceramus vnde hoc mereremur. Nō negamus tñ multa ante hāc grām ⁊ p̄ter hanc grām ab homine fieri bona p liberum arbitrium vt tradit Aug. in reſpōſionib' cōtra pelagianos: vbi ꝺicit hoīes p liberū arbitriuꝫ agros colere: ꝺomos eꝺificare: ⁊ alia plura bona facere ſine gratia cooperante.

Augu. ꝺe ſpiritu ⁊ lra. Aug°. ad Sixtum.

Qꝺ ab hoīe bona fiūt p liberū arbitriū.

Utrū vna eaꝺemq3 ſit gratia que ꝺiciꝛ̄ operans ⁊ cooperans. i

Hic conſiderandū

eſt cum p̄ꝺictum ſit p gratiam opantem ⁊ p̄uenientem voluntatem hoīs liberari ac p̄parari vt bonum velit ⁊ p grām cooperantem ⁊ ſubſequentē aꝺiuuari: ne fruſtra velit: vtrū vna ⁊ eaꝺem ſit gratia. i. vnum munus gratis ꝺatū qꝺ opeꝛ̄ ⁊ coopeꝛ̄. an ꝺiuerſa altera ⁊ altera cooperās? Quibuſdam nō irrationabiliter viꝺeꝛ̄ q̄ vna ⁊ eaꝺem ſit grā. i. ꝺonuꝫ: eaꝺē virtus q̄ operatur ⁊ coopatur: ſeꝺ p̄pter ꝺiuerſos ei' effectus ⁊ ꝺiciꝛ̄ operans ⁊ cooperās. Opans eñ ꝺicitur inq̄ꝫtum liberat ⁊ p̄parat volūtatem hominis vt bonum velit. Coopans inq̄ꝫtum eanꝺē aꝺiuuat ne fruſtra velit. ſcꝫ vt opus faciat bonum. Ipſa enim gratia nō eſt ocioſa: ſeꝺ meretur augeri: vt aucta mereatur perfici.

Hic ꝺicit q̄ vna ſit: ſꝫ propter ꝺiuerſos effect' ꝺiuerſa ſortiꝛ̄ noīa.

Quiꝺ ſit ipſa gratia et quō meretur augeri queritur. k

Si vero queritur

quomō ipa gratia p̄ueniens mereaꝛ̄ augeri ⁊ pfici: cū nullū meritum ſit abſq3 libero arbitrio: ⁊ q̄ꝺ ſit ipa gratia an v̄tus an non? Et ſi virtus: an actus vel nō. Ut hoc apte inſinuari valeat p̄mittenꝺum eſt tria eſſe genera bonorū. Alia nāq3 ſunt magna alia minima: alia meꝺia. vt Auguſtin' ait in p̄mo libro retractationū. Uirtutes inq̄t quibus recte viuiꝛ̄ magna bona ſunt Species autem quorūlibet corporum ſine quibus recte viui poteſt: minima bona ſunt. Potētie v̄o animi ſine quibus recte viui non poteſt meꝺia bona ſunt. Item virtutibus nemo male vtitur. Ceteris autem bonis. iꝺ eſt. meꝺijs ⁊ minimis. nō ſolum bene: ſeꝺ etiam male quiſq3 vti poteſt: ⁊ iꝺeo virtute nemo male vtitur. quia opus virtutis eſt bonus vſus iſtorum quibus etiā non bene vti poſſumus. Nemo autem bene vtenꝺo male vtitur. Non ſolum autem magna: ſeꝺ etiā meꝺia ⁊ minima bona eſſe preſtitit bonitas ꝺei. Ecce habes tria genera bonorum ꝺiſtincta.

Aūg' ſoluit p̄mittit ꝺ trib' generibus bonorum.

Iꝺē in lib. ꝺe libe. arbi.

In quibus bonis ſit liberum arbitrium. l

Queritur auteꝫ in

quibus bonis contineatur liberū arbitriū De hoc Auguſtinus in primo libro retractationum ita ait. In meꝺijs quiꝺē bonis inuenitur liberum voluntatis arbitrium: quia ⁊ male illo vti poſſumus: ſeꝺ tamē tale eſt vt ſine illo recte viuere nequeamus. Bonus autem vſus eius iā v̄tus eſt: que in magnis reperiꝛ̄ bonis. quibus male vti nullus poteſt. Et q2 bona ⁊ magna ⁊ meꝺia ⁊ minima ex ꝺeo ſunt: ſequiꝛ̄ vt ex ꝺeo ſit etiam bonus vſus libere volūtatis qui virtus eſt ⁊ in magnis numeratur bonis.

Auguſti.

Attenꝺe ꝺiligenter que ꝺicta ſunt ⁊ cōfer in vnum. Sic eñ aperietur quoꝺ ſupra querebatur. Dixit equiꝺem opus v̄tutis eſſe bonum vſum illorum bonorum quib' etiam nō bene vti poſſumus. iꝺ eſt meꝺiorum in quibus poſuit liberum arbitrium cuius quoq3 bonum vſum ꝺixit eſſe virtutem. Quoꝺ ſi eſt: non eſt ergo opus virtutis quoꝺ ſupra ꝺixit: quia aliuꝺ eſt virtus aliuꝺ opus eius.

Premiſſas autoritates ꝯſiꝺerari ⁊ cōferri iubet vt poſſit ſolui qꝺ q̄rebatur.

Iſta eſt ꝺiſtinctio. xxvj. huius ſecunꝺi libri. In q̄ mgr̄ poſtq̄ egit ꝺe temptatiōe per quam homo ceciꝺit ⁊ ꝺe libero arbitrio p quoꝺ ſtare potuit. Incipit agere ꝺe grā p quam ſtare ꝺebuit Et tria facit. Nā p̄mo ponit quāꝺā grē ꝺiſtinctiōeꝫ Secunꝺo ſubꝺit ipſius grē expreſſionē. Tertio ſubiungit ptium grē mutuā cōpationē. Primū faꝛ̄ vſq3 ibi. Itaq3 bona voluntas. Scꝺm vſ. ꝫ ibi. Hic conſiꝺeranꝺū. Tertium vſq3 aꝺ finē ꝺiſtinctiōis. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribus p̄poſitionibus quaꝝ p̄ma eſt hec. Iuuaꝛ̄ volūtas hūana aꝺ bonum pficienꝺum opante ⁊ coopante gratia. Hanc mgr̄ inſinuans ponit ꝺuplicem eſſe grām qua liberū arbitrium hoīs iuuatur aꝺ bonū. quaꝝ p̄ma ꝺr̄ operans p̄ueniens volūtatem bonā ea eñ liberaꝛ̄ ⁊ preparaꝛ̄ voluntas hoīs vt ſit bona. ⁊ vt bonum efficaciter velit. Alia eſt grā cooperās que aꝺ voluntatē bonam ⁊ p̄paratā iam ſequiꝛ̄ aꝺiuuanꝺo ne fruſtra bonum velit. ſeꝺ vt bonū velit cū effectu. quā ſenten

tiam mgr̃ ꝓbat autoꝛitate beati Auguſtini. Deinde recitat mgr̃ erroꝛem cuiuſdã heretici dicẽtis hominem poſſe velle bonum opari ex libero arbitrio ſine gr̃a. quẽ impꝛobat autoꝛitate apoſtoli dicentis. Nõ eſt volentis neqꝫ currentis: ſed dei miſerentis. Sup quod beatus Aug. ait. Non eñ ideo deus alicuius miſeret̃. qꝛ voluit ꝛ currit. ſed ideo quis vult ꝛ currit qꝛ deus ſui miſeret̃. Et ſubdit deſcriptionẽ volũtatis quam ponit btũs Aug. dicẽs ꝙ volũtas ẽ animi motus nullo cogente ad aliquid nõ admittendum vel adipiſcendum. Annectens ꝙ eandem gr̃am quã ipſe ſupꝛa diſtinxit in opantem ꝛ coopantem. etiã vocamus p̃cedentem ꝛ ſubſequentem. Scd̃a ꝓpoſitio eſt hec. Gratia operãs q̃ eſt fides cũ dilectiõe bonam uoluntatem non tpe: ſed natura ꝛ cauſaliter p̃cedens. ab ipſa voluntate non acquirit̃ aliquo merito. Hanc mgr̃ ꝓbans dicit. ꝙ volũtas vt p̄fert̃ ꝑ gr̃am p̃uenientem ſeu operantẽ mota ad bonũ tunc dignioꝛ eſt. i. ipſa voluntas dignioꝛẽ dominaꝫ. i. gratiam nõ p̃uenit. ſed ſequit̃ ipſam. qꝛ nullũ meritũ voluntatis p̃cedit gr̃am. ſed ipſam gr̃am oꝛdine cauſalitatis bn ſequit̃. que quidẽ gr̃a operans eſt fides cũ dilectione. Quod ꝓbat ꝑ btm̃ Auguſtinũ. Ex quibus verbis manifeſte exp̃mitur ꝙ ꝑ fidem iuſtificamur. Et ꝑ ꝯſequens gr̃a operãs. i. fides p̃uenit volũtatẽ ſeu meritũ volũtatis. Contra qḋ obijcit mgr̃ duabus autoꝛitatib⁹. Tertia ꝓpoſitio ẽ hec. Gr̃a opans ꝛ cooperãs vna exñs eſſentialit̃ ſm̃ diuerſos eius effectus aliter dicit̃. Hãc eñ ꝓpoſitionẽ mgr̃ ꝓbans querit. Utrum gr̃a opans ꝛ cooperãs ſint diuerſe gratie ſeu vna gratia diuerſis vocabulis deſignata. Et rñdens dicit ꝙ ſit vna ꝛ eadem gr̃a ꝛ idẽ donũ: tñ ꝓpter diuerſos effectus eſt diuerſis noib⁹ vocata. Nam inq̃tũ liberat volũtatẽ a malo dꝛ operans. inq̃tum aũt adiuuat ad bonũ vlteri⁹ faciendũ dicitur cooperans. Et tñ in ſpeciali.

De virtute quid ſit. ꝛ quid ſit actus eius. a

DI. XX VII

b **Hic videnduꝫ** eſt quid ſit virtus. ꝛ q̃d ſit act⁹ vel opus eius. Uirt⁹ eſt (vt ait Aug.) bona qualitas mentis q̃ recte viuitur: ꝛ qua nullus male vtitur: quam deus ſolus in homie opat̃. Ideoqꝫ opus dei tãtum eſt: ſicut de virtute iuſticie. Augu. docet ſup illum locum pſalmi. Feci iudiciũ ꝛ iuſticiã ita dicens. Iuſticia magna virtus animi eſt quã nõ facit in homie niſi deus. Ideoqꝫ cũ ait ꝓpheta ex pſona eccl̃e. Feci iuſticiã. nõ ipſam ꝟtutẽ quã nõ facit hõ: ſed opus ei⁹ intelligi voluit. Ecce apte inſinuat̃ hic ꝙ iuſticia in homie nõ eſt opus homini: ſed dei: quod ꝛ de alijs virtutibus itidem intelligendum eſt.

Exemplũ ponit de iuſticia ꝙ de alijs itidem intelligẽdum eſt.

De fide itidem dicit ꝙ non eſt ex homine. ſed ex deo tantum. b

Nam de gratia fidei Epheſis ſcribeus apl̃s. ſimilit̃ fidẽ nõ ex homie: ſ ex deo tñ eſſe aſſerit inquiens Gratia eſtis ſaluati ꝑ fidem. ꝛ hoc non ex vobis: dei eñ donũ eſt. Qḋ a ſãctis ita exponit̃: hec. ſ. fides non eſt ex vi nature nr̃e qꝛ donum dei pure eſt. Ecce ꝛ hic aperte tradit̃ ꝙ fides nõ eſt ex libertate ar it rij ſiue ex arbitrio voluntatis: qḋ ſuperioꝛibus conſonat vbi dictũ eſt: gr̃am p̃uenientem vel operantem eſſe ꝟtutem que volũtatem homis liberat ꝛ ſanat. Uñ Augu. in li. de ſpiritu ꝛ littera ait. Iuſtificati ſumus non ꝑ liberã voluntatẽ: ſ ꝑ gratiã chꝛiſti nõ ꝙ ſine voluntate nr̃a fiat: ſed volũtas noſtra oſtendit̃ infirma ꝑ legẽ vt ſanet gratia voluntatẽ: ꝛ ſana voluntas impleat legẽ.

Augu. de ſpiritu ꝛ lr̃a.

De gratia que liberat voluntateꝫ que ſi virtus ẽ. nõ eſt ex libero arbitrio ꝛ ſic nõ eſt mot⁹ mentis. c

Si igit̃ gratia que ſanat ꝛ liberat voluntatẽ mentis hominis ꝟtus eſt vel vna vel plures: cũ ipſa gratia nõ ſit ex arbitrio voluntatis: ſed eã potius ſanet ac p̃paret vt bona ſit: conſequitur vt virtus non ſit ex libero arbitrio: ꝛ ita non ſit motus vel affectus mentis. Cum oĩs motus vel affectus mentis ſit ex libero arbitrio: ſed bonus ex gratia eſt ꝛ libero arbitrio: malus vero ex libero arbitrio tantũ Ut eñ ait Augu. in libꝛo retractationum. Homo ſponte ꝛ libero arbitrio cadere potuit: nõ etiã reſurgere. Idẽ in libꝛo de duabus aĩabus. Aĩe ſi libero ad faciẽdũ ꝛ nõ faciendũ motu animi careãt ſi deniqꝫ his abſtinendi ab ope ſuo. ptãs nulla cõcedat̃ eaꝝ peccatũ tenere nõ poſſum⁹. Hic apte oñdit̃ ꝙ motus animi ſiue ad bonũ ſiue ad malũ ex libero arbitrio eſt. Idõqꝫ ſi gr̃a vel ꝟtus motus mẽtis eſt. ex libero arbitrio ẽ Si ꝟo ex libero arbitrio vel ex ꝑte eſt iam nõ ſolus de⁹ ſine hoie eã facit. Propterea q̃dã ñ inerudite tradũt ꝟtutẽ eſſe bonã mẽtis q̃litatẽ. ſiue formã q̃ aniam infoꝛmat: ꝛ ipſa nõ ẽ mot⁹ vl' effect⁹ animi: ſ ea libeꝝ arbitriũ iuuat̃ vt ad bonũ moueat̃ ꝛ erigat̃ ꝛ ita ex ꝟtute ꝛ libero arbitrio naſcit̃ bon⁹ motus vel affec⁹ animi: ꝛ exinde bonũ op⁹ ꝓcedit exteri⁹ Sic̃ pluuia rigat̃ t̃ra vt germinet ꝛ fructũ faciat: nec pluia eſt t̃ra: nec germẽ nec fruct⁹: nec t̃ra germen vl' fruct⁹ nec germẽ fruct⁹. Ita gratis t̃re mẽtis noſtre. id eſt libero arbitrio volũtatis infunditur pluuia diuine bñdictiõis. i. inſpiratur gr̃a qḋ ſolus deus facit: non homo cũ

Auguſti.

Hic aperit ad q̃d p̄dicta tendãt vt innoteſceret an ꝟt⁹ ſit mot⁹ mẽtis vel non.

Per ſile oſtẽdit. ꝛ eſt cõparo iter tria ꝛ tria.

eo: quia rigat̄ voluntas hominis vt germi net ⁊ fructificet. id eſt. ſanatur ⁊ preparat̄ vt bonum velit. ſm quod dicitur operās: ⁊ iuuatur vt bonum faciat: ſm quod dici tur cooperans: ⁊ illa gratia virtus nō incō grue nominatur: quia voluntatē hominis infirmam ſanat ⁊ adiuuat.

Ex quo ſenſu dicunt̄ ex gratia in- cipere bona merita: ⁊ de qua gra- tia hoc intelligatur. d

Cū ergo ex gratia dicunt̄ eſſe bona merita ⁊ incipe: aut intel ligit̄ gratia gratis dans. id ē. deus: vel po tius gratia gratis data: que voluntatē ho minis ꝑuenit. Nō eñ eſt magnum ſi hec a deo dicerent̄ eſſe a quo ſunt oīa: ſed poti us eius gratia gratis data intelligitur ex q̄ incipiunt bona merita: que cuꝫ ex ſola gra tia eſſe dicant̄: nō excluditur liberū arbitri um quia nulluꝫ meritum eſt in homine qd non ſit ꝑ liberuꝫ arbitrium. Sed in bonis merendis cauſe principalitas gratie attri- buitur quia principalis cauſa bonorū me/ ritorum eſt ipſa gratia: qua excitatur libe- rum arbitrium ⁊ ſanatur atq̄ iuuatur vo/ luntas hominis vt ſit bona.

Qualit̄ itelli- gat̄ cum ex ſo- la grā eſſe di- cuntur.

Q̄ bona voluntas gratie principa liter eſt: ⁊ etiaꝫ gratia eſt: ſic ⁊ om ne bonum meritum. e

Que ipſa etiam do num dei eſt ⁊ hominis meritū: imo gratie quia ex gratia principaliter eſt ⁊ gratia eſt Unde Auguſtinus ad Sixtum pſbyterū Quid eſt meritum hominis ante gratiam cum omne bonum noſtrum meritum nō in nobis facit niſi gratia. Ex gratia eñ vt di ctum eſt que preuenit ⁊ ſanat arbitriū ho- minis: ⁊ ex ipō arbitrio procreat̄ in anima hominis affectus ſiue bonus motꝰ mentis ⁊ hoc eſt primū bonum hominis meritum Sicut verbi gratia ex fidei virtute ⁊ homi nis arbitrio generatur in mēte motus qui/ dam bonus ⁊ remunerabilis ſcꝫ ipūm cre- dere. Ita ex charitate ⁊ libero arbitrio ali usquidam motus bonus ꝓuenit ſcꝫ dili- gere: bonus valde. Sic de ceteris virtuti/ bus intelligendū eſt: ⁊ iſti boni motus vel affectus merita ſunt ⁊ dona dei quibꝰ me/ remur: ⁊ ipſorū augmentationē ⁊ alia que ꝯſequētur hic ⁊ in futuro nobis apponūt̄.

Auguſti.

Qualit̄ bonū meritū i hoīe cōſtituit̄ et q̄d ſit ꝓmū bonuꝫ meritum.

Ex qua rōne dicit̄ fides mereri iu ſtificationem ⁊ alia. f

Cuꝫ ergo dicitur fi des mereri iuſtificationē ⁊ vitā eternaꝫ ex ea ratione dictū accipitur: quia ꝑ actum ſi dei meretur illa. Similiter de charitate et iuſticia ⁊ de alijs accipit̄. Si eñ fidee ipa virtus ꝑueniens diceretur eſſe mentis ac- tus qui eſt meritū: iam ipſa ex libero arbi/ trio originē haberet: quod quia nō eſt: ſic dicit̄ eſſe meritū quia actus eſt eius meri/ tum: ſi tñ aſſit charitas ſine qua nec crede/ re nec ſperare meritū eſt vite. Unde appa/ ret vere quia charitas eſt ſpūſſanctus: que anime qualitates informat ⁊ ſanctificat: vt eis anima informetur ⁊ ſanctificetur. Sine qua anime qualitas nō dicitur virtus: q2 non valet ſanare animam.

De muneribus virtutuꝫ ⁊ de gra- tia que nō eſt ſed facit meritū. g

Ex muneribus ita q̄ virtutum boni ſumus ⁊ iuſte viuimus: ⁊ ex gratia que non eſt meritū ſed facit: nō tamē ſine libero arbitrio ꝓueniunt merita noſtra. ſ. boni affectus eorūq̄ ꝓgreſſus at q̄ bona opa que deus remunerat ī nobis: ⁊ hec ipa ſunt dei dona. Unde Auguſtinꝰ ad Sixtum pſbyterum. Cū coronat deus merita noſtra nihil aliud coronat q̄ mune ra ſua. Unde vita eterna que in fine a deo meritis ꝑcedentibus redditur: quia ⁊ ea/ dem merita quibus redditur non a nobis ſunt: ſed in nobis facta ſunt ꝑ gratiam: re/ cte ⁊ ipſa vita gratia nuncupat̄: quia gra/ tis datur. Nec ideo gratis: q2 non meritis datur: ſed quia data ſunt ꝑ gratiam ⁊ ipſa merita ⁊ quibus datur.

Exponit quō intelligēdū ſit illō bonꝰ vſus liberi arbitrij virtus eſt.

Epilogus vt alia addat. h

Ex premiſſis iā in- noteſcere nobis aliquatenꝰ poteſt: qualit̄ gratia ꝑueniens meret̄ augeri: ⁊ alia: ⁊ q̄d ipſa ſit: an ꝟtus an aliud: ⁊ ſi virtus: an ſit actus vel non. Oſtenſum enim eſt ſupra ex ꝑte quorundā q̄ ipa eſt ꝟtus: quia virtus

nõ eſt actus: ſed eius cauſa: nõ tamẽ ſine libero arbitrio. Unde quod ſupra Aug⁹. dixit bonum vſum liberi arbitrij eſſe virtutẽ ita accipi poteſt. id eſt. actum ꝟtutis. Alioquin ſibi ꝯtradicere videreť: qui etiã op⁹ virtutis ſupra dixit eſſe bonũ vſum eoꝝ quibus nõ bene vti poſſumus: in quibus poſuit liberum arbitrium. Si vero bonus vſus liberi arbitrij opus virtutis eſt: iam virtus nõ eſt. Cum ergo bonũ vſum eius virtutem eſſe dixit: nomine virtutis: ipſi⁹ vſum ſignificauit.

Q͛d idem vſus eſt virtutis ⁊ liberi arbitrij: ſed virtutis principaliter. i

Idez nempe vſus bonus ex virtute eſt ⁊ ex libero arbitrio: ſ͛ ex virtute ꝑncipaliter. Et bonus ille vſus in magnis bonis annumerandus eſt. Illa autẽ gratia ꝓueniens que ⁊ virtus eſt non vſus liberi arbitrij eſt: ſed ex ea potius eſt bonus vſus liberi arbitrij: que nobis eſt a deo nõ a nobis. Uſus vero bon⁹ arbitrij ⁊ ex deo eſt ⁊ ex nobis: ⁊ ideo bonum meritum eſt. Ibi eñ ſolus deus operať: hic deus ⁊ homo. Hoc meritũ ex illa puriſſima gratia ꝓuenit: quod apoſtolus notauit dicens. Gratia dei ſum id quod ſuz: ⁊ gratia eius in me vacua nõ fuit. Sup quem locũ Auguſtinus ita ait. Recte gratiam nominat: primũ eñ ſolam gratiã dat deus: ⁊ nõ niſi gratiam: cum non precedunt niſi mala merita: ſed poſt per gratiã incipiunt merita bona. Et vt oſtenderet etiam liberuz arbitriũ: addit: ⁊ gratia eius in me vacua nõ fuit. Et ne ipſa voluntas ſine gratia dei putetur aliquid boni poſſe: ſubdit. Non autẽ ego ſolus ſcʒ ſine gratia: ſed gratia dei mecum. id eſt. cum libero arbitrio. Plane cũ data fuerit gratia incipiunt eſſe noſtra merita bona: per illam tamẽ: quia ſi illa defuerit cadit homo.

Q͛ gr͂a ꝓueniens q̃ virt⁹ intelligiť nõ ẽ li. ar. vſus. ſʒ ex ea bonuſ vſus li. ar. ⁊ omnia bona merita.

Aug⁹. de gr͂a ⁊ li. ar.

Aliorum ſententia hic oſtenditur qui dicũt virtutes eſſe bonos vſus liberi arbitrij. id eſt act⁹ mẽtis. k

Alij ꝟo dicunt virtutes eſſe bonos vſus naturaliũ potẽtiaꝝ nõ tñ oñes: ſed tñmodo interiores qui in mente ſunt. Exteriores vero qui ꝑ corpus geruntť non virtutes eſſe dicunt: ſed opera virtutum. Et ideo q͛ Aug⁹. dicit opus virtutis eſſe bonum vſum naturalium potentiarum: de vſu exteriori accipiunt. Q͛ vero dicit bonum vſum liberi arbitrij virtutez eſſe: ⁊ in magnis numerari bonis: de vſu interiori intelligunt. Et virtutes nihil aliud eſſe: q̃ʒ bonos affectus vel motus mẽtis aſſerunt quos deus in homine facit nõ homo quia licet illi motus ſint liberi arbitrij nõ tamen eſſe queunt niſi deus ipſum liberet ⁊ adiuuet gratia ſua operante ⁊ cooperante: quã dei gratuitam voluntatẽ accipiũt: quia deus eſt qui ⁊ operatur in nobis velle ⁊ operari bonum.

Qualiter ꝑdicta verba Auguſt. huic ſnie cõueniunt.

Quibus autoritatib⁹ muniunt q͛ virtutes ſint motus mentis. l

Q͛ autez virtutes ſint motus mẽtis: teſtimonijs ſctõꝝ aſtruunt. Dicit autem Aug⁹ ſup Iohez. Quid eſt fides? Credere quod non vides. Credere aũt motus mentis eſt. Idem in li. iij. de doctrina chriſtiana. Charitatem aũt voco motum animi. Si ꝟo charitas ⁊ fides motus animi ſũt; virtutes ergo motus animi ſunt. Quibus ⁊ alij reſpondẽtes premiſſa verba Auguſtini ita intelligenda fore inq̃unt. Fides eſt credere q͛d non vides: id eſt fides ẽ virtus qua creditur quod nõ videtur. Item. Charitas eſt motus animi. id ẽ gratia qua moueť animus ad diligendum Et q͛ hec ⁊ his ſimilia accipienda ſint: ex his conicitur que alibi Aug⁹. ait. Nam in primo libro queſtionum euangelij inquit. Eſt fides qua creduntur ea que nõ videntur: que ꝓprie dicitur fides. Item in. xiij. lib. de trinita. Aliud ſunt ea que creduntť: aliud eſt fides qua credũtur. Ex quib⁹ verbis ſic argumentando procedunt. Aliud eſt credere: aliud illud quo creditur. Predictum autẽ eſt fidem id eſſe quo creditur. Sic ergo credere nõ eſt fides: quia credere nõ eſt id quo creditur. Addunt quoq̧: virtus opus dei tñ eſt: quam ipſe ſolus facit in nobis. Ipſa ergo nõ eſt vſus vel act⁹ liberi arbitrij: ſed credere eſt actus liberi arbitrij: non eſt itaq̧ virtus. Premiſſis alijſq̧ rationib⁹ ac teſtimonijs innituntť vtriq̧. Horum autẽ iudiciũ diligentis lectoris relinquo examini: ad alia ꝓperans.

Quõ alij his rñdeãt ꝑdicta determinantes.

Determinationez cõfirmant autoritatib⁹.

Harum ſnia͞ꝝ iudicium lectori relinquiť.

Iſta ē diſtinctio. xxviij. hui⁹ ſecū di libri. In qua quidem diſtinctione magiſter poſtꝙ egit d̉ efficatia gratie liberi arbitrij generaliter: agit de efficacia virtutis ſpecialiter. Et circa hoc tria facͭ Nam primo tractat de virtute oſtendens qualiter recte capiaꝛ. Secūdo agit de gratia oſtendens ꝙ ſine ipſa nemo ꝓprie mereaꝛ. Tertio repellit quādā ſententiam que nō recte circa virtutem opinaꝛ. Primū quidem facit a principio diſtinctionis vſqꝫ ibi. Cū ergo ex gratia. Scḋ3 ab inde vſqꝫ ibi. Alij vero dicūt Tertiū vero vſqꝫ ad finem diſtinctionis. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionib⁹. quarū prima eſt hec. Uirtus que eſt bona mētis qualitas cenſenda nō eſt actus neqꝫ mot⁹ animi vere dicenda. Hanc eīm ꝓpoſitionē3 magiſter ꝓbans dicit ꝙ quedā ſunt magna bona hominū: cuiuſmodi ſunt ꝟtutes quibus nemo male vti poteſt. Quedam aūt ſunt bona minima: vt bona temporalia: quedam autē3 media: vt potentia anime: ⁊ illis quidem minimis ⁊ medijs bonis tam bñ ꝙ̄ male vti poſſunt homines iter q̄ media ſm beatū Auguſtinū eſt liberū3 arbitrium: cuius vſum beatus Aug⁹ alicubi nomīat opus virtutis: alicubi aūt virtutē: ⁊ ſic ſibijpſi cōtrari⁹ videꝛ. Quā contrarietatem magiſter ſoluens adducit rōnem quandā quapropter ipam virtutē nō eſſe actum ſed magis qualitatē ꝓbat: ſic arguens. Cauſa virtutis in nobis de⁹ eſt: ⁊ noſipſiſum⁹ cuiuſlibet actus nr̄i: ⁊ ꝑ ꝯſequēs vſus liberi arbitrij q̇ eſt actus noſter nō eſt virtus: ⁊ gratia cum ſit virtus vel ꝟtuti ſimilis: etiam non eſt actus noſter. Iſti⁹ argumenti magiſter minorem ſupponit: maiorē3 aūt multipliciter probat. ſ. ꝙ cauſa virtutis in nobis ſit deus: et ꝙ virtus ſit bona qualitas mētis qua null⁹ male vtitur: primo in cōmuni ꝑ virtutis diffinitionē quā3 beatus Aug⁹. ponit dicēs ꝙ deus in nobis ſine nobis oꝑatur virtutem: que eſt bona mentis qualitas qua recte viuitur ⁊ qua nullus male vtiꝛ. Secundo probat eam in ſpeciali de virtute iuſticie: de qua beatus Auguſtinus ait: ꝙ nullus eam in homine efficit niſi deus. Tertio probat eam ſpecialiter de fide quā ſm apoſtolum ſolus deus infundit. Et ſubdit ꝙ omnis motus ⁊ effectus mentis ex libero arbitrio eſt: ſ3 bonus quidem eſt ex gratia ⁊ libero arbitrio ſimul: motus autem ⁊ effectus malus ex libero arbitrio: quod probat autoritate beati Auguſtini. Ex qua vna cū3 predictis infert: ꝙ virtus non eſt motus vel affectus animi: ſed qualitas animā informans: quod de gratia que etiam virtus dici poteſt aſſerit fore cēſendū.

Secūda propoſitio eſt hec. Quāuis abſqꝫ libero arbitrio mereri non poſſumus: gratia tamen principale merendi erit principiū. Hanc mgr̄ ponēs ſententialiter dicit ꝙ ꝙ̄uis nullū3 meritum ſit in homīe qḋ non ſit per liberum arbitrium: principalis tamē cauſa merendi eſt ipa gratia gratum faciēs ſed nō gratis data que eſt donum dei: qua ſanatur ⁊ iuuaꝛ hominis voluntas: vt ſit bona ⁊ ꝓducat bonas operationes: ⁊ ſic ex gratia ⁊ libero arbitrio quod eſt anime potentia procedit primus bonus motus mentis cui correſpondet primum meritum hominis. Unde ſubdit ꝙ grā eſt qua virtutes mereri dicūtur inꝙ̄tū ꝑ actus iſta meretur. Et infert ꝙ ex actib⁹ virtutū3 boni ſumus ⁊ iuſte viuimus. Et ꝙ beatus Auguſtinus in principio hui⁹ diſtinctōis dicit vſum liberi arbitrij virtutem eſſe: ibi ſumpſit virtutē3 pro actu virtutis: quia alias ſibijpſi contradiceret. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Fides ⁊ charitas non ſunt motus ſeu affectus mentis: ſed virtutes mentem mouentes. Hanc magiſter probans recitat quandā opinionem quorundam introductam ex verbis Auguſtini: quibus vt ſupra dictum eſt in prima propoſitione videꝛ dicere Augu. ꝙ vſus liberi arbitrij ſit ꝟtus ⁊ vſus virtutis: ⁊ dicit quoſdam opinatos fuiſſe ꝙ virtutes eſſent ꝓprie actus potentiarū naturalium: nō tamē omnes ſed tm̄modo interiores in mēte: quas lic3 deus faceret: nihilomin⁹ liberi arbitrij dicerentur eſſe. Sed actus exteriores puta qui per corpus gerūtur dixerunt eſſe ꝓprie actus virtutum ⁊ non virtutes. vnde dixerunt ꝙ dictum beati Auguſtini quo dixit vſum liberi arbitrij eſſe virtutem: itelligi deberet de motu ſiue de actu interiori: quem ipſi virtutem dicebant. Quod confirmabant per hoc ꝙ idē btūs Auguſtinus dicit ſuꝑ Johannē3 ꝙ fides eſt credere qḋ nō vides. Cum ergo credere ſit motus mentis interior videtur ꝙ virtus fidei ſit interior mētis motus. Et ſimiliter dicebant de alijs virtutibus fore iudicādum. Sed magiſter illam opinionē remouens dicit beati Auguſtini autoritates innuētes ꝙ fides ⁊ charitas ſint motus anime ſeu mentis non eſſe ſic intelligendas vt ſonāt: ſed cū3 dicit ꝙ fides ſit credere qḋ nō vides hoc eſt ac ſi diceret. Fides eſt virt⁹ mouens ad credendū qḋ nō vides: ⁊ ſic de ſingulis virtutib⁹ cōformiter eſt. Et tm̄ in ſpeciali.

Predicta repetit vt alia addat diffinitam aſſignationem ponens de gratia ⁊ libero arbitrio contra pelagianos.

a

DI. XX VIII.

i

D vero incōcuſſe ⁊ incūtāter teneamus liberum arbitriū3 ſine gratia preueniente ⁊ adiuuāte non ſufficere ad ſalutem ⁊ iuſticiā obtinendam nec meritis p̄cedentibus gratiā3 dei aduocari: ſicut pelagiana hereſis tradit. Nam vt ait Auguſtinus in primo libro retractationum. Noui heretici Pelagiani liberū3 ſic aſſerunt voluntatis arbitriū3: vt gratie dei non relinquant locum: quā ſm merita noſtra dari aſſerunt. Pelagianorū3 hereſis omniū3 recentiſſima a pelagio monacho eſt exorta. Hi dei gratie quā predeſtinati ſumus: ⁊ qua meruimus de poteſtate tenebrarū3 erui: intantū inimici ſunt: vt ſine hac credant hominē poſſe facere omnia diuina mandata. Denīqꝫ pelagius a fratribus increpat⁹ ꝙ nihil tribueret adiutorio gratie dei: ad eius mandata facienda: non eam libero arbitrio p̄ponebat: ſed infideli calliditate ſuꝑponebat dicens: ad hoc eam dari hominibus: vt que facere per liberū3 arbitrium iubentur: facilius poſſint implere ꝑ gratiā. Dicēdo vtiqꝫ facilius poſſint voluit credi: ⁊ ſi difficilius: tm̄ poſſe homines ſine gratia facere iuſſa diuina. Illā ꝟo gratiam dei ſine qua nihil boni poſſumus facere: nō eſſe dicunt niſi in libero arbitrio quod nullis ſuis precedētibus meritis ab illo accepit noſtra natura: ipſo ad hoc tm̄

Aug. in li. de hereſibus.

Que ſit hereſis pelagianorū de grā et libero arbitrio

ſuuante nos p ſuam legem atq; doctrinã vt diſcam⁹ que facere ⁊ que ſperare debeamus. Non aũt ad hoc p donum ſpũſſancti: vt que didicerimus eſſe facienda faciamus. Ac p hoc diuinitus nobis dari ſciẽtiam confitentur: qua ignorantia pellitur. charitatẽ autẽ negant diuinitus dari qua pie viuit̃: vt ſcʒ ſit donũ dei ſcientia que ſine charitate inflat: ⁊ nõ ſit donum dei ipa charitas: que vt ſciẽtie non inflet: edificat Deſtruunt etiam orationes quas facit eccleſia ſiue pro infidelib⁹ ⁊ doctrine dei reſiſtentibus vt ↄuertant̃ ad deum: ſiue p fidelibus vt augeat̃ eis fides et pſeuerẽt in ea. Hec quippe nõ ab ipo accipe: ſed a ſeipſis hoies habere ↄtendũt: grãm dei qua liberamur ab impietate dicentes ſm merita noſtra dari. Paruulos etiã ſine vllo peccati originalis vinculo aſſerunt naſci.

Hic ponit ea quibus ſuũ ↄfirmãt errorem verbis Augu. contra ipſum vtentes. b

Qd̃ vo dicunt ſine gratia hominẽ p liberũ arbitriũ oia iuſſa implere hmõi inductionibus muniũt. Si inquiũt nõ põt ea facere hõ q̃ iubent̃: non eſt ei imputandũ ad mortem. Sicut tu ipſe Auguſti. in lib. de libero arbitrio aſſeris. Quis inquis peccat in eo quod nullo modo caueri poteſt? Peccat̃ autẽ. Caueri ergo poteſt Hoc teſtimonio Auguſtini Pelagius vſus eſt diſputãs aduerſus eũ: imo aduerſus gratiam: ſicut Aug⁹. in lib. retractationũ illud ⁊ alia hmõi retractãs cõmemorat inquiens. In his atq; hmõi verbis meis: q: grã dei cõmemorata nõ eſt d̃ qua tunc nõ agebat̃: putãt pelagiani ſuã nos tenuiſſe ſententiã: ſ; fruſtra hoc putãt. Voluntas quippe eſt qua peccat̃ ⁊ recte viuit̃ qd̃ his verbis egimus: ſed ipa niſi dei gratia liberet̃ ⁊ vitia ſupet ⁊ adiuuet̃: recte a mortalibus viui non poteſt. Ecce apte determinat ex quo ſenſu illa dixerit inimicos gratie refellens.

Teſtimonium Auguſ. induc̃ Pelagi⁹ p ſe.

Retractatio Auguſtini.

Aliud teſtimoniũ auguſtini ponit quo pelagius p ſe vtebat̃. c

Similiter ⁊ innitebat̃ Pelagius verbis Auguſtini ↄtra gratiã: que in libro de duab⁹ animabus dicit. Peccati inquit reuʒ tenere quẽq;: q: non fecit qd̃ facere nõ potuit: ſumme iniquitatis ⁊ inſanie eſt. His auditis exiliũt pelagius dicens. Cur ergo puuli ⁊ illi q̃ non hñt gratiam ſine qua non pñt facere mandata diuina rei tenent̃? Hoc aũt qua occaſiõe dixerit in lib. retractationũ Pelagio rñdẽs apit. Id eñ cõtra manicheos dixit: qui in hoie duas naturas eſſe contendunt: vnã bonam ex deo: alterã malã ex gẽte tenebrarum: que nunq̃ bona fuit: nec bonuʒ velle poteſt: qd̃ ſi eſſet: non videret̃ ei imputandum eſſe ſi nõ bonũ faceret.

Qd̃ Pelagij.

Determinatio Auguſtini.

Aliud qd̃ videt̃ contradicere gratie dei addit. d

Alibi etiam Aug⁹ dicit q huic gratie cõtradicere videt̃ qua iuſtificamur. Ait in libro contra adamãtium manichei diſcipulũ. Niſi quiſq; volũtatem ſuam mutauerit: bonum opari non poteſt: quod noſtra poteſtate eſſe poſituʒ dñs docet vbi ait. Aut facit arborem bonam aut fructus ei⁹ bonos ⁊c̃. Qd̃ Aug⁹. in retractationibus nõ eſſe contra gratiam dei quam predicamus oſtẽdit. In poteſtate quippe hominis eſt mutare in melius voluntatẽ: ſed ea poteſtas nulla eſt niſi a deo detur: de quo dictum eſt. Dedit eis poteſtatem filios dei fieri. Cum eñ hoc ſit i poteſtate quod cum volumus facimus: nihil tam in poteſtate q̃ ipa voluntas eſt: ſed p̃paratur a domino voluntas: eo ergo modo dat poteſtatem.

Determinatio Aug. i retra.

Aliud teſtimoniũ eiuſdẽ qd̃ videtur aduerſum. e

Sic etiã intelligendum eſt quod in eodẽ ait. ſ. in noſtra poteſtate eſſe vt vel inſeri bonitate dei: vel excidi eius ſeueritate mereamur. Quia in poteſtate noſtra nõ eſt niſi quod noſtrã ſequitur voluntatem: que cum p̃paratur a dño facile fit opus pietatis etiã illud qd̃ impoſſibile ⁊ difficile fuit.

Aug⁹. in li. de duabus aiab⁹

Aliud teſtimoniũ. f

In expoſitiõe quoq; quarundã ppoſitionũ eple ad Roma. quedã Aug⁹ iterſerit: que vident̃ huic doctrine gratie aduerſari. Ait eñ. Quod cre

dimus noſtrū eſt: qđ aūt bonum oꝑamur illiꝰ eſt qui credentibꝰ dat ſpiritūſanctum ⁊ paulopoſt. Noſtrū ē credere ⁊ velle. Illius aūt dare credentibus ⁊ volētibꝰ facultatem bñ oꝑandi ꝑ ſpm̄ſanctū. Que qualiter intelligi debeant Aug. in li. retractationum aperit dicēs. Uerum eſt quidē a deo eſſe quod oꝑamur bonū: ſed eadē regula vtriuſqꝫ eſt: ⁊ volendi. ſ. ⁊ faciendi: ⁊ vtrūqꝫ ipſius eſt: quia ipſe p̄parat voluntatē ⁊ vtrūqꝫ noſtrum eſt: qꝛ non fit niſi volentibus nobis. Illa itaqꝫ ꝓfecto nō dixiſſem ſi iam ſcirem etiā ipſā fidem inter ſpiritusſancti munera reperiri.

Augꝰ. in li. retracta. q̄liter hec accipi debeant.

Adhuc addit aliud quod videtur contrarium. g

Illud etiam diligē ter eſt inſpiciendū qđ Augꝰ. in li. ſententiarū ꝓſperi ait. ſ. quia poſſe habere fidem: ſicut poſſe habere charitatē: natura ē hoīm habere aūt fidem ſicut habere charitatem grā eſt fideliū. Quod nō ita dictum eſt tanqꝫ ex libero arbitrio valeat haberi fides vł charitas: ſed qꝛ aptitudinem naturalē habet mens hominis ad credendū vel diligēdum que dei gratia p̄uenta credit ⁊ diligit quod ſine gratia non valet.

Determiatio.

Teſtimonio Hieronymi aſtruit quid tenendum de gratia ⁊ libero arbitrio: vbi triplex hereſis indicatur ſcilicet Iouiniani: Manichei: Pelagij. h

Id ergo de gratia ⁊ libero arbitrio indubitanť teneamus qđ Hieronymꝰ in explanatiōe fidei catholice ad Damaſum papā: Iouiniani ⁊ Manichei ac Pelagij errores collidēs docet. Liberū inq̄t ſic ꝯfitemur arbitriū: vt dicamꝰ nos ſꝑ indigere dei auxilio. Et tā illos errare q̄ cū Manicheo dicūt hoīe pctm̄ vitare nō poſſe: q̄ꝫ illos q̄ cū Iouiniano aſſerunt hoīem nō poſſe peccare. Uterqꝫ tollit arbitrij libertatem. Nos v̄o dicimꝰ hominē ſemꝑ ⁊ peccare ⁊ nō poſſe peccare vt ſꝑ nos liberi ꝯfiteamur eſſe arbitrij. Hec ē fides quā in catholica eccleſia didicimus: ⁊ quam ſemper tenuimus.

Iſta ē diſtinctio. xxviij. huiꝰ ſecūdi libri. In qua magiſter oſtenſa efficiēti gratia in libero arbitrio. Hic agit de ſufficienti liberi arbitrij ſine gratia. Et tria facit. Nam p̄mo exprimit pelagianorum errorem. Secundo ſubdit eorum obiectiōes ⁊ obiectionū ſolutiones. Tertio ſubiungit veritatis affirmationem. Primum facit vſqꝫ ibi. Quod autem dicunt. Secundum vſqꝫ ibi. Illud etiā diligenť. Tertium vero vſqꝫ ad finem diſtinctionis. Et tm̄ ī generali. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribus propoſitionibus: quarum prima eſt hec. Et ſi liberū arbitrium in merito habeat magnam virtutem: tm̄ ſine gratia non ſufficit homini ad ſalutē. Hanc magiſter inſinuans dicit ꝙ liberū arbitrium non ſufficit homini ſine gratia ad ſalutē: q̄uis pelagiana hereſis oppoſitum videať ſentire. Nam pelagianꝰ monachus a quo talis hereſis denominatur: intantū de libero arbitrio preſumebat ꝙ aſſerebat gratiam dei dari ſm̄ eius merita: ⁊ etiam hominem poſſe implere mandata ſine gratia. Unde increpatus a commonachis ſuis dicentibus: ad quid gratia tunc neceſſaria eſſet: ſi ſine gratia poſſemus adimplere mādata. Qui reſpondit ad hoc vt homo facilius cum gratia mandata dei adimplere poſſet Addidit etiam alia ī conuenientia que dicebat ex hoc ſequentia. ſ. orationes quas faciunt etiam nihil conferre his ꝓ quibus fiunt ſaltem infidelibus ⁊ peccatoribus: quia ex ſua ꝓpria voluntate conuertuntur ad deum: ⁊ nō ex noſtris orationibus: ⁊ ꝙ gratia dať ſm̄ merita noſtra ⁊ ꝙ p̄uuli ſine originali peccato naſcunť: quod totū eſt hereticum. Secunda ꝓpoſitio eſt hec licet viatoribus liberum arbitrium ſit innatū: tm̄ ſine gratia nullus poteſt dei adimplere p̄ceptum nec vitare peccatum. Hanc magiſter inſinuans ponit q̇nqꝫ rōnes quibus heretici illi. ſ. pelagiani ſuam hereſim confirmabant. Quarum prima eſt talis. Homo per ſolum liberum arbitrium ſine gratia poteſt vitare peccatū ⁊ facere bonum. ergo pōt ꝑ ſolū liberū arbitriū mereri: tenet conſequētia ex hoc: ꝙ non imputať homini culpa quod vitare non poteſt. Aſſumptum ꝓbāt heretici autoritate beati Auguſtini: qua dicūt ꝙ voluntas eſt qua peccať ⁊ qua recte viuitur. Et reſpōdens magiſter dicit beatum Auguſtinum illam autoritatem in libro retractationum gloſaſſe: et dicit eam cum additione fore intelligendam. ſcilꝫ ꝙ volūtas qua peccať ⁊ recte viuitur: non poteſt in bonum dirigi: niſi ꝑ gratiā dei a pctō mūdata iuueť. Secunda eſt. Si mādata dei ſine gratia dei ſeruari nō poſſunt: tunc aliqui nō ſeruantes ea non peccant: vt patet de p̄uulis natis in peccato originali: ſed ꝯſequēs eſt falſum: ⁊ conſequētia patet autoritate beati Auguſtini dicentis ꝙ nullus debet reputari reus: eō qꝛ non fecit quod facere non potuit. Et reſpondēs magiſter dicit beatum Auguſtinum hoc v̄bū ſcripſiſſe contra manicheos qui poſuerūt in homine duas eſſe naturas: vnam bonam: aliam malam. bonam a deo: malam vero a diabolo: quod ſi ita eſſet tunc ſm̄ illam malam naturam homo non poſſet facere bona nec vnq̄ poſſet bonum velle: ⁊ tunc hmōi nō eſſet ſibi imputandum ꝙ non faceret bonum nec etiam ꝙ eſſet malus. Tertia ratio ē hō reſurgere pōt a peccato ſine gratia: igiť poteſt facere bonum ſine gratia tenet conſequentia: ſed aſſumptum patet autoritate beati Auguſtini: qua dixit mutare voluntatē eſt in poteſtate noſtra Et reſpondēs magiſter dicit beatū Auguſtinū itellexiſſe ꝙ q̄uis mutare voluntatē ſit in poteſtate noſtra: hoc tm̄ eſt a deo ꝑ gratiā. Quarta ratio eſt. homo poteſt credere in deū abſqꝫ gratia igiť ⁊c̄. conſequentia tenet. Antecedens patꝫ ꝑ beatum Auguſtinū dicentē ꝙ credere ⁊ velle eſt noſtrū Et rn̄det magiſter dicēdo ꝙ credere ⁊ velle dei ē p̄ncipaliter: noſtrū aūt ex conſequenti. Quinta ratio ē habere fidē eſt naturale homini. igiť homo ſine gra

tia poteſt credere in deū ⁊ habere fidem: ⁊ per cōſequens bene facere. Et rn̄det magiſter dicēs ꝙ habere fidem ē naturale homini: ꝑ hoc non plus intendebat niſi ꝙ homo eſſet ſm̄ ſua naturalia aptus ad credendum ⁊ diligendum ⁊ nihilominus credere ⁊ intelligere ſine gratia eſſe non poſſunt. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Ex predictis cōſtat omnes hereticos illos errare qui dicunt nos ad bonum dei auxilio nō indigere. Hanc eīm ꝓpoſitionem magiſter ponēs dicit ſententialiter illos hereticos errare q̄ ponunt hominem ꝓpter malam naturam non poſſe vitare peccatum: cuiuſmodi fuerunt manichei: ⁊ etiam alios q̄ ponunt homines non poſſe peccare ꝓpter naturam bonam: ſicut iouiniani: quia ambe ille opiniones tollunt arbitrij libertatem: ſm̄ quam vt tenet ſententia catholica: homo ſemper poteſt peccare ⁊ non peccare. Et tm̄ in ſpeciali.

Utrꝫ hō ante peccatū eguerit gratia opante ⁊ cooperante. a

DI.XXIX] p

Poſt hec con-

ſiderandū eſt vtrum homo ante peccatum eguerit gratia opante et coopante? Ad qḋ breuiter dicimꝰ: qꝛ non cooperāte tm̄: ſed etiam opante gratia indigebat: non q̄dem ſm̄ omnē opandi modū opantis gratie. Opatur eīm liberando ⁊ ꝑparando volūtatem hominis ad bonū. Egebat itaqꝫ homo ea nō vt liberaret voluntatē ſuam que peccati ſerua nō fuerat: ſed vt ꝑpararet ad volendum efficaciter bonū quod ꝑ ſe nō poterat. Nō eīm poterat bonū mereri ſine gratia: vt Augꝰ. in ench. euidenter tradit. Illam inquit imortalitatē in qua poterat non mori natura hūana: ꝑdidit ꝑ liberū arbitrium. Hanc vero in qua nō poterat mori acceptura eſt ꝑ gratiā: quā fuerat ſi non peccaſſet acceptura ꝑ meritū. Quāuis ſine gratia nec tunc vllū meritū eē potuiſſet quia ⁊ ſi ipſū peccatū in ſolo erat arbitrio cōſtitutū: nō tn̄ iuſticie habēde vel retinēde ſufficiebat liberū arbitrium niſi diuinū ꝑberetur adiutorium. Ecce his verbis ſatis oſtenditur ꝙ ante peccatū homo indigebat gratia operante ⁊ cooperante. Non enim habebat quo pedē mouere poſſet ſine gratia operantis et coopantis auxilio: habuit tn̄ quo poterat ſtare.

Margin: Q operāte et coopante eguerit: ſꝫ opante nō eguerit ſm̄ oēꝫ modū quo ipſa opat̄.

Margin: Auguſti. in ench.

Qꝺ homo ante lapſum virtutes habuerit. b

Preterea queri ſo-

let vtrum homo ante lapſum virtutem habuerit? Quibuſdam videtur ꝙ nō habuerit: id ita probare conantibus. Iuſticiā inquiunt non habuit: quia preceptū dei cōtempſit: nec prudentiam: quia ſibi non ꝓuidit: neqꝫ temperātiam: quia aliena appetijt: nec fortitudinem: quia praue ſuggeſtioni ceſſit. Quibus reſpondentes dicimus eum quidem non tunc habuiſſe has virtutes qn̄ peccauit: ſꝫ ante: ⁊ tūc amiſiſſe. Qḋ multis ſanctoꝝ teſtimonijs cōprobat̄. Ait eīm Augꝰ. in quadā omelia: Adam perdita charitate malus inuētus eſt. Itē. Princeps vitioꝝ dū vicit Adam de limo terre ad imaginē dei factū pudicitia armatū: tēperantia compoſitū: charitate ſplendidū primos parētes illis donis ac tātis bonis expoliauit: pariterqꝫ ꝑemit. De hoc eodē Amb. ad Sabinū ait. Qn̄ Adā ſolus erat nō eſt ꝓuaricatus: quia eius mens deo adherebat. Sup pſ̄. q̄ꝫ dicit. Qꝛ homo ante pctm̄ beatiſſimus aurā carpebat ethereā. Sꝫ quō ſine virtute beatiſſimus erat? Auguſtinus quoqꝫ ſup Gen̄. dicit Adam ante peccatum ſpiritali mente ꝓditum fuiſſe. Non eſt ergo dubitandū hominē an̄ peccatum virtutibus fulſiſſe: ſed illis ꝑ peccatum expoliatum fuiſſe.

Margin: Teſtimonijs ſctōꝝ affirmat hoiem ꝑmum habuiſſe virtutes.

Margin: Ambroſꝰ

Margin: Augꝰ. ſuper Gen̄.

De eiectiōe hois de ꝑadiſo. c

In illiꝰ quoqꝫ pec-

cati penā eiectꝰ eſt de paradiſo in iſtum miſeriarū locū: ſicut in Gen̄. legit̄. Nūc ergo ne forte mittat manū ſuā ⁊ ſumat de ligno vite ⁊ comedat ⁊ viuat in eternū: emiſit eū deus de paradiſo voluptatis. His verbis inſinuari videt̄ ꝙ nūqꝫ moreret̄: ſi poſtea de illo ligno ſumpſiſſet.

Quō intelligendum ſit illud ne ſumat de ligno vite ⁊ comedat et viuat in eternum. d

Sed quia per pec-

catū iam mortuū corpus habebat: illa verba ex tali intellectu accipi poſſunt. Deꝰ mōſtrati loquens. de homine ſupbo ait. Videte ne forte mittat manū ſuā ⁊c̄. id ē. cauete vos angeli ne comedat de ligno vite q̄ idignus eſt: ꝺ quo ſi ꝑſtitiſſet comederet ⁊ viueret in eternum. Sed modo ꝓpter inobedientiā indignꝰ eſt comedere. Et ſicut verbo dixit ita ope exhibuit. Emiſit eīm eū deus de paradiſo voluptatis in locū ſibi congruum: ſicut plerūqꝫ malus cum inter bo-

nos viuere ceperit: ſi in melius mutari noluerit: de bonorū congregatione pellitur pondere praue ꝯſuetudinis preſſus.

De flammeo gladio ante paradiſum poſito. e

Ne vō ad illū poſſet accedere: collocauit de⁹ ante paradiſuꝫ cherubin ⁊ flammeū gladiū atq; v̄ſatilem ad cuſtodiendā viam ligni vite. Quod iuxta lr̄am poteſt hoc modo accipi. Quia ꝑ miniſteriū angelorū ignea cuſtodia ibi cōſtituta fuit. Hoc eñ ꝑ celeſtes poteſtates ī paradiſo viſibili factum eſſe credēdum eſt vt ꝑ angelicū miniſteriū ibi eēt q̄dā ignea cuſtodia: nō tñ̄ fruſtra: ſꝫ q̄ꝛ aliquid ſignificat de paradiſo ſpūali. Cherubin eñ̄ interp̄tatur plenitudo ſcientie: hec eſt charitas q̄ꝛ plenitudo legis eſt dilectio. Gladi⁹ aūt flāme⁹ pene tempales ſunt: que verſatiles ſunt: q̄ꝛ tempora volubilia ſunt. Illa ergo ad cuſtodiā ligni vite ideo poſita ſūt ante paradiſuꝫ: quia ad vitā nō redit̄ niſi ꝑ cherubin. ſ. plenitudinē ſcientie. i. charitatem ⁊ ꝑ gladium verſatilem. i. tolerantiaꝫ paſſionum temporalium.

An hō ante peccatū comederit de ligno vite. f

Poteſt autem queri: vtꝝ d̄ ligno vite añ pctm̄ comederit hō De h̄ Aug⁹ in li. de baptiſ. par. ſic ait. Recte ꝑfecto intelligūtur p̄mi hoīes añ malignā diaboli ꝑſuaſionem abſtinuiſſe a cibo vetito atꝫ vſi fuiſſe ꝯceſſis. His v̄bis oſtēdit̄ ꝙ d̄ ligno vite añ pctm̄ ſūpſerint: q̄bus p̄ceptum erat vt de oīni ligno paradiſi comederēt: niſi de ligno ſcīe boni ⁊ mali.

Quare non ſunt facti imortales ſi comederunt de ligno vite. g

Quare ergo perpetua ſoliditate ⁊ beata immortalitate veſtiti nō ſunt: vt nulla infirmitate vel etate in deterius mutarent̄: Hanc eñ̄ virtutem naturaliter illud lignū habuiſſe dicit̄. Sed forte h̄ nō cōferebat: niſi ſepe de illo ſumeret̄ Potuit ergo fieri vt d̄ illo ſumeret ſemel ⁊ nō ſepi⁹: qui ꝑ aliquā morā in paradiſo fuiſſe intelligit̄: cum ſcriptura dicat eū ibi ſoporatuꝫ fuiſſe: qñ coſta de latere eius aſſūpta eſt: ⁊ inde formata mulier: ⁊ aīalia ante eum ducta: quibus noīa impoſuit.

Iſta ē diſtinctio. xxix. hui⁹ ſecūdi libri. In qua magiſter oſtēſa ſufficientia liberi arbitrij ſine gr̄a in omnibus generaliter. Agit de eiuſdē inſufficientia in p̄mis parentib⁹ ſpecialiter. Et tria facit. Nam p̄mo agit de gratia quaꝫ Adam in ſtatu innocentie habuit. Secūdo de pena peccati ꝑ quam paradiſum amiſit. Tertio inquirit an etiā de ligno vite in ſtatu illo comedit. P̄rimum facit a principio diſtinctionis vſq; ibi. In illi⁹ quoq; peccati Secundum vſq; ibi. Poteſt auteꝫ queri. Tertium vſq; ad finem diſtinctionis In ſpeciali enim ſententia magiſtri ſtat in tribus propoſitionibus: quarum p̄ima eſt hec. P̄rimus homo in ſtatu innocentie nō indiguit gratia ad expellendum maliciam ſed ⁊ gratia ⁊ charitate indiguit ad exercendū iuſticiaꝫ. Hanc eñ̄ ꝓpoſitionem magiſter ponens querit duas queſtiones quarum p̄ima eſt hec. Utrum p̄imus homo indiguit gratia in ſtatu innocentie tam oꝑante q̄ cooperante. Et reſpondet ꝙ indiguit vtraq; gratia nō tamen indiguit gratia operante ſm̄ omnem oꝑandi eius modum. Nam illa gratia oꝑat̄ duobus modis ſcꝫ liberando liberum arbitrium a malo: ⁊ ſeruitute peccati: ⁊ ſm̄ illum moduꝫ videlicet oꝑandi gr̄a operante p̄imus homo in ſtatu innocentie non indiguit eo ꝙ ſine peccato erat. Alio modo oꝑat̄ illa gr̄a preparando hominis voluntatem ad bonum ⁊ ſm̄ illaꝫ eius oꝑationem p̄imus homo ipſa indiguit: cū eius voluntas per ſe in bonum efficaciter moueri non potuit: quod p̄obat magiſter autoritate beati Auguſtini. Secūda queſtio eſt hec. Utrum p̄imus homo in ſtatu innocentie habuit etiam virtutes. Et reſpondet ꝙ aliquib⁹ videt̄ ꝙ nō habuerit eas: quod hoc modo ꝓbant: iuſticiam non habuit: q̄ꝛ p̄ceptum dei contempſit: p̄udentiaꝫ non habuit: quia ſibi nō prouidebat: nec temperantiam habuit: quia aliena petijt: nec fortitudinem quia p̄aue ſuggeſtiōi nō reſtitit. Sꝫ mgr̄ hm̄ōi ꝑſuaſioni reſpondens dicit ꝙ lꝫ Adam qñ actualiter peccauit tunc illas virtutes nō habuit: nihilomin⁹ tñ̄ habuit eas ante pctm̄ quā diuerſis ſanctorum autoritatibus ꝯfirmat. Ex cuius q̄ſtionis ſolutione patet ꝙ conſtat p̄imuꝫ hominem in ſtatu innocētie virtutes habuiſſe q̄s peccando dicitur abiecīſſe. Secūda ꝓpoſitio eſt hec. P̄rimus parēs ꝓpter peccati indignitatē fuit de paradiſo expulſus ⁊ ꝓhibitus de ligno vite edere: ꝓpt̄ qḋ poterat ſi ꝑſtitiſſet in et̄nū viuere. Hāc ꝓpoſitionē mgr̄ īſinuās dic̄ ꝙ p̄m⁹ hō in penā ſui pcti excluſus ē a loco voluptatis: ⁊ ab eſu ligni vite ꝑ cui⁹ vſū in eternū poterat viuere: nō q̄dē poſt pctm̄ d̄ ipō edēdo: ſꝫ añ. Ubi ſoluit autoritatē Geñ. q̄ videt̄ innui ꝙ etiā poſt peccatū ſi de ligno vite concediſſet in eternū vixiſſet Et dicit ꝙ autoritas dicit: videte ne forte manum ſuam mittat ad lignum vite: ⁊ viuat in eternū: q̄ ſic gloſanda eſt. Uidete vos angeli ne comedat d̄ ligno vite quo indignus eſt. De quo ſi ꝑſtitiſſet ⁊ comediſſet viueret in eternū. Et ſubdit ꝙ ad impediēdū reditū hominis in paradiſuꝫ appoſita eſt angelica ⁊ ignea cuſtodia. ſ. cherubin ⁊ flammeus gladius atq; v̄ſatilis ne poſt peccatum pateat hominibus illuc acceſſus. Tertia propoſitio eſt hec. Licet ſit probabile Adam in ſtatu innocētie comediſſe de ligno vite: tñ̄ quia frequenter eius vſum non habuit immortalitatem non obtinuit. Hanc magiſter ꝓbans q̄rit. Utꝝ ante peccatum etiam de ligno vite comederit: ⁊ ſi comederit quare nō fuit factus immortalis. Et reſpōdens dicit ꝙ comedit de ipſo ante peccatū eo ꝙ omnia ligna preter vnum ſibi ad vſum fuerunt conceſſa ſed ex hoc non fuit effectus immortalitatis: quia nō

frequēter de ipſo guſta..it. Cū lignuʒ illud ꝯferre im mortalitatem non poterat niſi per frequentem eius vſum. Et tm̄ in ſpeciali.

Q per adam peccatum ⁊ pena trā ſijt in poſteros. a

Di.XXX

N ſuperioribus inſinuatuʒ ē licet ex pte. nō em̄ pfecte ſufficimus expo nere qualiter pmus hō deliq rit: ⁊ quā ꝑ pctō penā ſubie rit: quib᷒ adijciendū ē peccatū ſimul ac pe nam p eum tranſiſſe in poſteros. Sic apl's oſtendit inquiens: Sicut p vnuʒ hominē peccatū in hūc mundū intrauit: ita in oēs homines mors ptranſijt.

Utrū illud peccatū fuerit origina le vel actuale. b

Hic primo vidēdū eſt: quod fuit illud peccatū originale. ſ. an actuale: ⁊ ſi de originali intelligaꝛ: ꝯſequē ter quid ſit originale peaccatū: ⁊ quare di catur originale: ⁊ quō ptranſierit vel per tranſeat in omnes diligēter inueſtigandū eſt. Quibuſdā placuit de peccato actu

Quidā illd ac cipiūt de actu ali. ali Ade illud accipere aſſerentib᷒ hoc apo ſtolū ſenſiſſe cū inferius ait. Sicut p inobe dientiam vnius hominis peccatores con ſtituti ſunt multi. ita ⁊c̄. Euidenter inqui unt etiam ipſo nomine exprimit apoſtolus peccatū quod p vnum hominē intrauit in mundum. ſcʒ inobedientiā. Inobedientia vero peccatū actuale eſt.

Quō intraſſe in mundū dicūt. c

Hoc autem dicunt intraſſe in mūdū nō traductione originis ſꝫ ſiītudine puaricationis: oēſq; in illo vno peccaſſe dicunt: qꝛ omnib᷒ ille vn᷒ peccan

Hoc dicūt Pe lagiani. di exemplū extitit. Hoc male ſenſerūt qdā heretici qui dicti ſunt pelagiani: d quibus Aug᷒. in li. de baptiſmo puulorum cōme morat dicens. Sciendū eſt inqt hereticos quoſdā qui nominati ſūt pelagiani dixiſſe pctm̄ pme tranſgreſſionis in alios homies nō ꝓpagatione ſed imitatōe tranſiſſe. Un etiam in puulis noluūt credere p baptiſmū ſolui originale peccatū: qd in naſcentibus nullum eſſe omino cōtendunt. Sed eis di citur: quia ſi apoſtolus peccatuʒ imitatio nis nō ꝓpagationis itelligi voluiſſet: eius pncipem nō Adā ſed diabolū diceret. De quo in lib. Sapieñ dicit Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terraꝝ. Et quia nō vult intelligi hoc eſſe factū ꝓpagatiōe ſed imitatiōe: ꝯtinuo ſubiūxit ſcriptura. Imi tanꝛ autem eum q ſunt ex pte ipius. Imi tanꝛ quidē Adam quotquot p inobedien tiā tranſgrediunꝛ mandatū dei. Sꝫ aliud eſt quod exemplum eſt voluntate peccāti bus: aliud quod origo eſt cum peccato na ſcentibus. Non eſt igiꝛ accipiēdū peccatū Ade tranſiſſe in oēs imitatiōis tm̄ exēplo ſed ꝓpagationis ⁊ originis vitio.

Hic aperit illud eſſe peccatū origi nale qd tranſit in poſteros. d

Et ē illud peccatuʒ originale vt aperte Aug᷒ teſtaꝛ quod per Adam tranſiuit in oēs p eius carnem viti atam ꝯcupiſcentialiter generatos.

Quid ſit originale peccatuʒ hic in quiritur. e

Quod diligēter inueſtigandum eſt: quid ſit? De hoc em̄ ſan cti doctores ſub obſcuritate locuti ſunt at q; ſcholaſtici doctores varia ſenſerunt.

Quidaʒ enim putant originale peccatū eſſe reatum pene ꝑ peccato primi hominis id eſt. debitū vel obnoxietatem quo obno xij ⁊ addicti ſumus pene temporali ⁊ eter ne ꝑ primi hominis actuali peccato: quia pro illo vt aiunt omnibus debeꝛ pena eter na: niſi p gratiam liberentur. Iuxta horū ſentētiam oportet dici originale peccatum nec culpam eſſe nec penam. Culpam non eſſe ipſi fatentur: pena quoq; ſm eos eſſe non poteſt. Quia ſi debitum pene origina le peccatum eſt: cum debitum pene non ſit pena: nec originale peccatū eſt pena. Qd etiā quidā eorū admittunt: dicētes in ſcri ptura originale peccatuʒ ſepe nominari re atum: ⁊ reatum ibi intelligunt vt dictū eſt obnoxietatē pene: ⁊ ea rōne aſſerunt pecca tū originale dici eſſe in puulis: quia puuli ꝑ illo primo peccato rei ſunt pene: ſicut ꝑ peccato iniqui parentis aliquado exulant filij ſm iuſticiā fori.

Quorūdaʒ de originali pctō opinio.

Q originale peccatū eſt culpa au toritatibus ꝓbat. f

Gregorius.

Sed qđ originale peccatũ culpa ſit: plurib⁹ ſanctoꝝ teſtimonijs edocet̃. Sup Exod. vbi dicit̃: Primogenitũ aſini mutabis oue. Greg⁹ ait: Omnes in peccatis nati ſumus ⁊ ex carne delectatione cõcepti culpã originalez nobiſcũ traxim⁹: vñ ⁊ volũtate noſtra peccatis implicamur. Ecce culpaz originale dixit nos trahere. Vñ conſtat originale pctm̃ culpã eſſe.

Auguſti.

Aug⁹. quoqꝫ in lib. de natura ⁊ gratia de hoc eodem ſic ait. Omnes (vt ait apl's) peccauerũt: vtiqꝫ vel in ſeipis vel in Adã: q: ſine peccato nõ ſunt: vel qđ originaliter cõtraxerunt: vel qđ malis morib⁹ addiderunt. Pctm̃ eñ p̃mi hominis nõ ſolum ipſum: ſed omne necauit genus hũanũ: q: ex eo dãnationẽ ſimul ⁊ culpã ſuſcepim⁹. Idẽ ſup ps̃. l. Qđ de corpe mortuo ſeminat̃ cũ vinculo peccati originalis naſcit̃ ⁊ mortis. Ideo igit̃ ſe in iniquitatib⁹ cõceptuz dicit Dauid q: in omnibus trahit̃ iniquitas ex Adã ⁊ vinculũ mortis. Nemo eñ naſcit̃: niſi trahens penã ⁊ meritũ pene. Meritũ aũt pene pctm̃ eſt. Ois g̊ qui naſcit̃ p carnis ɔcupiſcentiã pctm̃ trahit. Pctm̃ itaqꝫ originale culpa eſt: quã oẽs ɔcupiſcentialiter ɔcepti trahunt.

In eccliaſticis dogmatibus.

Vñ in Eccl'. dogmatibus ſcriptũ eſt. Firmiſſime tene ⁊ nullatenus dubites oẽm hoiem qui p cõcubitũ viri ⁊ mulieris concipit̃ cũ originali pctõ: naſci impietati ſubditũ mortiqꝫ ſubiectũ ⁊ ab hoc natura ire naſci filiuz: ⁊ qua nullus liberat̃ niſi p fidem mediatoris dei ⁊ hominum. His ⁊ alijs autoritatibus euidenter oſtendit̃ peccatũ originale culpam eſſe: et in omnibus cõcupiſcentialiter genitis trahi a parentibus.

Quid ſit qđ đr pctm̃ originale ſcꝫ fomes pcti. i. cõcupiſcẽtia. g

Nunc ſupereſt videre quid ſit ipm̃ originale pctm̃: Qđ cuz nõ ſit actuale: nõ eſt actus ſiue motus aie vel corpis. Si eñ actus eſt anie vel corporis actuale vtiqꝫ pctm̃ eſt. Sed actuale nõ eſt: nõ eſt g̊ act⁹ vel motus. Quid g̊ originale peccatũ dicit̃: fomes pcti. ſ. cõcupiſcẽtia vel ɔcupiſcibilitas: que dicit̃ lex membroꝝ: ſiue languor nature: ſiue tyrann⁹ q̃ eſt i mẽbris noſtris: ſiue lex carnis.

Auguſti.

Unde Aug. in li. de baptiſmo puuloꝝ. Eſt i nob̃ cõcupiſcẽtia que nõ eſt pmittẽda regnare. Sunt ⁊ ei⁹ deſideria que ſunt actuales cõcupiſcentie que ſunt arma diaboli: que veniunt ex languore nature. Languor autez iſte tyrann⁹ eſt qui mouet mala deſideria. Si ergo vis eſſe victor tyrãni atqꝫ inermẽ inimicũ inuenire: nõ obedias cõcupiſcẽtie male. His verbis oſtendit̃ fomitẽ peccati eſſe concupiſcentiã.

Quid noie ɔcupiſcẽtie intelligit̃ que dicit̃ fomes peccati. h

Nomine autem cõcupiſcẽtie nõ actũ ɔcupiſcẽdi: ſ; vitiũ p̃mũ ſignificauit: cũ eã dixit legem carnis. Vñ idẽ in tractatu đ verbis apl'i ait. Semp pugna eſt in corpe mortis hui⁹: q: ipa cõcupiſcentia cũ qua nati ſumus finiri non põt qꝫ diu viuim⁹: quotidie minui põt: finiri non põt. Que aũt eſt ɔcupiſcentia cũ qua nati ſumus: Vitiũ vtiqꝫ eſt qđ puulũ abilẽ cõcupiſcere facit: adultũ etiã cõcupiſcentem reddit. Sicut eñ in oculo ceci in nocte vitium cecitatis eſt ſi nõ apparet: nec diſcernit̃ inter videntẽ ⁊ cecuz niſi luce veniente: ſic in puero vitiũ eſſe nõ apparet donec etatis puectioris tẽpus occurrat.

Q' p Adã' originale pctm̃ in oẽs intrauit. i. cõcupiſcẽtia.

Ex his dat̃ intelligi quid ſit originale pctm̃. ſ. vitiũ cõcupiſcentie: qđ in omnes ɔcupiſcentialiter natos p Adaz intrauit eoſqꝫ vitiauit. Vñ Aug⁹. in li. de baptiſmo puuloꝝ. Adam p̃ter imitationis exemplũ: occulta etiã tabe carnalis concupiſcẽtie ſue: tabificauit in ſe oẽs de ſua ſtirpe venturos. Vñ apl's recte ait. In quo oẽs peccauerunt.

Aug⁹. in li. de baptiſmo paruuloꝝ quõ intelligat̃ in quo oẽs peccauerũt.

Circũſpecte ⁊ ſine ambiguitate dicit hoc apl'us. Siue eñ intelligat̃ in quo homine ſiue i quo pctõ ſanũ eſt. In Adã eñ oẽs peccauerũt vt in materia: nõ ſolũ eius exemplo vt dicunt pelagiani. Omẽs eñ ille vnus homo fuerant. i. in eo materialiter erant. Manifeſtũ eſt itaqꝫ omnes in Adam peccaſſe: q̃ſi in maſſa. Ipſe eñ p peccatũ corruptus: quos genuit oẽs nati ſunt ſub peccato. Ex eo igit̃ ſicut cuncti conſtituti ſunt pctõres: ita ⁊ in illo vno peccato qđ intrauit in mũdũ recte oẽs dicunt̃ peccaſſe: q: ſicut ab illo vno hoie: ſic ab eodẽ vno pctõ imunes eſſe nõ pñt: niſi ab ei⁹ reatu p xp̃i baptiſmũ abſoluant̃.

Aug⁹. de ba. paruuloꝝ.

Alia g̊ ſunt ꝓpria peccata in q̃bus tm̃ peccant quoꝝ peccata ſunt. Aliud hoc vnũ in quo oẽs peccauerunt. i. ex quo oẽs peccatores inſtituti ſunt.

Quod ſit peccatuz in quo omnes peccauerunt. ſ. originale quod ex inobedientia pceſſit. i

Hoc ē oꝛigīale peccatum quo peccatoꝛes naſcunt̃ omnes cōcupiſcentialiter geniti: quod ex Adaȝ ſiue ex eius inobedientia emanauit ⁊ in poſteros demigrauit. Unde apoſtolus cōſeq̄nter ꝑ inobedientiam vnius hominis: multos dicit cōſtitutos eſſe peccatoꝛes: que ē actuale peccatũ. Cum autē dixerit ꝑ vnuȝ hominē peccatũ intraſſe in mundũ ⁊ in eo omnes peccaſſe: quod de oꝛiginali dictum eſſe opoꝛtet accipi.

Ex quo ſenſu dictuȝ eſt per inobedientiam vnius multi ſunt conſtituti peccatoꝛes. k

Quod ergo ait per inobediētiā vnius multi cōſtituti ſunt peccatoꝛes: eo ſenſu dictũ eſſe intelligendũ eſt quia ex inobediētia ade. ſ. ex peccato actuali Ade ꝓceſſit oꝛiginale peccatuȝ quo omnes peccatoꝛes naſcunt̃ vt in illo eſſet: ⁊ in omnes tranſiret.

Qꝛ peccatũ oꝛiginale in Adaȝ fuit ⁊ in nobis eſt. l

Unde Aug⁹. Iuliano heretico nullũ peccatuȝ in ꝑuulis eſſe cōtendenti rñdens: apte aſſerit pctm̄ oꝛiginale ex voluntate Ade ꝓceſſiſſe: ac ꝑ eius inobedientiam in mundũ intraſſe. Querit
Q̄ō Iuliani. em̄ Iulianus: ꝑ quid peccatuȝ inueniť in paruulo: ita inquiens. Nō peccat iſte qui naſcitur. Non peccat ille qui genuit. Non peccat ille qui condidit. Per quas igiť rimas inter tot p̄ſidia innocentie peccatum
Rñſio Aug. fingis ingreſſum? Et rñdet ſancta pagina. Per vnũ hominē peccatũ intrauit in mundũ: ꝑ vnius inobedientiā ait ap̄lus. Quid querit amplius? quid querit aperti⁹? Iteȝ
Q̄ō Iuliani. inquit Iulianus. Si ꝑ hominē peccatum intrauit in mundũ? peccatũ vel ex volũtate eſt vel ex natura eſt. Si ex volũtate eſt: mala eſt volũtas que peccatũ facit. Si autem ex natura eſt: mala eſt natura. Cui re-
Rñſio Aug. ſpondeo: ex volũtate peccatũ eſt. Querit foꝛte. Utrũ oꝛiginale peccatũ ex voluntate ſit? Reſpondeo p̄ꝛſus ⁊ oꝛiginale peccatũ ex voluntate eſſe: quia hoc ex voluntate pꝛimi hominis ſeminatũ eſt vt in illo eſſet: ⁊ in omnes tranſiret.

Obiectio quoꝛundā contra id q̄ꝺ ſupꝛa dictum eſt omnes in Adam fuiſſe homines. m

Ad hoc autē q̄ꝺ diximus in Adam fuiſſe omnes hoīes: quidam verboꝛũ ſectatoꝛes ſic obÿciunt dicētes. Nō omnis caro que ab Adam traducta eſt: ī eo ſimul exiſtere potuit: qꝛ multo maioꝛis quātitatis eſt ꝙ̄ fuerit coꝛp⁹ Ade. In quo nec tot etiaȝ athomi fuerunt quot ab eo homines deſcenderũt. Quocirca verum nō eſſe aſſerunt ſubſtantiā vniuſcuiuſ ꝙ̄ in pꝛimo fuiſſe parente.

Reſponſio vbi aperitur qualiter fuerunt in Adam ſ̄m rationē ſeminalem: ⁊ quō ex deo deſcenderint ſcȝ lege ꝓpagationis. n

Quibus reſponderi pōt: ꝙ materialiter r atq̄ȝ cauſaliter: non foꝛmaliter dicitur fuiſſe in p̄mo hoīe: om̄e q̄ꝺ in humanis coꝛꝑibus naturaliter eſt: deſcēditq̄ȝ a pꝛimo parente lege ꝓpagationis ⁊ in ſe auctũ ⁊ multiplicatũ eſt nulla exterioꝛi ſubſtantia in id trāſeunte: ⁊ ip̄m in futuro reſurget. Fomentũ quideȝ habet a cibis ſed nō cōuertunt̃ cibi in humanā ſubſtantiā: que ſcȝ ꝑ ꝓpagationē deſcēdit ab Adam. Tranſmiſit em̄ Adā modicũ quid — Q̄ō per ꝓpagationē deſcēdit.
de ſubſtantia ſua in coꝛꝑa filioꝛũ qñ eos ꝓcreauit. i. aliquid modicũ de maſſa ſubſtātie eius diuiſum eſt: ⁊ inde foꝛmatũ coꝛp⁹ filÿ: ſuiq̄ȝ multiplicatione ſine rei extrinſece adiectione auctũ eſt. Et de illo ita augmentato aliquid inde ſeꝑat̃ vnde foꝛmant̃ poſteroꝝ coꝛpoꝛa: ⁊ ita ꝓgreditur ꝓcreationis oꝛdo lege ꝓpagationis vſq̄ȝ ad finē humani generis. Itaq̄ȝ diligenter ac ꝑſpicue intelligētibus patet omnes ſ̄m coꝛꝑa in Adam fuiſſe ꝑ ſeminalē rationē: ⁊ ex eo deſcendiſſe ꝓpagationis lege.

Autoꝛitate ⁊ ratiōe ꝓbatur nihil extrinſecum conuerti in humanā ſubſtantiam. o

Q̄ꝺ ꝟo nihil extrinſecum in humani coꝛꝑis naturaȝ tranſeat: veritas in euangelio ſignificat dicēs: Omne q̄ꝺ intrat in os in ventrē vadit ⁊ in ſeceſſum emittit̃. Q̄ꝺ etiaȝ ratione oſtendi pōt hoc mō. Puer qui ſtatim poſt oꝛtũ moriť in illa ſtatura reſurget quā habitur⁹ erat ſi viueret vſq̄ȝ ad etatē triginta annoꝛuȝ nullo vitio coꝛpoꝛis impeditus. Uñ ergo illa

ſubſtantia que adeo parua fuit mortua: in reſurrectione tã magna erit: niſi ſui i ſe multiplicatione. Unde apparet ꝙ etiã ſi viueret: nõ aliũde ſed in ſe augmẽtaret illa ſubſtãtia. Sicut coſta de qua facta eſt mulier: ⁊ ſicut panes euãgelici. Nõ inficiamur tñ qn cibi ⁊ humores in carnem ⁊ ſanguinem tranſeũt. Sed nõ in veritate humane nature que a primis deſcendit parentibus: que ſola in reſurrectione erit: reliqua vero caro in quã cibi tranſeunt tãꝙ ſuꝑflua in reſurrectione deponet: que tñ ciborũ aliarũꝙ rerum fomentis coaleſcit.

Q cibi in carnem tranſeũt ſʒ nõ i eã q deſcẽdit ab Adã

Iſta eſt diſtinctio. xxx. hui⁹ ſecũdi libri. In qua mgr poſtꝙ egit de pctõ primorũ parentum quo perſona corrumpebat naturã. Incipit agere de peccato ꝑuulorũ quo natura corrumpit ꝑſonã. Et tria facit. Nã primo oſtendit eſſe tale peccatum in genere. Secundo manifeſtat ipſum in ſpecie Tertio reſpondet queſtioni ex dictis originate. Primum facit a principio diſtinctionis vſꝗ ibi. Qd diligenter inueſtigandũ eſt. Secundũ vſꝗ ibi. Ad hoc autem. Tertium vſꝗ ad finem diſtinctionis. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionibus quarum prima eſt hec. Parentum primorum primum originale actuale peccatum fuit mortale: ⁊ ab eis in poſteros deriuatum. Hanc magiſter intẽdẽs ꝓponit ꝙ peccatũ ⁊ pena peccati in poſteros trãſeunt: ⁊ tale peccatum dixerunt quidam eſſe peccatũ actuale ipſius ade: quod ꝓbat autoritate apoſtoli dicentis: ꝙ peccatum quod ꝑ vnum hominẽ in mũdũ intrauit ſit inobedientia que videtur eſſe peccatum actuale: vt dicit opinio iſta. Alij vero ſicut pelagiani dixerunt peccatũ quod in mundum intrauit ꝑ Adã etiam eſſe peccatum actuale: ſed nõ ipſius Ade: ſed peccatum cuiuſlibet hominis quod dicebant ꝑ adã in mundum introductum eſſe: non introductione originis: ſed ſimilitudine preuaricationis: eo ꝙ ille vn⁹ oĩbus exemplum reliquit. Sed illud non videtur bene conſonum: quia dato ꝙ peccatum originale diceretur ſolum exemplum peccati preſciti ad peccandum: tunc deberet etiã dici ꝙ tranſiret a demõe in homines qui primum exemplum peccaudi reliquit. Et ipſe tanꝙ primus in poſteros a peccantibus imitatur: quod quia eſt inconueniens ideo dicit mgr eẽ tenendum peccatũ ab Adam trãſiuiſſe in poſteros non ſolum imitationis exemplo: ſed propagationis ⁊ originis vitio: quod probat per beatum Auguſtinum apte dicentem. ꝙ originale peccatum tranſiuit ab Adam in omnes ꝑ eius carnem vitiatam cõcupiſcentialiter generatos. Secunda ꝓpoſitio eſt hec Originalis culpa eſt quedã habitualis ⁊ vitioſa cõcupiſcẽtia excitans in nobis contra rationem deſideria. Hanc magiſter inſinuans dicit ꝙ peccatum pmi hominis eſt ſm veritatem culpa a primis parentib⁹ ꝑ originem in poſteros traducta que culpa nõ ẽ act⁹ hominis: ſed quedam habitualis ⁊ vitioſa concupiſcentia excitans in homine mala deſideria: que quãdoꝗ in ſacra ſcriptura a ſanctis doctoribus nominatur languor nature: quãdoꝗ lex membrorũ: quãdoꝗ fomes peccati: qñꝗ lex carnis: quãdoꝗ tyrann⁹: quãdoꝗ concupiſcentia vel concupiſcibilitas. Poſtea ſoluit duas difficultates cuiuſdã heretici Iuliani ſcʒ querentis. Primo quõ peccatum originale ſubintret ꝑuulos: cum nec ipſe genitus: nec generans peccet: nec conditor. Et reſpondet ſm beatũ Auguſtinum ſententialiter dicentẽ: ꝙ odioſa primi parẽtis inobediẽtia eſt cauſa quare in nobis nata eſt fomes peccati ⁊ concupiſcentia. Secũdo queſiuit: an illud peccatum ſit a natura vel a voluntate Et reſpondet ſententialiter dicens: ꝙ licet peccatum originale ſit ĩ nobis neceſſariũ: tamen in primo parente qui ipm traduxit fuit voluntarium. Tertia ꝓpoſitio ẽ hec Omnes qui deſcẽdunt ab Adã ꝓpagatiõis lege fuerunt in lumbis eius ſeminali ſeu materiali ratione Hanc magiſter probans querit: quõ in Adã potuerunt omnes homines ſm carnem eſſe: cum nec tot athomi in ipõ eſſe potuerunt quot homines ab ipſo proceſſerunt. Et reſpondens dicit: ꝙ omnes homines materialiter ⁊ cauſaliter in ipõ fuerunt: quia aliquid ab ipſo deciſum eſt: a quo ſine alterius additione ꝑ ſolam multiplicationem materie in ſeipam corpus filij eius generatum ⁊ actum eſt: ⁊ ſic ꝑ ſimile ꝑ deciſionem factam in poſteros genus humanũ multiplicatum eſt: ita ꝙ nihil oĩno exterius adueniẽs tranſit in veritatẽ humane nature: qd ꝓbat primo autoritate euangelij dicẽtis. Omne qd intrat in os in ventrem vadit. Secundo ꝑ hoc ꝙ omnes in reſurrectione habebũt quantitatẽ ꝑfectam ſine alterius materie additiõe. Ex iſtis tñ nõ negat mgr ꝙ alimẽtum tranſeat in carnẽ: ſed negat ꝙ trãſeat in humane nature veritatem. Et tñ in ſpeciali.

Quomodo peccatum originale a patribus tranſeat in filios: an ſm animam an ſm carnem. a

HInc ſuper eſt inueſtigare qliter illud peccatum a patrib⁹ traducatur in filios. ſ. an ſm ſolam animã: an ſm carnẽ: ſiue ſm vtrũꝗ? Putauerunt quidam ſm aiã trahi peccatum originale: non ſolũ ſm carnem: quia non ſolum carnem ſed ⁊ animã ex traduce eſſe arbitrati ſunt. Sicut enĩ in generatiõe prolis de carne paterna ſubſtãtialiter trahit caro: ita etiã de gignẽtis anima: animã geniti eẽntialiter deduci ab his exiſtimabatur. Ideoꝗ ſic de corrupta carne caro corrupta ſeminat: ita etiã d anima peccatrice aĩa peccatrix corruptione originali infecta: ab illis trahi dicit. — n — DI.XXXI.

Opinio quorundam male credentiũ animas eſſe extra duce.

Predictã opinionẽ damnat ⁊ ꝙ per carnẽ traducat peccatũ dicit: ⁊ quõ oſtendit. b

Hoc autẽ fides catholica reſpuit: ⁊ tanꝗ veritati aduerſum damnat: que nõ animas ſed carnẽ ſolam ſicut ſupius diximus ex traduce eſſe admittit. Non ergo ſm animam ſed ſm carnem

ſolam peccatuȝ originale trahiť a parenti
bus Eſt em̄ peccatū originale (vt ſupra di
Un̄ Aug⁹. ad Ualerium. ximus) cōcupiſcentia nō quidē actus ſed
vitiū. Ipſa cōcupiſcentia eſt lex membro-
rū vel carnis que eſt morbidus quidā affe
ctus vel languor qui cōmouet illicitū deſi
deriū. id eſt. carnalē cōcupiſcentiā que lex
peccati diciť. Que diciť manere in carne:
Quare ↄcupiſcentia dicitur eſſe in carne. nō quin in anima ſit: ſed quia ꝑ corruptio
nem carnis in anima ſit.

Cauſam corruptiōis carnis oſten
dit: ex q̄ in anima peccatū fit. c

Caro eniȝ propter
peccatū corrupta fuit in Adā adeo vt cuȝ
an̄ peccatū vir ⁊ mulier ſine incentiuo libi-
dinis ⁊ cōcupiſcētie feruore poſſent conue
nire: eſſetqꝫ thorus imacular⁹: iā poſt pec-
catū nō valeat fieri carnalis copula abſqꝫ
libidinoſa cōcupiſcentia: que ſemꝑ vitium
eſt ⁊ etiam culpa niſi excuſeť ꝑ bona cōiu-
gij. In cōcupiſcētia ergo ⁊ libidine cōcipi
tur caro formāda in corpus ꝓlis. Un̄ caro
ipſa que concipiť in vitioſa cōcupiſcentia
polluitur ⁊ corrumpiť: ex cuius contactu
anima cum infundiť maculaȝ trahit: qua
polluitur ⁊ fit rea. id eſt. vitium cōcupiſcē
tie: que eſt originale peccatum.

Qđ ꝓpter corruptionem carnis
que eſt cauſa peccati dicitur pec-
catum eſſe in carne. d

Ideoqȝ ipm̄ pecca
tum diciť manere in carne. Caro ergo que
in ↄcupiſcētia libidinis ſeminať: nec culpā
habet nec actum culpe: ſed cauſaȝ. In eo g̊
qđ ſeminať: corruptio eſt. In eo aūt ꝙ na
Ambroſi⁹ ſciť cōcupiſcētia vitiū eſt. Unde Amb. de
ꝟbis apoſtoli ſic ait. Quō habitat pctm̄ i
carne: cū non ſit ſubſtātia: ſed priuatio bo-
ni? Ecce primi hominis corp⁹ corruptū ē
ꝑ peccatū: ipſaqꝫ corruptio ꝑ conditioneȝ
offenſionis manet in corpe: robur tenēs di
uine ſententie date in Adam: cui⁹ ↄſortio
anima maculať peccato. Per id ergo ꝙ fa
cti cauſa monet: inhabitare diciť peccatuȝ
in carne: hec eſt lex carnis. Idem. Nō ha-
bitat peccatum in aīa: ſed i carne: qꝛ pecca
ti cauſa ex carne eſt: nō ex anima: qꝛ caro ē
ex origine carnis peccati: ⁊ per traducem
omnis caro fit cauſa peccati: anima ꝟo nō
traduciť: ⁊ ideo in ſe cauſam peccati nō ha-
bet. Aug⁹. quoqꝫ ex carne peccatū aīaȝ cō Auguſti.
trahere in ſermone quodaȝ de verbis apo
ſtoli oſtendit dicens. Uitiū concupiſcētie
eſt qđ anima ex carne contraxit. Natura
quippe humana nō opere dei cum vitio ꝑ-
mitus eſt inſtituta: ſed ex voluntatis arbi-
trio priorum hominū venienti vitio ē ſau-
ciata: ita vt non ſit in carne bonum: ſed vi-
tium quo inficitur anima.

De cauſa originalis peccati que
eſt in carne vtrum ſit culpa an pe-
na. e

Hic q̄ri ſolet vtruȝ
cauſa peccati originalis que dicta eſt eē in
carne culpa ſit vel pena ſiue aliquid aliud?
culpa eſſe nō pōt: qꝛ culpa nō eſt in re irra-
tionali. Si em̄ culpa eſſet in carne an̄ infuſi Q̄ non ſit culpa ꝓbat.
onem anime: actualis eſſet vel originalis.
Sed actualis ibi nō eſt: nec originalis cul-
pa eſt quia ipa cauſa eſt originalis peccati.
Si aūt pena eſt: que eſt illa? paſſibilitas vł
mortalitas vel alia corruptio? Hos em̄ de
fectus carni ineſſe conſtat.

Hic apieť q̄d ſit feditas tracta ex
libidine coeuntiū: que vitium vel
corruptio dici pōt. f

Ad qđ dici poteſt
quia multiplex defectus carnis et p̄cipue
pollutio quedā: quā ex feruore coit⁹ parē-
tum ⁊ ↄcupiſcētia libidinoſa ↄtrahit caro
dū concipiť: cauſa eſt originalis peccati: q̄
recte vitium ſiue corruptio carnis appella
ri pōt. Que feditas maior videť eſſe in car
ne ↄcupiſcētialiter traducta q̄ꝫ in ea vnde
traduciť. Et ꝙ vitium vel corruptio ſit in
carne ante ↄiunctionē anime: effectu ꝓbať
cum anima infundiť que ex corruptiōe car
nis maculať. Sicut in vaſe dinoſciť vitiū
eſſe cum vitium infuſum aceſcit.

Inductu ſimiliū oſtendit non ab-
ſurde dici filios trahere peccatū a
parentibus etiā mundis. g

Ne autē miremur
⁊ intellectu turbemur audiētes pctm̄ origi
nale filios traducere a parentibus iam per
baptiſmum ab illo peccato mūdatis diuer
ſarum ſimilitudinuȝ inductione id poſſe fi-

eri inſinuat Aug. in. lib. de baptiſmo puu lorũ inquiens. Quõ ꝑputiũ ꝑ circũciſio/nem aufert manet tñ in eo quẽ genuert cir cũciſi Quõ etiã palea que ope humano tã ta diligẽtia ſepat. manet tñ in fructu qui ꝺ purgato naſcit tritico. ita peccatũ quod in parentibus ꝑ baptiſmũ mundat manet in eis quos genuerunt. Ex hoc enim gignũt quod adhuc vetuſtum trahunt. nõ ex hoc ꝙ lex in nouitate promouit eos inter filios dei. Non eñ generant parentes filios ſm illã generationez qua denuo nati ſunt. ſed potius ſm illam qua carnaliter ⁊ ipſi pri=mum ſunt generati.

Quare dicat originale hic dicit cum epilogo. h

Jam oſtenſum eſt

quid ſit originale pctm: ⁊ qualiter a paren tibus in filios: ⁊ ꝑ carnẽ in aĩam tranſeat. Ex quibꝰ etiã innoteſcit quare dicat origi nale pctm. ideo. ſ. quia ex vitioſa lege origi nis noſtre in qua ↄcipimur. ſ. carnis libidi noſa ↄcupiſcentia traducit vt ſupra dictũ eſt. Nõ eñ quia ex carne tracta ab adã cõ cepti ſumus: ideo pctm traximus. quia et chriſti corpus ex eadem carne formatũ eſt que ab adam deſcendit: ſed eius ↄceptꝰ eſt celebratꝰ nõ lege peccati. i. ↄcupiſcẽtia car nis: vñ ⁊ caro eius peccatrix nõ fuit immo opatione ſpũſſancti. Noſter ꝟo ↄceptꝰ nõ fit ſine libidine. ⁊ ideo non eſt ſine peccato Qꝺ euidenter Augꝰ. oñdit in libro de fide ad petrũ dicẽs Quia dũ ſibĳnuicẽ vir mu lierq; miſcent. ſine libidine nõ eſt parentũ cõcubitus: ob hoc filioꝝ ex eoꝝ carne na/ſcentium non poteſt ſine peccato eſſe cõce/ptus: vbi peccatũ in puulos nõ trãſmittit ꝓpagatio ſ3 libido: nec fecũditas humane nature facit homines cum peccato naſci: ſ3 feditas libidinis quã homies habẽt ex il=lius iuſtiſſima ↄdẽnatione peccati. Jdeo beatus Dauid ꝓpter originale pctm quo naturalit obſtricti ſunt filĳ ire: dicit Jn ini quitatibus ↄceptus ſum: ⁊ in peccatis cõ=cepit me mat mea. Ex hoc itaq; apparet ex lege conceptionis traduci originale pctm. quia niſi cõceptio ſic fieret in carne. aĩa ex carnis coniunctione concupiſcentie vi/tium non traheret.

Aug. in li. de fi. ad pe.

Obiectio quorundam nitentium probare peccatum non traduci ex lege coitus. i

Sed ad hoc oppo=

nitur hoc modo. Jn ipo cõceptu vbi dici=tur tranſmittit pctm: ꝓpagat caro: nec tñ infundit aĩa ſm phiſicos: ſed iam effigia=to corpe. Qꝺ etiaz moyſes in Exoꝺ. aper/te ſignificat: vbi ait de ꝑcuſſura mlieris ꝑ/gnantis. Si quis inquit ꝑcuſſerit mulierẽ pregnantẽ ⁊ abortũ fecerit. ſi adhuc infor/me fuerit puerperiuz: mulctabit pecunia. Si aũt formatũ fuerit: reddat aĩam ꝓ aĩa Formatũ vero intelligit ꝓpria anima ani matũ: ⁊ informe qꝺ nondũ habet animam Jn ipſo ergo conceptu cum caro propaga tur nõdum infundit anima. Quõ ergo ibi peccatũ tranſmittit: cum peccatũ non poſ ſit eſſe vbi anima non eſt? Ad quod dici/ poteſt quia in illo conceptu dicit peccatũ tranſmitti. non quia peccatuz originale ibi ſit: ſed quia caro ibi contrahit id ex ꝙ pctm fit in anima cum infunditur. Et vtrũq; vo catur conceptus. ſ. ⁊ cum caro ꝓpagat for mam q; corporis humani recipit: ⁊ cũ ani=ma infundit: quod aliqñ etiã dicit natiui tas. Unde quod natum eſt in te. Proprie aũt natiuitas dicit in lucem editio.

Reſſio cum ſolutione.

Jſta eſt diſtinctio. xxxi. huiꝰ ſecũ di libri. Jn qua magiſter poſtq; egit de q̃ditate pec cati originalis. agit de ipſius traductiõe. Et tria fa cit. Nam primo agit de modo quo tranſfundit. Se=cundo de cauſa quare traducit Tertio de rõne nois qꝺ ſortit. Primum vſq; ibi. Hic ſolet queri. Scdm vſq; ibi. Jam oſtenſum eſt. Tertium vſq; ad finẽ di=ſtinctõis. Jn ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribꝰ ꝓpoſitionibus quarũ prima eſt hec. Per carnem qua vitioſa concupiſcentia concipitur ⁊ anime vnit ⁊ nõ ꝑ animã peccatũ originale traducit. Hanc ma=giſter inſinnãs querit: vtrũ peccatum originale tra=ducitur a parentibus in filios ſm ſolã carnez vel ſm ſolam animã: vel ſm vtrũq;. Et rñdẽs dicit quoſdã fuiſſe opinatos ꝙ pctm originale traducit ſm aĩam ponentes animã ex traductiõe incipe. exemplũ: ita ꝙ ſicut in generatione prolis caro filĳ ſubſtãtialiter de carne patris trahit. ita etiaz anima filĳ. de aĩa patris eſſentialiter generat. Sed iſtã opinionẽ ma=giſter reſpuit tanq̃ fidei catholice ↄtrariã. eo ꝙ pec=catum nõ ſm animam ſed ſm carnem ſolum a parẽ tibus trahit Nam in ferũore libidinis concipit caro in corpus formanda ⁊ incorrupta polluit. Ex conta ctu anima cum infundit contrahit maculã qua ⁊ ipa polluit. et ſic rea eſt vitĳ concupiſcẽtie quod dicitur peccatũ originale. ⁊ dicit manere in carne nõ quidẽ ſicut in ſubiecto ꝓprio cũ caro nõ poſſit eſſe ſubiectũ culpe. ſed ſicut in cauſa ſeu virtualiter in carne ↄtẽ=tum. Jſtas ſententias ꝓbat magiſter autoritatibus beati Auguſtini ⁊ Ambroſĳ. Secunda ꝓpoſitio eſt hec. Peccatũ originale quidẽ defectus ⁊ fomes peccati eſſe aſſerit quo aĩa carni vnita inficit. Hãc magiſter ꝓbans querit. Utrũ talis carnis infectio. ſit culpa vel pena: ⁊ ꝙ nõ ſit culpa ꝓbat ꝑ hoc ꝙ eſt in ſubiecto irrationali. in quo culpa eſſe nõ poteſt ꝙ etiã non ſit pena ꝓbat ex hoc ꝙ penalitatibꝰ cõiter

non ꝯnumeraẜ. Et rñdit dicens: ꝙ ſit quidā carnis
defectus ꝛ pollutio que recte vitium ſiue carnis cor
ruptio nuncupari poteſt. que quidem feditas in car
ne ante cōiunctionem anime foꝛe approbaẜ quod ex
hoc patet ꝙ anima dum infunditur ex coꝛpoꝛis coꝛ-
ruptione maculatur. Et ſubdit nō mirum eſſe filios
peccatum oꝛiginale ꝯtrahere a parentibus iam mū
datis ſicut non miramur ꝙ ab homine circūciſo na
ſcitur homo pꝛepuciatus. ꝛ ex grano depurato cre-
ſcunt grana paleis circūſepta. Tertia pꝛopoſitio eſt
hec. Igiẜ vocaẜ peccatū oꝛiginale. quia cōtrahiẜ in
oꝛtu ex libidine. Hanc magiſter pꝛobans dicit. ꝙ il-
lud peccatū igiẜ diciẜ oꝛiginale: quia ex vitioſa lege
oꝛiginis noſtre quo concipimur contrahiẜ. ſ. ex car-
nis ſeminali commixtione cuȝ feruoꝛe libidinis ꝛ qꝛ
ſolus xpūs talē libidinē nō habuit ideo ſolus pecca-
tum oꝛiginale non contraxit. Et tm̄ in ſpeciali.

Quō oꝛiginale peccatum dimittatur in baptiſmo. cum ꝛ poſt ſit illa cōcupiſcentia que diciẜ oꝛiginale peccatum. a

q Uoniam ſu-
pꝛa dictū eſt oꝛiginale pctm̄
eſſe vitiū ꝯcupiſcētie: aſſigna
tumq; quō a parentibus tra-
hatur ꝛ oꝛiginale dicaẜ ſupeſt inueſtigare
quō in baptiſmo dimittaẜ. cū etiā poſt ba-
ptiſmum remaneat ꝯcupiſcētia que an̄ fue
rat. Uñ videẜ vł pctm̄ oꝛiginale nō eſſe cō
cupiſcētia. vł nō remitti i baptiſmo. Ma-
net quippe vt ait Aug. in coꝛpe moꝛtis hu-
ius carnalis cōcupiſcentia: cuius vitioſis
deſiderijs nō obedire pꝛecipimur. Que tm̄
concupiſcentia quotidie minuitur in pꝛofi
cientibus ꝛ continentibus: ſed licet rema-
neat concupiſcentia poſt baptiſmū non tm̄
dominatur ꝛ regnat ſicut ante: imo ꝑ gra-
tiam baptiſmi mitigatur ꝛ minuiẜ: vt poſt
dominari non valeat niſi quis reddat vi-
res hoſti eundo poſt concupiſcētias. Nec
poſt baptiſmum remanet ad reatum: quia
non imputatur in peccatū: ſed tantū pena
peccati eſt. Ante baptiſmum vero pena eſt
ꝛ culpa.

Aug. in li. de nuptijs ꝛ concupiſcentia.

Ꝙ oꝛiginale peccatū duobus modis dimittiẜ. ſ. extenuatione ſui. ꝛ ſolutione reatus. b

Dupliciergoratio
ne pctm̄ oꝛiginale diciẜ dimitti i baptiſmo
qꝛ per grām baptiſmi vitium ꝯcupiſcentie
debilitaẜ atq; extenuaẜ: ita vt iam non re-
gnet niſi conſenſu reddanẜ ei vires: quia ꝛ
reatus ipſius ſoluitur. Uñ Aug. in lib. de
baptiſmo paruuloꝝ. Gratia per baptiſmū
id agitur: vt vetus homo crucifigat ꝛ coꝛ-
pus peccati deſtruaẜ: non ita vt in ipſa vi
uente carne concupiſcētia reſperſa ꝛ inna-
ta repente abſumatur ꝛ nō ſit: ſed ne obſit
moꝛtuo q̄ inerat nato. Nam ſi poſt baptiſ-
mum vixerit: in carne habet concupiſcenti
am cum qua pugnet. eamq; adiuuāte deo
ſuperet ſi tm̄ nō inuacuum gratiam eius ſu
ſcepit. Nō itaq; h̄ pꝛeſtaẜ in baptiſmo niſi
foꝛte miraculo ieffabili creatoꝛis vt lex pec
cati que eſt in membꝛis pꝛoꝛſus extinguaẜ
ꝛ nō ſit ſed vt quicquid mali ab homine fa
ctum: dictū: cogitatumq; eſt: totū abolea-
tur: ac velut factū non fuerit habeaẜ. Ipſa
vero cōcupiſcentia ſoluto reatus vinculo
quo ꝑ illam diabolus animā retinebat: ꝛ a
ſuo creatoꝛe ſepabat: maneat in certamine

Autoꝛitates de vno mō remiſſionis.

Ecce hic apte oſtendit ea ratione dimit
ti in baptiſmo: nō qꝛ non maneat poſt ba-
tiſmum: ſ; quia reatus in baptiſmo abole-
tur. Deinde idem ipſe oſtēdit eo modo
etiam dimitti: quia baptiſmi gratia concu
piſcentia ipſa mittigaẜ ꝛ minuitur: in eodē
lib. ita dicēs. Lex carnis quā apoſtol9 ap
pellat pctm̄ cum ait. Nō regnet peccatū in
veſtro moꝛtali coꝛpe: nō ſic manet in mem
bꝛis eoꝛuȝ qui ex aqua ꝛ ſpūſancto renati
ſunt: tanq; nō ſit ei9 facta remiſſio: vbi om
nino plena fit remiſſio peccatoꝝ: ſ; manet i
vetuſtate carnis tanq; ſupatū ꝛ pemptuȝ
niſi illicito ꝯſenſu q̄dāmō reuiuiſcat: ꝛ i re
gnū ꝓpꝛiū dñationēq; reuoceẜ. Hic apte
inſinuaẜ in baptiſmo ꝯcupiſcētiā debilita-
ri ex quo ꝛ diciẜ dimitti nō ſolū ideo quia
reatus ibi ſoluiẜ. Quem remiſſiōis modū
alijs etiā plurib9 teſtimonijs ſcriptura edo
cet. Ait eni Aug9. contra Iulianum. Lex
in membꝛis eſt: vitium carnis eſt: quod ex
pena peccati ꝛ ex traduce moꝛtis pꝛouenit
Sed lex iſta q̄ eſt in membꝛis: remiſſa eſt re
generatōe ſpirituali: ꝛ manet in carne moꝛ
tali. Remiſſa eſt: quia reat9 ſolutus eſt ſa-
cramento quo renaſcunẜ fideles. Manet
autem quia opatur deſideria cōtra q̄ dimi
cant etiaȝ fideles. Idem in ſermone q̄dam
de concupiſcētia carnis. Per gratiam ba-
ptiſmatis ꝛ lauacrum regenerationis ſolu
tus eſt ꝛ ipſe ꝯcupiſcentie reatus cū q̄ eras
natus: ꝛ quicquid antea ꝯſenſiſti male cō
cupiſcentie ſiue cogitatione: ſiue locutōne
ſiue actione. Idem in libꝛo de nuptijs ꝛ cō
cupiſcentia. Concupiſcentia carnis licet in
regenaratis iam nō deputetur in peccatū
quecunq; tamē pꝛoles naſciẜ. obligata eſt
oꝛiginali peccato. Item. Dimittitur cōcu

Autoꝛitates de altero.

piſcentia carnis in baptiſmo. non vt nõ ſit ſed vt nõ imputet᷑ in peccatuꝫ. Hoc eſt em̃ non habere peccatum non eſſe reum peccati. Quõ ergo alia peccata pretereũt actu ⁊ remanent reatu: vt homicidium ⁊ ſimilia Ita ecõuerſo fieri põt vt cõcupiſcentia p̃tereat reatu ⁊ remaneat actu Ex predictis euidenter monſtrat᷑ quõ peccatũ originale in baptiſmo remittatur.

De feditateꝫ quã caro ex libidine coitus contrahit vtrum in baptiſmo diluatur. c

Solet aũt hic queri: vtrum ⁊ ipſa caro in baptiſmo ab illa feditate purget᷑. quam in conceptione ex cõcupiſcentia libidinoſa contraxit? Quibuſdam videtur ꝙ ſicut aĩa a reatu purificatur: ita ⁊ caro ab illa pollutione purgatur. Ut ſicut duobus cõpletur myſterium baptiſmi. ſ. aqua ⁊ ſpiritu. ita ibi duo purgẽtur: anima. ſ. a reatu: ⁊ caro ab illa ꝯtagione. quod quidem probabile eſt. Alij vero putant tantũ animã ibi mundari: carnẽ vero non ab illa feditate purgari. Si vero remanet illa feditas vſq; ad procreationeꝫ filiorum que fit in concupiſcẽtia carnis: videt᷑ natura carnis magis ac magis corrũpi: ⁊ magis corrupta videt᷑ caro prolis q̃ parentis: quia de carne pollutionem quaꝫ habuit a conceptu retinẽti: trahitur polluta ⁊ in ꝯcupiſcentia concipitur vnde ⁊ polluitur: ⁊ ita ex duplici cauſa cõtaminatur Unde maior videtur pollutio carnis in ꝓle q̃ fuerit in parente. Ad quod illi dicunt quia licet caro prolis ex carne feda ſeminetur. et in cõcupiſcẽtia concipiatur. nõ tamẽ feditatem maiorem trahit q̃ caro vnde ſeminatur habuerit Quãuis etiã ſi fedior atq; imũdior ſit caro prolis. et ideo magis corrupta q̃ caro parẽtis. nõ inde (vt aiunt) fit p̃iuditiũ veritati quia nec abſurdum eſſe dicunt. ſi carnis natura magis in poſterioribus corrupta trahatur necq; ex ipſa magis corrupta anima magis inficiatur.

Quid ã dicũt carnẽ mundari ab illa pollutõne alij nõ

Oñdit inconuenientiã contra illos q̃ negant.

Rñſio illoꝝ.

Ex quo auctore fit illa cõcupiſcentia. deo. ſ. vel alio. d

Preterea queri ſolet vtrum concupiſcentia que poſt baptiſmum remanet: ⁊ tãtum penalitas eſt: ante baptiſmum vero pena erat ⁊ culpa: ex deo auctore ſit vl' ex alio? Ad quod breuiter reſpondentes dicimus: quia inquantũ pena eſt. deum habet auctorem: inquantum vero culpa eſt. diabolum ſiue hominẽ habet auctorem.

Qua iuſticia anime munde ex creatione illud peccatũ imputet᷑. cũ non poſſit vitare. e

Solet etiam queri qua iuſticia teneat᷑ illo peccato aĩma innocens a deo creata: cum non ſit in poteſtate ſua illud vitare? Nõ em̃ ꝑ liberũ arbitriuꝫ illud cõmittitur. quia nõ prius eſt anima q̃ illi peccato eſt obnoxia. Ad hoc q̃daꝫ dicunt ideo animam ream eſſe illius peccati licet munda a deo ſit creata: q: cũ infunditur corpori: condelectatur carni: ex quo peccatum contrahit Quod ſi eſſet: iam nõ originale ſed actuale diceretur. Potius ergo ideo recte poteſt dici imputari animi illud peccatum quod ex corruptione corporis ineuitabiliter trahit. quia vt ait. Aug. in libro de ciuitate dei. Non fuit corruptio corporis que aggrauat animã cauſa primi peccati: ſ; pena: nec caro corruptibilis animam peccatricẽ fecit: ſed peccatrix anima carnem corruptibilem fecit.

Rñſio quorũdam falſa.

Cõgrua rñſio ⁊ vera.

Utrum illud peccatum ſit voluntarium vel neceſſarium. f

agere de vitio ramorum ex radice ꝓcedente id ẽ de
vitio operũ exiſtentiũ a voluntate. Et tria circa hoc
facit. Primo eñ inquirit an actus iudicandi ſint bo
ni ex fine. Secũdo an omnes actus iudicãdi ſint bo
ni ex fine. Tertio an mali excuſant̃ ꝑ hoc ꝙ fiunt bo
ni finis intentione. Primum facit a p̄ncipio vſꝗ ibi.
Sed queritur vtruꝫ. Secundũ vſꝗ ibi. Que tamẽ
quidam. Tertiũ vſꝗ ad finẽ diſtinctionis. Et tñ in
generali. In ſpeciali ſententia mgr̄i ſtat in tribus ꝓ
poſitionibus: quaꝝ p̄ma eſt hec. Licet exteriores
act⁹ inꝗtũ ſunt boni reputent̃: tñ moraliter boni vel
mali iudicant̃ ſm̃ ꝙ ex recta voluntate vel inordina
ta oriunt̃. Hanc ꝓpoſitionem mgr̄ ponens dicit: ꝙ
licet omnes actus exteriores ſint boni inꝗtum ſunt
tñ iudicant̃ moralit̃ boni vel mali ſm̃ ꝙ ex bona vel
mala intẽtiõe ꝓcedunt: ita ꝙ illi ſimpliciter boni vel
mali dici debent qui bonam ⁊ rectam habẽt cauſaꝫ
ſeu intentionẽ. id eſt. ad bonum finem tendunt. Ma
li vͦo ſimpliciter dici debent qui ex ꝑuerſa intẽtione
ꝓcedunt: quod ꝓbat autoritate beati Amb. ⁊ per
illud euangelij. Nõ poteſt arbor bona malos fruct⁹
facere: nec econuerſo arbor mala bonos fructus fa-
cere. Secũda ꝓpoſitio eſt hec. Nõ oẽs actus hu
mani ꝑ bonam voluntateꝫ ſunt rectificabiles. Hanc
mgr̄ ꝓbans querit. Utrum vniuerſaliter ſit verũ ꝙ
omnes actus habẽt exteriorẽ maliciã vel bonitateꝫ
a voluntate? Et reſpondens dicit de hoc eſſe varias
opiniones: Nam quidam contendunt ꝙ oẽs act⁹ ex
teriores ſint de ſe indifferentes: ⁊ ergo generalit̃ ca
piant ſuam bonitatem vel maliciã a volũtate ex qua
ꝓducuntur. Alij vͦo dicunt non omnes fore indiffe
rentes: ſed aliquos eſſe de ſe bonos: ⁊ illos dicũt nõ
recipe abſolute ſuam bonitatem a volũtate: et dicũt
t

etiam tales abſolute non poſſe recipere maliciam ſuam a voluntate. Aliquos vero econuerſo in ſe eē malos dicunt qui etiam ſuam maliciā non habeāt a voluntate: ⁊ tales etiā dicunt ſuam bonitatē non poſſe recipere a voluntate. Aliquos dicunt eſſe indifferētes: ⁊ tales ſolum ſunt qui recipiunt ſuā maliciā ſeu bonitatē a voluntate. Tertij autē quibus magiſter videtur conſentire dicūt omnes actus exteriores a voluntate poſſe recipere bonitatē vel maliciā: ſolum illis exceptis qui de ſe ſunt mali: qꝛ tales ꝑ voluntatem fieri boni nō poſſunt. Tertia ꝓpoſitio eſt hec Malum pia intentione ꝓductum nequaq̄ iudicat̄ bonū. Hanc magiſter ponens dicit actus de ſe malos nunq̄ poſſe habere bonam cauſam. Ad qđ adducit plura exempla quibus concludit q̄ furtum factū vt pauperi ſubueniatur: vel rapina facta vt deo offeratur: aut adulteriū ꝑpetratum vt homo a morte liberetur: ⁊ alia huiuſmodi: hi actus licet cauſas habeant que videntur eſſe bone: ſunt tamē mali. Et tm̄ in ſpeciali.

An omnis intentio vel actio eorū qui carent fide ſit mala. a

DI.XLI.

Vnqꝫ intentio vt ſupra dictum eſt bonū opus faciat: ⁊ fides intentionē dirigat: nō immerito queri poteſt vtrū omnis intentio omneqꝫ illorum opus malū ſit qui fidem non habent? Si enī fides intentionē dirigit: ⁊ intentio bonū opus facit vbi non eſt fides: nec intētio bona nec opus bonū eſſe videt̄. Quod a quibuſdā non irrationabiliter aſtruitur qui dicūt omnes actiones ⁊ volūtates hominis ſine fide malas eſſe que fide habita bone exiſtunt. Unde apoſtolꝰ ait: Omne quod non eſt ex fide peccatū eſt. Quod exponens Augꝰ. ait: Omnis infideliū vita peccatum eſt: ⁊ nihil bonum eſt ſine ſūmo bono: vbi deeſt agnitio eterne veritatis: falſa virtus eſt etiā in optimis moribꝰ. Et Jacobus in epiſtola canoni. ait: Qui offēdit in vno. ſ. in charitate: factus eſt omniū reus. Qui ergo fidem ⁊ charitatem nō habet: omnis eius actio peccatū eſt: quia ad charitatē non refertur Quod enī ad charitatē non refert̄ (vt ſupra meminit Augꝰ.) nō fit quēadmodum fieri oportet. Ideoqꝫ malū eſt. Non ergo mādata cuſtodit: qui charitate caret: qꝛ ſine charitate nullū mādatorum cuſtoditur. Unde Augꝰ. ſuꝑ epiſtolā ad Gal. ait. Cuſtoditionē legis dicit apl'us: nō inebriari: non occidere: non mechari: ⁊ alia hmōi ad bonos mores ꝑtinentia que ſine charitate fide ⁊ ſpe impleri nō poſſunt. Nullū ergo mandatū implet: nullum bonū opus facit: qui fidem ⁊ charitatem non habet. Impoſſibile eſt enī (vt ait apoſtolus) ſine fide aliquid placere deo. Que ergo ſine fide fiūt bona nō ſunt: quia omne bonum placet deo.

Quidā dicūt oēs actiōes hoīs ſine fide eē malas q̄ in fide bone ſunt Augꝰ. in lib. ſniaꝝ ꝓſperi.

Autoritatibꝰ muniunt ſuā opinionem.

Qꝛ ſine charitate non cuſtodiūt mādata.

Que ꝑmiſſe ſententie obijciuntur ex verbis Auguſtini. b

His autē obijcitur quod ſupra dixit Augꝰ. ſ. q̄ in ſeruili timore. ⁊ ſi bonum fiat nō tamē bene. Nemo. n. inuitꝰ bene facit etiam ſi bonū eſt qđ facit. Hic enī dicit bonum fieri: ſed nō bene ab illo qui charitatē non habet. Qui enī ſeruiliter timet: charitate vacuus nō eſt: de quo tamē hic dicit: qꝛ bonū facit: ſed nō bene. Qui etiam ſuꝑ illum locum pſal. Turtur inuenit ſibi nidū vbi reponat pullos ſuos dicit q̄ iudei heretici ⁊ pagani opera bona faciunt: qꝛ veſtiunt nudos ⁊ paſcunt pauperes ⁊ hmōi: ſed nō in nido eccleſie. id eſt in fide: ⁊ ideo conculcant̄ pulli eorū. Quibus illi reſpondent dicētes bona opera appellari hmōi que ſine charitate fiunt: nō qꝛ bona ſint quādo ſic fiunt: quod euidenter ſupra Augꝰ. docuit: ſed qꝛ bona eēnt ſi aliter fierent: que etiā ſui genere ſunt bona: ſꝫ ex effectu fiunt mala.

Qualiter ad hec illi reſpōdeant.

Aliorū ſententia de premiſſa queſtiōe qua querebatur ſi omnis actio eorum mala eſt qui fidem non habent. c

Alij vero qui triphariam diſtinctionē actuū faciunt: opera cūcta que ad nature ſubſidium fiunt ſemꝑ bona eſſe aſtruūt. Sed qđ Augꝰ. mala eſſe dicit: ſi malas habeant cauſas. non ita accipiendū eſt quaſi ipſa mala ſint: ſed quia peccant ⁊ mali ſunt qui ea malo fine agūt. Itē ⁊ illud aliud ſcꝫ bonum opus intentio facit: ⁊ intentionē fides dirigit: determinant dicentes ibi bonū vocatū quod remunerabile eſt ad vitam: nō qđ illud ſit ſolum bonū opus: imo etiā alia plura: licet nō ea ratione qua illud ſint bona. Bonū enī multipliciter accipitur. ſ. ꝓ vtili: ꝓ remunerabili: ꝓ ſigno boni: ꝓ ſpecie boni: pro licito et alijs forte modis. Solaqꝫ illa intentio re/

Determinat ꝓ dicta vba Auguſtini.

Quibꝰ modis dicat̄ bonum.

munerabilis eſt ad vitã quã fides dirigit:
ſed nõ illa ſola bona eſt: vt aiunt. Nã ſi qs
iudeus vel malus chriſtian⁹ neceſſitatẽ ꝓ
ximi reuelauerit naturali pietate duct⁹: bo
nũ fecit: ⁊ bona fuit volũtas q̃ illud fecit.

Hic ponit quedam Auguſtini capitula que retractauit: non quaſi praue dicta; ſed quo ſenſu dixerit inſinuans. d

Poſt hec ĩueſtiga
ri oportet qualit̃ intelligendũ ſit qd Aug⁹
(Capl̃m pmũ.) ait in li. de vera religione. Uſq₃ adeo inq̃t
peccatũ voluntarium malum eſt: vt nullo
modo ſit peccatũ ſi nõ ſit voluntariũ. Hu
ius dicti rationẽ Aug⁹. aperiens in libro
(Retractatio geminã continens determinationem.) retractationũ dicit. Poteſt videri falſa
hec diffinitio: ſed ſi diligẽter diſcutiatur in
uenietur eſſe veriſſima. peccatũ quippe illd
cogitandũ eſt qd tantũmodo peccatũ eſt:
nõ quod eſt etiã pena peccati. ſcʒ peccatuʒ
primũ hominis quod fuit peccatũ ⁊ cauſa
peccati: ſed nõ pena. Quãuis ⁊ illa que nõ
voluntaria peccata nõ immerito dicũtur:
quia vel a neſciẽtibus vel a coactis ꝑpetrã
tur: nõ omnimodo poſſunt ſine voluntate
cõmitti: quoniã ⁊ ille qui peccat ignorans
voluntate vtiq₃ facit: quod cũ faciendum
nõ ſit: putat eſſe faciendũ: ⁊ ille qui cõcupi
ſcente aduerſus ſpiritum carne: nõ ea que
vult facit: cõcupiſcit quidẽ nolens: ⁊ in eo
nõ facit qd vult: ſed ſi vincitur cõcupiſcen
tie conſentit volens: ⁊ in eo nõ facit niſi qd
vult: ⁊ illud qd in ꝑuulis eſt originale pec
catũ: ex prima hominis volũtate mala cõ
tractum eſt. Non itaq₃ falſum eſt qd dixi:
vſq₃ adeo peccatũ volũtariũ eſt ⁊c. Ec
ce qualiter accipiendũ ſit illud. ſ. vel de pri
mo peccato hominis: vel de omnib⁹ gene
raliter peccatis mortiferis: quoꝝ licet que
dam dicantur nõ voluntaria: que ſcʒ ꝑ ig
norantiã vel ꝑ infirmitatẽ fiunt. Eadem tñ
ea ratione poſſunt dici voluntaria: q₂ ſine
voluntate nõ cõmittunt̃.

Aliud capitulum. e

Illius etiam intel
(Retractatio.) ligentia ꝑquirenda eſt qd in li. de duabus
animabus edidit inq̃ens. Nuſq̃ niſi in vo
luntate peccatũ eſt. Quod etiã in lib. retra
ctationũ plane determinat dicens. Poteſt
putari iſta falſa eſſe ſententia qua diximus
nuſq̃ niſi in voluntate eſſe peccatũ: cũ apo
ſtolus dicat. Quod nolo hoc facio ⁊c. Sʒ
peccatũ qd nuſq̃ eſt niſi in volũtate: illud
p̃cipue intelligẽdũ eſt: quod iuſta damna
tio cõſecuta eſt. id eſt. primũ hominis pec
catum. In eodeʒ quoq₃ libro de duab⁹
animabus aliud tradidit conſideratiõe di (Aliud capl̃m)
gnum. ait eñ. Non niſi voluntate peccat̃:
ipamq₃ voluntatẽ diffinit dicens. Volun
tas eſt animi motus cogente nullo ad ali
quid vel nõ admittendũ vel adipiſcendũ.
Huius dicti cauſam aperiẽs ⁊ intelligenti
am pandens in li. retractationum ait. Hoc (Retractatio.)
ꝓpterea dictũ eſt: vt hac diffinitiõe volẽs
a nolente diſcerneret̃: ⁊ ſic ad illos referre
tur intentio: qui in paradiſo fecerũt origi
nem mali nullo cogente peccãdo. id eſt. li
bera voluntate: quia ⁊ ſcientes cõtra pre
ceptum fecerunt: ⁊ ille temptator ſuaſit vt
hoc fieret: nõ coegit. Nam qui neſciẽs pec
cauit non incõgruenter nolens peccaſſe di
ci poteſt: q̃uis ⁊ ipſe quidẽ neſciens fecit: (Non ſꝫ voluntas facti quod pctm̃ ẽ: voluntas pcti eſt: q₂ vult quis qd pctm̃ ẽ: non tñ peccatum.)
volens tamẽ fecit. Ita nec tale peccatuʒ ſi
ne voluntate eſſe potuit: ſed voluntas facti
ibi fuit: nõ peccati voluntas: quod tamen
factũ fuit peccatuʒ. Hoc eñ factum eſt qd
fieri nõ debuit. Quiſquis auteʒ ſciens pec
cat: ſi poteſt cogenti ad peccatũ ſine pecca
to reſiſtere: nec tamẽ facit vtiq₃ volẽs pec
cat: quia qui poteſt reſiſtere: nõ cogitur ce
dere: quapropter peccatuʒ ſine voluntate
eſſe nõ poſſe veriſſimũ eſt. Ex his liquet q̃
liter ſuperiora accipienda ſint.

Q mala voluntas eſt voluntariũ peccatum. f

Si autẽ omne pec
catum mortale voluntariũ eſt: cum volun
tas mala peccatum ſit mortale: cõſtat ipaʒ
eſſe voluntarium peccatũ. Quid eñ vt ait (Aug⁹. in li. de libe. arbi.)
Aug⁹. tam in voluntate q̃ ipa voluntas ſi
ta eſt. Voluntas itaq₃ mala recte volunta
rium dicitur peccatum: quia in voluntate
conſiſtit. Voluntas quippe (vt ait Aug⁹.
in eodem) eſt prima cauſa peccãdi: aut nul
lum peccatũ eſt prima cauſa peccandi: nec
eſt cui recte imputetur peccatum: niſi pec
canti. Non ergo eſt cui recte imputetur: ni
ſi voluntati. Hoc autem de peccato actua
li ⁊ mortali intelligendũ eſt. Neq₃ his ver

bis aliud voluit oſtēdere Auguſtinus vt ipſe ait in retractationibus: niſi qꝛ volūtas eſt qua peccatur ⁊ qua recte viuit.

Iſta eſt diſtinctio. xlj. hui⁹ ſecun di libri. In qua mgr̄ oſtenſa rectitudine ⁊ vitio bōna nor actuū ex pte finis ordinantis. facit idem ex par te pncipij mouentis. Et tria facit. Primo inq̄rit an omnis actus nō recta intentione factus ſit peccatū. Secūdo an omne peccatū debeat dici voluntarium Tertio ex p̄dictis concludit quoddam correlarium Primum vſq; ibi. Poſt hec inueſtigari oportet. Se cundū vſq; ibi. Si aūt omne pctm̄. Tertiū vſq; ad fi nem diſtinctionis. In ſpeciali ſententia mgr̄i ſtat in tribus ꝓpoſitionibus quarū p̄ma eſt hec. Et ſi in fideles qñq; faciant bona opa exteriora: non tamen agunt bn̄: ⁊ iō nō ſunt meritoria. Hanc mgr̄ ponēs q̄rit. Cum fides intentionem dirigat: ⁊ act⁹ tam in terior q̄ exterior ab intentione maliciā aut bonitatē habeat. Utrum ergo oīs actus infideliū qui fide nō diriguntur peccatum exiſtat? Et arguit p̄mo ꝙ ſic. Tum quia apoſtolus dicit. Omne quod non ex fide eſt: peccatum eſt. Tum quia actus infidelium ad fi nem que eſt charitas dei ⁊ ꝓximi non referꝫ. In op poſitū ſc̄do arguit autoritate. b. Augu. dicētis. Infi deles multa bona opera operari. Quā viam magi ſter ſequēs dicit infideles multa bona opera opera ri ſcꝫ bona de ſuo genere. licet per talia non poſſunt mereri. Addens bonum dici multipliciter. Nam ali quādo bonū dicitur illud quod eſt licitum: ⁊ aliquā do illud qđ eſt vtile. Aliqñ dicitur illud qđ eſt ſignū boni: vel qđ habet ſpeciem boni. Aliquādo dicitur illud quod eſt remunerabile: vl' illud quod eſt remu neratione dignum. Primis tribus modis pñt infide les bonum opari: ſed quarto mō non: eo ꝙ carent fi de. Secunda ꝓpoſitio eſt hec. Nullum peccatum eſt demeritorium quod non ſit quodāmodo volūta rium. Hanc magiſter ponens querit. Utrum omne peccatū ſit voluntarium? Et dicit ꝙ ſic. Nam in pec cato originali ⁊ in peccatis ex ignorantia factis ⁊ in omni peccato actuali ſeu veniali ſeu mortali aliquo mō voluntas concurrit: quod confirmat autoritate beati Auguſtini. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Intan tum libere ⁊ voluntarie quis opatur ꝙ etiā ipſa ma la voluntas qua peccaꝫ: peccatum nominaꝫ. Hanc mgr̄ ponens dicit pctm̄ adeo eſſe voluntariū: ꝙ non ſolū actus peccati pctm̄ dicitꝫ: ſed ipſa voluntas etiā qua actualiter peccaꝫ peccatū appellaꝫ: qđ ꝓbat ꝑ beatū Augu. Et tm̄ in ſpāli.

An volūtas ⁊ actio mala in eodē hoīe ⁊ circa eandem rem ſint vnū peccatū an plura. a

DI.XLII c Um autē vo luntas mala ⁊ opatio ſint pecca tum: queri ſolet vtꝝ in eodē ho mine ⁊ circa eandem rem hec duo vnū ſint peccatū vel diuerſa: vt ſi quis volūtate fu ratur: voluntatem habuit malā: q̄ peccatū eſt: ⁊ actum maluꝫ q̄ item peccatū eſt. Hec autē duo diuerſa ſunt. ſ. voluntas ⁊ actio.

Sed nūquid diuerſa ſunt peccata an vnū? Quidam dicunt vnū eſſe peccatuꝫ: alij ve ro dicunt diuerſa eſſe peccata. Quia cū cō ſtet hec duo eſſe diuerſa: aut diūſa duo pec cata dicunꝫ: aut duo diuerſa non peccata? Quibus alij reſpondent: hec duo diuerſa eſſe peccata nō plura. Nō eñ plura pecca ta ſunt: ſed peccatū vnum: qꝛ vna p̄uarica tio vel inobedientia in vtroq; admittitꝫ: ſi ue quādo vult: ſiue quādo agit: ⁊ vn⁹ eſt ibi cōtemptus: ſed minor cuꝫ in voluntate ſolū peccatū continetꝫ. Maior vero cū vo luntati etiam operatio additur: ⁊ ideo ma ius ſit peccatū: ſed nō plura: cum volūtas operi mancipatur.

Opinio contra illos q̄ dicunt vnū eſſe pctm̄

Reſponſio

Alia contra eoſdem oppoſitio. b

Sed adhuc eiſdeꝫ obijcitꝫ. Si vnū tm̄ illa duo pctā ſunt: cum quis voluntate mala p̄us concepta deide opus patrauerit: nō ꝑ aliquo reus eſt: niſi ꝑ quo ante opus reus erat: cum adhuc in ſola voluntate peccatū conſiſtebat. Null⁹ eñ reus ē eterne mortis: niſi ꝑ peccato ſed peccatuꝫ aliud nō eſt admiſſum actione q̄ꝫ prius admiſſum erat voluntate. Nō ergo ꝑ aliquo alio iſte ſit damnabilis actu pec cando q̄ꝫ ante fuerat cum ſola volūtate de linquebat. Ad hoc etiam ⁊ illi reſpondent dicentes: ꝓpter peccatū quidē tantū illuꝫ furem reum cōſtitui: q̄ꝫuis eius voluntas ⁊ actio vnum ſint peccatū: ꝑ alio tamen re us factus eſt actu peccando q̄ꝫ prius erat ſola voluntate delinquendo: quia pro ac tu qui eſt aliud q̄ꝫ voluntas: licet nō aliud peccatum.

Reſponſio

Alia aduerſus eoſdē obiectio. c

Item ⁊ adhuc que ſtioni inſtant dicentes hec duo ideo diuer ſa eſſe peccata: qꝛ diuerſoruꝫ legis manda torum p̄uaricationes ſunt. Alio eñ māda to legis ꝓhibetur actio furti. ſ. non furabe ris: alio furandi voluntas. ſ. Non cōcupi ſces rem proximi tui. Cum aūt hec duo di uerſa mādata ſunt quibus illa duo ꝓhibē tur: patet illa duo diuerſas eſſe p̄uaricatio nes: diuerſa eſſe peccata. Ad qđ etiā illi di cunt diuerſa quidē eſſe mandata: quib⁹ il la duo diſtinctim ꝓhibenꝫ: vt Aug⁹. do cet ſup Exod. Uerūtamen in illis non ob

Reſponſio

ſeruatis vna tm̄ p̄uaricatio incurrit: vnū q3 ꝯtrahit peccatū: licet duo diuerſa illis ꝓhibeant. Sicut ecōuerſo duo ſunt mandata charitati: q̄bus duo p̄cipiunt diligi: vna tm̄ in eis: nobis cōmendat charitas.

Si peccatū ab aliquo admiſſuz in eo ſit quouſq3 peniteat. d

Preterea ſolet queri cū ab aliquo ꝑpetrato voluntate peccato voluntas id agendi ⁊ actio trāſierit: nōdum tamen vera habita penitētia: vtrū illud peccatū vſq3quo peniteat ſit ī eo? Qḋ nō eſſe videt: q2 voluntas illa que p̄us fuit non eſt neq3 actio: q2 neq3 vult illud vel agit quod ante voluit ⁊ egit. Sed non eſt ignorandū peccatū duobus modis dici ē in aliquo ⁊ tranſire. ſ. actu ⁊ reatu. Actu ē in aliq̄ dū ip̄m qḋ peccatū eſt: vt actio vel voluntas in peccante eſt. Reatu v̄o cuz ꝑ eo ſiue tranſierit ſiue aſſit mēs hoīs polluta eſt ⁊ corrupta: totuſq3 hō ſupplicijs obligatus ꝑpetuis: nec vnq3 eſt in aliquo peccatū actu p̄ter originale q̄n ſit etiā reatu: ſ3 eſt reatu intelligendū poſtq3 tranſit actu. — *Rñſio q̄ſtiōis determinatiua.*

Quibus modis dicit in ſcriptura reatus. e

Reatus in ſcriptura multipliciter accipit. ſ. ꝓ culpa: ꝓ pena ꝓ obligatione pene tēporalis vel etne. Si eñ mortale eſt: obligat nos pene eterne: ſi veniale obligat nos pene tpali. Duo eniz ſunt genera peccatorū: mortaliū. ſ. ⁊ venialiū. Mortale eſt ꝑ qḋ hō mortē eternā meret. Crimen eñ (vt ait Aug9) eſt qḋ eſt dignum accuſatione ⁊ dānatione. Veniale ē quod hominē vſq3 in reatū ꝑpetue mortis non grauat: verūtamen penam meret: ſed facile indulgetur. — *Quid ſit mortale peccatuz.* — *Quid ſit veniale.*

De modis peccatoꝝ qui multipliciter aſſignantur. f

Modi autez peccatorū varias in ſcriptura h̄nt diſtinctiōes in qua dicit peccatum duob9 modis committi. ſ. cupiditate ⁊ timore: vt Auguſtin9 tradit ſuꝑ illuz locum pſal. Incenſa igni ⁊ ſuffoſſa. His eñ duobus modis dicit omnia pctā mortalia includi. Et incēſa ea dicit que ex cupiditate male incedente oriuntur. Suffoſſa v̄o que ex timore male humiliāte ꝓueniunt: qḋ eſt q̄n quis cupit nō cupienda vel timet non timenda. — *Prima diſtin.* Alibi v̄o dicitur peccatū fieri tribus modis. ſ. cogitatu: v̄bo ⁊ ope. Unde Hiero. ſuꝑ Ezech. Tria generalia delicta ſunt quib9 humanū ſubiacet genus. Aut eñ cogitatiōe: aut ſermone: aut opere peccamus. — *Scḋa diſtin.* — *Hiero.* His aliq̄n etiā additur quartus modus. ſ. cōſuetudinis: qḋ in quadriduano Lazaro ſignificatum eſt. — *Tertia diſtinctio.* Dicit quoq3 homo peccare in deū: in ſe et in ꝓximū. In deū cum de deo male ſentit: vt hereticus vel que dei ſunt vſurpare p̄ſumit: indigne ꝑticipando ſacramētis. vel q̄n nomē dei peierando ꝯtemptibile facit. In ꝓximū peccat: cū ꝓximū iniuſte ledit. In ſe vero cū ſibi ⁊ nō alijs nocet.

Quomodo differāt delictū ⁊ peccatum. g

Variaz quoq3 appellationē habet. Dicit eñ peccatū etiam delictū. Et delictū fortaſſe eſt (vt ait Aug. in queſtionib9 leuitici) declinare a bono: peccatū eſt facere malū. Aliud eſt eñ declinare a bono: aliud eſt facere malū. Peccatū ergo eſt ꝑpetratio mali: delictum deſertio boni: quod ⁊ ip̄m oſtēdit nomē. Quid eñ aliud ſonat delictū niſi derelictū: ⁊ qui delinquit: quid derelinquit niſi bonū. Vel delictū eſt qḋ ignoranter fit: peccatū quod ſcienter committitur. Indifferenter tamen ⁊ peccatū nomine delicti ⁊ delictum nomine peccati appellatur.

De ſeptem principalib9 vitijs. h

Propterea ſciēdū eſt ſeptem eſſe vitia capitalia: vel principalia. vt Greg9. ſuꝑ Exod. ait. ſ. inanem gloriam: iram: inuidiam: accidiā vel triſticiaz auariciam: caſtrimargiā: luxuriam. Que vt ait Johānes Chryſ. ſignificata ſunt in ſeptem populis qui terrā ꝓmiſſionis iſrael ꝓmiſſam tenebant. De his quaſi ſeptem fontibus cuncte animarū mortifere corruptele emanant. Et dicuntur hec capitalia: quia ex eis oriuntur omnia mala. Nulluz

em̄ malū eſt quod etiam non ab aliquo ho
rum originem trahat.

De ſuperbia que eſt radix omnis mali. i

Ex ſuperbia tamē
omnia mala oriuntur ⁊ hec ⁊ alia: quia vt
ait Greg⁹. Radix cuncti mali eſt ſuperbia
De qua dicitur. Initium omnis peccati ē
ſuperbia: que eſt amor proprie excellentie.
De q̄ttuor ſpe ciebus ſupbie. Cuius quattuor ſunt ſpecies: vt Gregori-
us ait. Prima eſt cum bonuꝫ quod habet
quis ſibi attribuit. Secunda cum credit a
deo eſſe datum: ſed tamen ꝓ ſuis meritis.
Tertia cū ſe iactat habere quod nō habet.
Quarta cuꝫ ceteris deſpectis ſingulariter
vult videri. Merito ergo radix om̄is ma
li dicitur ſuperbia. Huic autē videtur ob-
Q̄ cupiditas eſt radix omnium malorum. uiare quod apl'us ait. Radix omniū malo
rum eſt cupiditas: q̄r ſi radix omniū malo
rum eſt cupiditas: ergo ſuperbie. Quomo
do ergo ſuperbia radix eſt ⁊ initium om-
nis peccati?

Quo ſenſu vtrunq̧ radix dicatur omniū malorum. ſ. ⁊ ſuperbia et cupiditas. k

Sed vtrūq̧ recte
dictum eſſe intelligitur: ſi genera peccato
rum ſingulorum: non ſingula generū vtra
q̧ locutione includi intelligantur. Nullū
quippe genus peccati eſt quod interduꝫ ex
ſuperbia non ꝓueniat. Nullum etiā quod
ex cupiditate aliquādo nō deſcendat. Sūt
enim nōnulli hominū qui ex cupiditate fi
unt ſuperbi: ⁊ aliqui ex ſuperbia fiūt cupi
Auguſti. di. Eſt enim (vt ait Auguſtin⁹) homo qui
non eſſet amator pecunie: niſi per hoc pu-
taret ſe excellentiorem eſſe. Ideoq̧ vt ex
cellat: diuitias cupit. Tali homini ex ſup-
bia abori tur cupiditas: ⁊ ē aliquis qui nō
amaret excellere: niſi putaret per hoc diui
tias maiores habere. Ideo ergo excellere
laborat: quia diuitias habere amat. Huic
innaſcitur ſuperbia. id eſt. amor excellen
tie ex cupiditate. Patet ergo q̄ ex ſuper-
bia aliquando cupiditas: ⁊ ex cupiditate
aliquando ſuperbia oritur: et ideo de vtra
q̧ recte dicit̄ q̄ ſit radix omnis mali.

Iſta eſt diſtinctio. xlij. hui⁹ ſecun
di libri. In qua quidem diſtinctione magiſter oſten-
ſo qualiter ex ſimplici intentione vel volūtate actus
exterior habet maliciā vel bonitatē. Determīat que
ſtiones quaſdam circa predicta. Et tria circa hoc fa
cit. Primo em̄ inueſtigat actus exterioris cuꝫ pecca
to conuenientiam. Secundo oſtendit qualiter actus
peccati tranſiens relinq̄t poſt ſe quandam reat⁹ ob
ligationem. Tertio aſſignat varioꝝ peccatoꝝ diſtin
ctionem. Primū facit a p̄ncipio diſtinctiōis vſq̧ ibi.
Preterea queri ſolet. Secundū vſq̧ ibi. Modi aūt
peccatorum. Tertium vſq̧ ad finem diſtinctionis.
In ſpeciali vo ſententia magiſtri ſtat in tribus pro
poſitionibus: quarum prima eſt hec. Quāuis vo
luntas ⁊ actus exterior ſunt duo actus diſtincti rea
liter: vno tamen numero conformitate vel diſcōfor
mitate boni vel mali dicuntur moraliter. Hanc eniꝫ
ꝓpoſitionem magiſter ponens querit. Utrum volū
tas mala interior ⁊ operatio mala exterior ſint duo
peccata vel vnum? Et reſpondens dicit q̄ quidā di
xerunt q̄ ſint niſi vnum peccatū. Alij dicunt q̄ ſint
diuerſa peccata: qui ſuam opinionem contra primā
tribus rationibus probant. Primo ſic. Uoluntas in
terior ⁊ actus exterior ſunt diuerſa: aut ergo ſunt di
uerſa peccata: aut diuerſa nō peccata: ſed non ſunt
non peccata: quia vtrunq̧ eſt peccatum. ergo diuer
ſa ſunt peccata. Et reſpondet magiſter primā opini
onem ſoluens dicens: q̄ licet ſint duo actus: ſunt ta
men vnum peccatum: quia ambo vnum cōtemptum
faciunt. Secundo ſic. Si illi duo actus ſint tm̄ vnuꝫ
peccatum ⁊ non diuerſa: igitur nō magis debent pu
niri qui peccant actu exteriori ⁊ interiori ſimul: q̄ q̄
peccant interiori tm̄: quod eſt incōueniens. Ubi ma
giſter reſpondens dicit q̄ qui peccat ambobus acti
bus ſimul plus punitur q̄ qui peccat interiori tātū:
nō ideo q̄ illi duo actus ſint peccata diuerſa ſ3 ideo
quia ex pluribus factum eſt peccatum. Tertio ſic di
uerſis mandatis ꝓhibetur actus ⁊ voluntas interi
or ⁊ act⁹ exterior. ergo ſunt diuerſa peccata. Et re-
ſpondens magiſter dicit ex diuerſitate mandatoruꝫ
quibus illi duo actus ꝓhibentur non poſſe argui q̄
ſint diuerſa peccata: quia ſicut vna charitas dei ⁊ ꝓ
ximi diuerſis mādatis p̄cipitur: ſic etiam diuerſi ac
tus vnum peccatum facientes diuerſis mandatis ꝓ
hiberi poſſunt abſq̧ hoc q̄ ſint diuerſa peccata.
Secunda ꝓpoſitio eſt hec. Anima p peccatum ſua
pulchritudine deſtituta poſt tranſitum interiorum ⁊
exteriorum actuū manet corrupta ⁊ polluta. Hanc
enim ꝓpoſitionem magiſter probans querit. Utrū
expleto ⁊ tranſeunte actu tam interiori q̄ exteriori
remaneat peccatum. id eſt. reatus culpe in homine.
Et arguit q̄ non: quia voluntas illa mala peracto
actu vitioſo non eſt: neq̧ actus exterior eſt: neq̧ ho
mo vult poſtea quod ante volebat: neq̧ agit quod
antea egit. Et reſpondet magiſter q̄ non ſit dubitā
dum quin peccatum tranſeat actu: licet tamen mane
at reatus. id eſt obliget hominem ad penā: ſiue eter
nam ſiue temporalem. Tertia propoſitio eſt hec.
Peccatum ſm̄ quod p comparationē ad diuerſa va
rie accipitur diuerſimode diſtinguitur. Hanc ꝓpo
ſitionem magiſter ponens dicit: q̄ peccatum diuidi
tur q̄tum ad eius radicem in duo: quod ꝓbat̄ p be
atum Auguſtinum dicentem ſuper illud pſal. Incē
ſa igni ⁊ ſuffoſa ⁊c. quod ex duobus peccatur. ſ. ex
cupiditate male incendente: ⁊ ex timore male humi
liante: ad que duo omnia peccata mortalia reducun
tur. Nam omnis peccans: aut appetit non appeten
da. aut timet nō timenda. Alio modo diuidit̄ pecca
tum q̄tum ad eius actum ſic p beatum Hiero. ſuper

Ezechielem dicentē: q̄ tripliciter peccatur: aut cogi
tatione aut locutione aut opere. Et tribus his mo-
dis addit beat⁹ Hiero. quartum. ſ. aut ꝯſuetudine.
Tertio diuiditur peccatum quo ad eius obiecta: ſm
quod dici cōſueuit q̄ peccatur quādoq̧ in deum: vt
cū aliquis male ſentit de deo ꝑ hereſim: vel in alijs
que dei ſunt: quādoq̧ in ꝓximum: vt cum eum in ſe
vel in ſuis iniuſte ledit. Quādoq̧ tm̄ in ſeipſum: vt cum
ſibi ꝛ nō alteri nocet. Quarto diuidit peccatū quo
ad nomē quo nominatur: quia dicitur peccatum ſm
beatū Augu. ratione male actiōis: vel quia ſcienter
cōmittitur. Delictū vero dicitur ratione ſignificatio
nis boni quia in quolibet peccato bonum deſerit: et
malum operat: vel etiam quia ignoranter cōmittit.
Iſtis eñ p̄miſſis magiſter enumerat ſeptem pecca-
ta mortalia capitalia ideo ſic dicta: q: omnia alia ce
tera peccata ex iſtis ſeptem peccatis mortalibus ori
untur: que ſignificantur ꝑ ſeptem gentes quas do-
minus expulit ꝑ filios iſrael de terra ꝓmiſſionis. Et
tm̄ in ſpeciali.

De peccato in ſpiritumſanctum quod dicitur etiam peccatum ad mortem. a

DI. XLIII.

Vt preterea
c quoddā peccati genus ceteri
grauius ꝛ abominabili⁹: qḋ
dicitur peccatum in ſpūmſan
ctū. De quo in euangelio veritas ait. Qui
peccauerit in ſpūmſanctū nō remittet ei ne
q̧ hic neq̧ in futuro. Et Ioh. in ep̄la cano
Quid ſit illud peccatum.
nica. Eſt peccatū ad mortē: non ꝓ eo dico
vt quis oret Qui eñ peccat in patrē remit
tetur ei ꝛ qui peccat in filium remittetur ei
qui aūt blaſphemauerit in ſpiritū ſanctum
non remittetur ei neq̧ hic neq̧ in futuro.

Quorundam opinio.
Sed querit quid ſit illud peccatū in ſpi
ritumſanctū vel ad mortē? Quidam dicūt
Quid ſit illud peccatum.
illud peccatum eſſe deſperationis vel obſti
nationis. Obſtinatio eſt indurate mentis
in malicia pertinacia: ꝑ quā homo fit im-
penitens. Deſperatio eſt qua quis diffidit
penitus de bonitate dei: eſtimans ſuā ma-
liciā diuine bonitatis magnitudinem exce
dere. Sicut Chayn qui dixit. Maior eſt
iniquitas mea q̄ vt veniā merear. Utrun
q̧ vero dicitur peccatū in ſpiritū ſanctum
quia ſpiritusſanctus eſt amor patris ꝛ filij
ꝛ benignitas qua ſeinuicem ꝛ nos diligūt
que tanta eſt cuius finis non eſt. Recte er-
go in ſpiritū ſanctum delinquere dicuntur
qui ſua malicia dei bonitatē ſuperare pu-
tant: ꝛ ideo penitentiā non aſſumūt: ꝛ qui
iniquitati tam ꝑtinaci mente inherent: vt
eam nunq̄ relinquere ꝓponant ꝛ ad boni
tatē ſpiritusſancti nūq̄ redire: patiētia dei
abutētes: ꝛ de miſc̄dia dei nimis p̄ſumen-
tes: quibus placet malicia propter ſe: ſicut
pijs bonitas. Iſti nimia ꝑtinacia ꝛ p̄ſum-
Aug⁹. de verbis domini.
ptione peccant autumātes deū non eſſe iu
ſtum. Illi deſperatione deū nō bonum ex
iſtimant: tollentes in hoc turbulentiſſimo
iniquitatū mari portū diuine iuſticie: quo
ſe recipiant fluctuantes: Atq̧ ip̄a deſpera
tione addunt peccata peccatis dicētes mi-
ſericordiā nullam eſſe: ꝛ q̄ ſuꝑ peccatores
neceſſaria damnatio debetur.

Utrū omnis obſtinatio ſit peccatū in ſpiritūſanctū. b

Sꝫ queritur vtrū
ois obſtinatio mentiſ in malicia obdurate
omniſq̧ deſperatio ſit peccatū in ſpūmſan
Opinio quorundam.
ctum? Quidam dicunt omnem obſtinatio
nem ꝛ omnē deſperationē eſſe pctm̄ in ſpi-
ritūſanctū. Quod ſi eſt: aliqñ illud pecca-
tum remittit q: multi etiam obſtinatiſſimi
ꝛ deſperatiſſimi conuertunt. vt Aug⁹. ait
ſuꝑ illum locū pſ̄. Conuertam in ꝓfundū
maris. i. eos qui erant deſperatiſſimi: ꝛ ibi
Mittit criſtallū ſuam ſicut buccellas. id ē
obſtinatos facit aliorꝫ doctores. Taliū cō
uerſio ibi etiam euidenter oſtendit vbi ait
Qui educit vinctos in fortitudine. Simi-
liter ꝛ eos qui exaſperant qui habitant in
ſepulchris. Scđm iſtos illud peccatū dici
tur irremiſſibile: nō quin aliquādo remitta
tur: ſed q: vix ꝛ raro ꝛ difficulter dimittit.
Non eñ ſoluit criſtallus niſi vehemēti ſpi
Aliorꝫ ſnīa.
rit⁹ impetu. Alij vero tradūt non quāli
bet obſtinationē vel deſperationē appella-
ri peccatū in ſpiritūſanctū: ſed illam tantū
quā comitat impenitētia: qui etiā impeni
tentiā dicūt eſſe peccatū in ſpiritūſanctū.
Sꝫ q: Aug⁹. dicit impenitentiā eſſe pecca
tū in ſpiritūſanctū: cū ſic obſtinatus eſt ali
q̄s vt nō peniteat. Diſcuti oportet an aliḋ
ſit obſtinatio: aliud ip̄enitētia ſit in eo pec-
catū: an idē: ſed diuerſis modis cōmiſſum.
Scđm iſtos pctm̄ illud dicit irremiſſibile:
eo q̄ nunq̄ dimittat. Unde Aug⁹. etiā di
cit q̄ hoc ſolū peccatū veniā mereri nō po
teſt. Et Hiero. q̄ talit̄ peccans digne peni
tere non poteſt. Et ideo recte Iohes dicit
vt non ꝓ eo oret quis: quia qui ſic peccat:
orationibus eccleſie hic vel in futuro iuua
ri non poteſt: habens cor induratū tanq̄
lapis: ſicut de diabolo legitur. Poſt hanc
vitam qui valde mali ſunt: meritis eccleſie
iuuari non poſſunt.

Qualiter accipit peccatū in ſpiri
tumſanctum. c

Eſt etiā alia huius

Auguſti. peccati aſſignatio. Hoc eñ pctm̄ Aug. dif
finiēs in li. de ſmone dñi in mōte ait. Pec
catuz ad mortē eſt cū poſt agnitionē dei p
grām xpi oppugnat aliquis fraternitatem
ꝛ aduerſus ipām grām qua recōciliat⁹ eſt
deo: inuidie faucibus agitat: quod fortaſ/
ſe eſt peccare in ſpūmſanctū: qd pctm̄ dici
tur nō remitti: nō qꝛ nō ſit ignoſcendū pec
canti ſi peniteat: ſꝫ qꝛ tanta eſt labes pecca
ti illi⁹: vt depcandi humilitatē ſubire non
poſſit: etiā ſi pctm̄ ſuū mala ꝯſcia agnoſce-
re ꝛ enūciare cogat: vt Judas cum dixit.
Peccaui: facili⁹ deſperans cucurrit ad la-
queū: q̄ꝫ hūilitate veniā peteret: qd ꝓpter
magnitudinē peccati: iā ex dānatione pec-
cati tales habere credendū eſt Ecce q̄dam
aſſignatio peccati in ſpm̄ſanctū vel ad mor
tē hic poſita eſt: qua illud pctm̄ eſſe tradit
oppugnatio fraternitatis poſt agnitionē: ꝛ
inuidētia grē poſt recōciliationē: qd ſpēs
quedā obſtinationis intelligi pōt. Illā tñ
diffinitionē Aug⁹ in li. retrac. rememorās
Auguſti. aliquid adijciendū ibi fore: nec aſſerendo
ſed dixiſſe apit ita dicens. Qd quidē nō cō
firmaui: qm̄ hoc putare me dixi. Sꝫ tñ ad
dendū fuit ſi in hac ſcelerata mentis puer-
ſitate finierit hanc vitā. Qm̄ de quocunq̄ꝫ
peſſimo in hac vita ꝯſtituto: nō eſt deſpe/
randū: nec ꝓ illo imprudēter orat de quo
nō deſperat. His verbis inſinuat pctm̄ p̄
miſſa diffinitiōe deſcriptū: tunc ſolū debe-
re dici ad mortē vel in ſpm̄ſanctū: cū nō ha
bet comitē penitētiā: nec de aliquo pecca-
tore deſperandū eſt in hac vita: ꝛ ideo pro
omni eſſe orandū. Vñ illud Joh. Nō ꝓ eo
dico vt quis oret: ſic accipiendū videt: vt
ꝓ aliquo peccāte ad mortē vel in ſpūmſan
ctū poſtq̄ꝫ finierit hanc vitā nō orem⁹. Dū
aūt in hac vita eſt: nec pctm̄ illius iudica/
re: nec de illo deſperare: ſed ꝓ illo orare de
bemus. Vñ Aug⁹. de verbis dñi de impe
nitentia q̄ eſt blaſphemia in ſpm̄ſanctuz ſic
ait. Iſta impenitētia vel cor impenitēs: q̄ꝫ
diu quiſq̄ꝫ in hac carne viuit nō pōt iudica
ri. De nullo eñ deſperanduz eſt: q̄ꝫdiu ad
penitentiā patientia dei adducit. Pagan⁹
eſt hodie: iude⁹ īfidelis eſt hodie: heretic⁹
eſt hodie: ſciſmatic⁹ ē hodie: q̄d ſi cras am-
plectat catholicā fidez: ꝛ ſequat catholicā
veritatē. Quid ſi iſti q̄s in quocūq̄ꝫ gene/
re erroris notas: ꝛ tāq̄ꝫ deſperatiſſimos dā
nas: āñq̄ꝫ finiant iſtā vitā agūt penitētiā:
ꝛ inueniūt veram requiē ꝛ vitā in futuro.
Nolite ḡ ante tp̄us iudicare q̄cq̄ꝫ. Ex his
oſtendit ꝓ ſingulis pctōribus in hac vita
eſſe orādū: nec de aliq̄ eſſe diffidēdū: qꝛ cō-
uerti pōt dū in hac vita eſt. Quia non pōt
ſciri de aliq̄ vtruz peccauerit ad mortē vel
in ſpm̄ſanctū: niſi cū ab hac vita diſceſſerit
niſi forte alicui p ſpm̄ſanctū mirabiliter re
uelatuz fuerit. Ex p̄dictis aliquaten⁹ capi
pōt quō accipiat pctm̄ in ſpm̄ſctm̄. ſ. inui-
dentia grē fraternitatē impenitētis oppug-
nās: que vtiq̄ꝫ obſtinatio eſſe videt: ꝛ ois
impenitētl obſtinatio atq̄ꝫ deſperatio. No
tandū ꝟo eſt ꝙ nō ois q̄ nō penitet impeni
tēs dici pōt: qꝛ impenitētia ꝓprie obſtina-
ti eſt: ꝛ vt quidā volunt etiā deſperati.

Alia aſſignatio peccati in ſpirituz
ſanctum. d

De hoc quoqꝫ pec

cato in ſpm̄ſanctum Amb. in li. de ſpūſctō
differēs diffinitā aſſignationē tradit dicēs Ambroſi⁹
Cur dñs dixerit. Qui blaſphemauerit in
filiū hoīs dimittet ei: qui aūt blaſphema/
uerit in ſpm̄ſanctuz neq̄ꝫ hic neq̄ꝫ in futuro
dimittet ei? Diligēter aduerte: nunq̄d alia
eſt offenſio filij: alia ſpūſſancti? Sicut vna
dignitas ſic vna iniuria. Sed ſi q̄s corpis
ſpecie deceptus hūani: remiſſi⁹ aliq̄d ſentit
de xpī carne q̄ꝫ dignū eſt: habet culpā: nō
eſt tñ excluſus a venia. Si q̄s vero ſancti
ſpūs dignitatē maieſtatē ꝛ ptātē abneget
ſempiternā ꝛ putet nō in ſpū dei eijci demo
nia: ſed in beelzebub: nō pōt ibi eſſe exhor/
tatio venie vbi ſacrilegij plenitudo eſt. Sa
tis hic apte explicat quid ſit pctm̄ in ſpm̄
ſanctū. Qd illi Aug. deſcriptioni cōgrue/
re videt: qua illud pctm̄ dicit eſſe inuiden
tia grē oppugnās frnitatē. Qui eñ poſt co
gnitionē ꝟitatis ſanctiſpūs veritatē negat
eiuſq̄ꝫ opa dicit eſſe beelzebub: ptāti: boni
tati ꝛ grē dei inuidere nō dubitat. Nō vti
q̄ꝫ diſtinctio illa ꝟboꝝ ſic accipiēda eſt q̄ſi
triū pſonarū diuiſe ſint offenſe: ſed ibi pec/
catoꝝ genera diſtincta ſūt. Pctm̄. n. in pa
trē id intelligit qd ſit p infirmitatez: qꝛ prī
ſcp̄tura freq̄nt attribuit potētiā. Pctm̄ in
filiū qd ſit p ignorantiā: qꝛ ſapīa filio attri/
buit. Tertiū expoſitū eſt. Qui ḡ peccat p
infirmitatē vel p ignorantiā: facile veniam
adipiſcitur: ſed non ille qui peccat in ſpiri/

tumſanctū. Cum autē vna ſit potentia: ſapientia: bonitas triū: quare patri potētia filio ſapientia: ſpirituiſancto bonitas ſepiꝰ aſſignetur: ſuperius dictū eſt.

Iſta ē diſtinctio. xliij. huiꝰ ſecundi libri. In qua magiſter oſtenſa diuiſione peccatoꝝ in generali: tractat de quodā peccato ceteris grauiori in ſpeciali ſcꝫ in ſpiritūſanctū. Et tria facit. Nam pmo ꝓponit grauitatē ⁊ illius remiſſionē. Secūdo aſſerit variam ipſius deſcriptionē. Tertio remouet quandā dubitationē incidentē. Primū facit a principio vſqꝫ ibi. Sed querit quid ſit. Secundū vſqꝫ ibi Diligenter aduertendū. Tertiū vſqꝫ ad finem diſtinctionis. Et tantū in generali. In ſpeciali vero ſententia magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionibus quarū prima eſt hec. Peccatū in ſpiritūſanctū omniū peccatorum grauiſſimū dicitur. q: neqꝫ hic neqꝫ etiā in futuro ſeculo remittitur. Hanc magiſter ꝓbat primo ꝑ dictum chriſti in euangelio. ſ. qui peccat in ſpiritum ſanctū non remittet ei neqꝫ hic neqꝫ in futuro. Secūdo ꝑ illud Iob. iiij. dicentis: qui peccat in patrē vel in filium remiſſionē pene ꝑcipiet: ſed nō qui blaſphemauerit in ſpiritūſanctū: q: illud peccatū eſt ad mortem: ⁊ ꝓ illo nō eſt orandū. Secunda ꝓpoſitio ē hec. In ſpiritūſanctum peccare eſt ex ꝓpoſito vtilia ad ſalutē refutare: vel ſupne gratie oppugnare vel ſcienter ſpiritūſanctū blaſphemare. Hanc magiſter inſinuans querit. Quid ſit peccatū in ſpiritūſanctū ponens triplicē eius deſcriptionē. Prima eſt ꝙ peccatū in ſpiritūſanctū ſit obſtinatio. i. obduratio ī malicia: ꝑ quam cōtemnitur diuina iuſticia. Deſperatio eſt diffidentia bonitatis diuine ꝑ quā ſpernit dei bonitas ⁊ miſericordia. Vñ querit incidentaliter. Utrꝫ omnis obſtinatio ⁊ deſperatio ſit peccatū in ſpirituſanctū? Et reſpondēs dicit aliquas fuiſſe opiniōes ꝙ ſic: ſed q: multi obſtinati ⁊ deſperati ꝯuertuntur: ideo illi ꝯmuniter dicunt ꝙ peccatū in ſpiritūſanctū nō ſit ſimpliciter irremiſſibile: ſed ideo q: difficulter remittit. Alios vero dicit fuiſſe opinatos ꝙ nō omnis obſtinatio vel deſperatio ſit peccatū in ſpiritum ſanctū: ſed tm̄ illa quā concomitat finalis impenitentia. Et illi etiā dicunt tale peccatū ſimpliciter eſſe irremiſſibile. Secūda deſcriptio peccati in ſpiritūſanctum eſt: ꝙ ſit inuidentia ſeu oppugnantia fraterne ⁊ ſupne gratie: que ideo non dicit remitti. q: taliter delinquētes humilitatē petendi veniā ſubire nō poſſunt. Et ſubdit ꝙ talis inuidentia ſeu oppugnantia nō eſt peccatū in ſpiritūſanctū niſi cū finali impenitētia. Et videt mgr̄ h̄ accipere finalē īpenitētiā nō ſolum ꝓut negat actū penitēdi: ſed etiam ꝓpoſitum. Tertia aſſignatio peccati in ſpiritūſanctum eſt ꝙ ſit peccatū cōtra bonitatē ⁊ virtutē ſpirituſſancti cōmiſſum: quā ponit magiſter ex verbis Ambro. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Peccatū qđ in ſpiritūſanctū cōmittitur dicitur ſic nō ꝙ abſqꝫ offenſione aliaꝝ diuinarū ꝑſonarū ſcꝫ patris ⁊ filij cōmittitur. Hanc magiſter ponens dicit diligenter eſſe aduertendū ꝙ cū dicitur aliquod peccatū in ſpiritūſanctū cōmitti nō eſſe ſic intelligenduꝫ ꝙ ſit aliq̄ offenſio qua offendit ſpirituſſanctus ⁊ alia qua offendunt alie ꝑſone: imo offenſa vnius eſt offenſa omniū. Sed q: in ſacra ſcriptura patri attribuitur potētia. ideo peccatū qđ cōmittit ex infirmitate dicit fieri contra patrē. Filio vero ſapientia: ideo peccata que cōmittunt ex ignorantia dicunt fieri contra filiū. Spirituiſancto bonitas ſeu clementia: ideo peccata cōmiſſa ex malicia dicuntur fieri cōtra ſpiritūſanctū ſeu in ſpiritūſanctū attamen perſone ſimul quolibet horuꝫ offenduntur. Et tantū in ſpeciali.

De potentia peccādi; an ſit homini vel diabolo a deo. a

DI. XLIIII

p **Poſt predicta** cōſideratione dignum occurrit. Utrum peccandi potētia ſit nobis a deo: vel a nobis?

Putāt quidā potentiā recte agendi nobis eſſe a deo. Potentiā vero peccandi nō a deo: ſed a nobis vel a diabolo eſſe: ſicut mala volūtas nō a deo nobis eſt: ſed a nobis ⁊ a diabolo. Bona autem a deo tm̄ nobis eſt. Bone nāqꝫ voluntatis ⁊ cogitationis initium nō homini ex ſeipō naſci: ſ diuinitus parari ⁊ tribui in eo deus euidēter oſtēdit: q: nec diabolus nec aliquis angeloꝝ eius ex quo in hanc caliginē ſunt detruſi: bonā potuit vel poterit reſumere voluntatē. Quia ſi poſſibile foret vt humana natura poſtqꝫ a deo auerſa bonitatem ꝑdidit voluntatis: ex ſeipā rurſus eam habere potuiſſet: multo poſſibilius hoc natura haberet angelica: que q̄tominus grauat terreni corporis pondere: tātomagis hac eſſet predita facultate. Nō ergo homo vel angelus a ſe voluntatē bonam habere poteſt: ſed malam. Similiter ⁊ de potentia inquiūt ꝑ ſiłtudinē volūtatis boni vel mali differentes ꝙ illa ſit a deo nō iſta.

Opinio quorundā ꝙ ſit a deo: ſed falſa ꝑ ſimile.

Nō ad ꝓbandū ꝙ bona voluntas non ſit hōi niſi ex deo Augꝰ in li. de fide ad Petrū

Autoritatibꝰ aſtruit potentiā peccandi eſſe a deo. b

Sed pluribus ſanctorum teſtimonijs indubitāter monſtrat ꝙ poteſtas mali a deo eſt: a quo eſt omnis poteſtas. Ait em̄ aplꝰs. Non eſt poteſtas niſi a deo. Qđ nō de poteſtate boni tantū: ſed ⁊ mali intelligi oportꝫ. Cū Pilato etiā veritas dicat. Nō haberes in me poteſtatem: niſi datuꝫ eſſet tibi deſuper. Malicia nempe hominū (vt ait Augꝰ) cupiditateꝫ nocēdi ꝑ ſe habet: poteſtatē autē ſi ille nō dat nō habet. Ideoqꝫ diabolus anteqꝫ aliquid tolleret Iob dicebat dño. Mitte manū tuā. i. da ptātem: quia etiam nocentiuꝫ poteſtas non eſt niſi a deo: ſicut ſapientia ait. Per me reges regnant: ⁊ tyranni ꝑ me terram tenent. Unde Iob de domino ait:

Augꝰ. ſuper pſal. lxxxv.

Augꝰ ſuper Geñ.

Qui facit regnare hypocritā ꝓpter peccata populi. Et de populo iſrael dicit deus: Dedi eis regem in ira mea Nocendi enim volūtas poteſt eſſe ab hominis animo: poteſtas autē non eſt niſi a deo. ⁊ hec abdita aptaqꝫ iuſticia. Nam ꝑ poteſtatē diabolo datam iuſtos deus facit ſuos. De hoc etiam Greg⁹. in moralibus ait. Tumoris elatio non poteſtatis ordo in crimine eſt. Potentiam deus tribuit: elationē vero potentie malicia noſtre mētis inuenit. Tollam⁹ ergo quod de noſtro eſt: quia nō potentia iuſta: ſed actio praua damnatur. His autoritatibus aliiſqꝫ pluribus euidentꝰ oſtenditur quod non eſt poteſtas boni vel mali cuicūqꝫ niſi a deo equo: et ſi te lateat equitas.

Grego.

An aliquando reſiſtendum ſit poteſtati. C

Hic oritur queſtio non tranſilienda ſilentio. Dictū eſt enim ſupra ꝙ poteſtas peccandi vel nocendi non eſt homini vel diabolo niſi a deo. Apoſtolus aūt dicit ꝙ qui poteſtati reſiſtit dei ordinationi reſiſtit Cum ergo diabolo ſit poteſtas mali dei ordinatione: eius poteſtati non eſſe reſiſtendū videtur. Sed ſciendū eſt apoſtolum ibi loqui de ſeculari poteſtate .ſ. rege ⁊ principe ⁊ huiuſmodi: quibus nō eſt reſiſtendū in his que iubet deus eis exhiberi .ſ. in tributis ⁊ huiuſmodi. Si vero princeps aliquis vel diabolus aliquid iuſſerit vel ſuaſerit contra deum: tunc reſiſtendum eſt. Unde Auguſ. determinans qualiter reſiſtendum ſit poteſtati in lib. de natura boni ait. Si aliqd iubeat poteſtas quod nō debeas facere: hic ſane contemne poteſtatem timendo maiorem poteſtatē. Ipſos humanarū rerum gradus auerte. Si quid iuſſerit ꝓcurator: nunquid faciēdum eſt: ſi contra ꝓconſulem iubeat? Rurſus ſi quid ipſe ꝓconſul iubeat: ⁊ aliud iubeat imperator: nunquid dubitatꝰ illo contempto illi eſſe ſeruiendū? Ergo ſi aliud imperator: aliud iubeat deus: cōtempto illo obtemperandū eſt deo. Poteſtati ergo diaboli vel hominis tunc reſiſtimus cum aliquid cōtra deū ſuggeſſerit: in quo dei ordinationi nō reſiſtimus: ſed obtemperamus Sic enim deus precepit vt in malis nulli poteſtati obediamus.

Q aliqñ reſiſtēdū eſt ptāti

Jam nunc his intelligendis atqꝫ pertractandis: que ad verbi incarnati myſteriū pertinent: integra mentis conſideratiōe intendamus: vt de ineffabilibus vel modicū aliquid fari deo reuelante valeamus.

Iſta eſt diſtinctio. xliiij. ⁊ vltima huius ſecūdi libri. In qua magiſter poſtqꝫ determinauit de peccato qꝫtum ad ipſius actum: agit de potentia peccandi. Et tria facit. Nā primo recitat opinionem falſam quorundā. Secundo determinat veritatē. Tertio remouet incidentē dubitationē. Primum facit a principio diſtinctionis vſqꝫ ibi. Sed pluribus ſanctorum. Secundū vſqꝫ ibi. Hic oritur queſtio. Tertiū vſqꝫ ad finem diſtinctionis. In ſpeciali ſententia magiſtri viſtat in tribus ꝓpoſitionibus quarum pͥma eſt hec. Quāuis ſm aliquos a deo ſit omnis poteſtas inqꝫtū eſt potentia operandi: nō tamē eſt ab eo inqꝫtū potentia peccandi. Hanc magiſter ponens querit. Utrū potentia peccandi ſit a deo Et reſpondet quoſdam opinatos fuiſſe ꝙ potentia peccandi nō ſit a deo: ſed ꝙ bona ⁊ recta voluntas tātū ineſt nobis a deo: mala aūt voluntas a nobiſmetipſis ⁊ a diabolo: ſic peccandi potentia nō ineſt nobis a deo: ſed a nobiſipſis ⁊ diabolo. Unde magiſter tenens oppoſitū dicit ꝙ omnis poteſtas etiā poteſtas peccandi ſit a deo. Et hoc confirmat autoritatibus ſanctorū. Secunda ꝓpoſitio eſt hec. Veriſimilꝰ eſt omnē potentiam eſſe a deo: non ſolū bene operādi: ſed etiam potentiā peccandi. Hec ꝓpoſitio patet ꝑ autoritates quas magiſter allegat ꝓ ſua opinione
Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Quāuis poteſtatiꝰ bene adminiſtrate ſit ſemꝑ ſm regulā ſacre ſcripture obediendū abuſui tamē eius ſm rectā rationē eſt quādoqꝫ reſiſtendū. Hanc eciā ꝓpoſitionē magiſter ponens querit. Utrum quilibet reſiſtens poteſtati ſemper peccet: cū omnis poteſtas ſit a deo? Et reſpondens dicit ꝙ ſemꝑ obediendū eſt poteſtati niſi cōtra deum aliquid ꝑcipiat: ita tamē ꝙ ſi diuerſe poteſtates diuerſa ꝑciperent: ſuperiori obediendū eſt: ⁊ iō nullus inferior deo debet ꝑcipere aliquid qđ ſit contra deum: qđ ſi fecerit ſubditus nō tenetur ſibi obedire. Ultimo ſcꝫ cōtinuando dicta dicendis dicit: ꝙ in ſequenti libro videlꝫ tertio dicendū ſit de his que quidē ad verbi incarnati ſpectāt myſteriū ⁊c.

Explicit liber ſecundus de rerum creatione ⁊ formatione corporalium et ſpiritualiū: ⁊ aliis pluribus ad ea ꝑtinentibꝰ.

ꝫ gra-
ſterius
ratiocii
modicū
us.

ultima
determi-
git de po-
citat opi-
minat de
onē. Pri
Sed plu
itur que
n ſpeciali
ribus qua
deo ſit om-
di: nō tamē
hic magiſter
i ſit a deo Et
potentia po-
voluntas tm
nobis inerip-
nō ineſt nobis
ic magiſter te-
etiā poteſtas
[illegible]
. Veriſimi[illegible]
bene operā-
poſitio patet
ua opinione
poteſtati bene
ſcripture obe
tionē eſt quā-
magiſter po-
poteſtati ſem
Et reſpon-
ſtati niſi cōtra
erſe poteſta-
endū eſt: et iō
uid qđ ſit con
etur ſibi obe-
ndis dicit: q
ſit de his que
ertū ꝛc.

de rerum crea-
lium et ſpiritu
ptinentib[illegible].

Huius voluminis continentia perſtringitur ſub compendio.

Iceni ratio
s nis ordo poſtulat vt qui ĩ primo libro de ĩexplicabili myſterio ſumme trinitatis irrefragabili ſanctorum at/teſtatione aliq̃d diximus ac deinde in ſecũdo libro cõditiõis rerũ ordinẽ hominiſq; la=pſum ſub certi autoritati regulis inſinuauimus. de eius repatiõe p grãm mediatoris dei ⁊ hoim pſtita. atq; hũane redẽptõnis ſacramẽtis quibus ↄtritiões hois alligã=tur ac vulnera pctõꝝ curant. cõſequẽter i tertio ⁊ in quarto libro diſſeramus. vt ſa/maritanus ad vulneratũ. medic⁹ ad infir/mum. gratia ad miſerum accedat.

Incipiunt rubrice tertij libri.

Di. I Quare filius carnem aſſumpſit nõ pater vel ſpiritusſanctus.
Utrũ pr̃ vl' ſpũſſctũs potuerit incarnari.
An filius qui tm̃ carnẽ accepit aliq̃d fece=rit quod nõ pater vel ſpiritusſanctus.
Di. II Quare totã humanã naturã accepit. ⁊ quid nomine nature intelligitur.
De vnione verbi ⁊ carnis mediante aïa.
Q ſimul aſſumpſit aiam ⁊ carnem verbũ. nec caro prius eſt concepta q̃ aſſumpta.
Di III De carne aſſũpta qual' añ fuerit.
Q nullus eſt ſine pctõ h excepta virgine.
Quare xp̃s nõ fuit decimatus in Abraaz ſicut leui.
Quare caro chriſti non dicta eſt peccatrix ſed ſimilis.
Di IIII Quare ſpũiſancto tribuatur in/carnatio. cum ſit opus trinitatis.
Quare dicatur xp̃s cõceptus et natus de ſpiritusſancto.
Quare apoſtolus dicit xp̃m factum quẽ nos fatemur natum.
Di. V Si pſona vel natura pſonã vl' naturã aſſũpſit. ⁊ ſi natura dei ſit incarnata
An diuina natura debeat dici caro facta.
Quare non accepit pſonam hominis cum aſſumpſerit hominẽ. quod quidã proba=re nituntur.
Di. VI De intelligentia harꝝ locutionũ deus eſt homo. deus factus eſt homo ⁊ẽ tres ſententias ponit.
Prima eſt eoꝝ qui dicunt in incarnatione hominẽ quendam ex anima ⁊ carne con/ſtitutum ⁊ illũ hominem eſſe factum deũ et deũ illũ hominem. et autoritates qui=bus ita eſſe aſſerunt ponit.
Secunda eſt eoꝝ qui dicunt hominẽ illuz ex tribus ſubſtantijs vel duabus naturis cõſtare. ⁊ hũc fatẽtur vnam eſſe pſonam ante incarnationẽ ſimplicem tm̃. ꝑ in in/carnatõne cõpoſitã. ⁊ autoritates quib⁹ ſe muniunt proponit.
Tertia eſt eoꝝ qui non ſolũ pſonam ex na/turis cõpoſitã negant ſed etiam aliquem hoiem. vel aliquã ſubſtãtiã ibi ex anima et carne cõpoſitã diffitẽtur. et ſic duo illa ſcz carnẽ ⁊ animã verbo vnita dicunt. vt nõ ex illis aliqua ſubſtãtia vel pſona cõ=poneret. ſed illis duobus velut indumẽ/to deus veſtiret. vt mortalibus ocul' ap=pareret. qui rõnem incarnatõis ꝑm habi tum accipiunt.
Deinde autoritates inducit q̃bus hec ſen tentia roboratur.
Quattuor ſpecies habitus diſtinguunt.
Di. VII Deinde que ſingulis ſententijs aduerſari videntur ponit.
Ex quo ſenſu dicitur xp̃s predeſtinatus.
Q nõ debet dici homo dominicus.
Di. VIII An diuina natura dici debeat nata de virgine.
De gemina natiuitate xp̃i q̃bus natus eſt.
Di. IX De adoratiõe exhibenda huma nitati chriſti.
Di. X An xp̃us ꝑm q̧ homo ſit adopti=uus filius.
An perſona vel natura predeſtinata ſit.
Di. XI Utrũ xp̃s ſit creatus vel factus
De perfidia ⁊ pena arrij.
Di. XII An homo ille ſemper fuerit.
An deus aliũ ſumere potuerit vel aliunde q̃ de genere ade.
Si homo ille potuerit peccare. vel nõ eſſe deus.
Si deus potuerit aſſumere hoiem in ſexu muliebri.
Di. XIII De ſapiẽtia ⁊ gratia xp̃i hois: an in eis proficere potuerit.
Di. XIIII Si aïa xp̃i habuit ſapientiam parem cũ deo. ⁊ ſi oïa ſcit que deus.
Quare deus nõ dedit illi anime potentiaz omniũ vt ſcientiam.
Di. XV De homis defectibus quos aſ=ſumpſit chriſtus.
De ꝓpaſſiõe ⁊ paſſiõe timori vel triſticie.
De quibuſdaz capitulis Hylarij obſcuris quibus a carne xp̃i dolores paſſiõis ſub moueri videntur.
De triſticia xp̃i ⁊ eius cã: ꝑm eundem.

Tituli

DI. XVI An in xp̄o fuerit nc̄c̄itas patiē
di ⁊ moriēdi. q̄ eſt defectus generalis.
De ſtatibus hominis ⁊ quid xp̄s de ſingu
lis acceperit.
DI. XVII Si omnis xp̄i oratio vel volū
tas impleta ſit.
De voluntatibus xp̄i ſm̄ duas naturas.
De capitulis quibuſdā Ambroſij ⁊ hyla/
rij vbi de dubitatiōe ⁊ timore xp̄i agit̄.
DI. XVIII Si xp̄s meruit ſibi ⁊ nobis.
et q̄d ſibi ⁊ quid nobis.
Q̄ a conceptu meruit ſibi idem qḋ per paſ
ſionem.
De eo quod ſcriptū eſt: donauit illi nomē
qḋ eſt ſuꝑ omne nomen.
Si xp̄s ſine om̄i merito habere valuit qḋ
merito obtinuit.
De cauſa paſſionis et mortis xp̄i.
DI XIX Qualiter a diabolo et a pecca-
to redemit nos chriſtus ꝑ mortem.
Cur deus homo ⁊ mortuus.
Quomodo a pena nos redemit chriſtus.
Quō penam noſtram portauit.
Si ſolus chriſtus redēptor ⁊ mediator de
bet dici.
De mediatore.
Scd̄m quā naturam ſit mediator.
DI. XX Q̄ alio mō potuit liberare.
Quare iſto modo potius.
Qua iuſticia ſit victus diabolus.
De cauſa inter deū ⁊ hoīem ⁊ diabulum.
De traditione chriſti facta a Juda. a deo.
⁊ a iudeis.
Utrū chriſti paſſio ſit opꝰ dei vel iudeoꝝ.
DI XXI Si in chriſti morte ſeparata fu/
it anima vel caro a verbo.
Qua rōne dr̄ chriſtus mortuus vl̄ paſſus
DI. XXII Si chriſtus in morte fuit hō.
Si chriſtus vbicunq̄ eſt ſit homo.
Q̄ chriſtus vbiq̄ totus eſt. ſed nō totū. vt
totus eſt homo vel deus ſed non totū.
Si ea q̄ dicunt̄ de deo vel filio dei poſſint
dici de hoīe illo. vel de filio homīs.
DI. XXIII Si chriſtus habuerit fidem
ſpem ⁊ charitatem.
Quid ſit fides.
Quot modis dicitur fides.
Quid ſit credere deum: vel deo: vel in de/
um.
De informi qualitate mentis que in malo
chriſtiano eſt.
Quomodo dicatur vna fides.
Q̄ fides eſt de his que non vident̄ ꝓprie.
ipſa tn̄ videt̄ ab eo in quo eſt.
Deſcriptio fidei.
Quare ſola fides dicitur fundamentum.
DI. XXIIII Quō intelligat̄ quod ſcrip-
tum eſt. cū factum fuerit credatis.
Si Petrus habuit fidē paſſionis qn̄ vidit
illum hominem pati.
Si aliqua ſciuntur que creduntur.
DI. XXV De fide antiquorum.
De fide ſimplicium.
Que an̄ aduentū credere ſufficiebant.
De fide Cornelij.
De eq̄litate fidei. ſpei ⁊ charitatis ⁊ opis.
DI. XXVI De ſpe quid ſit.
De quibus ſit ſpes.
Quō differant fides ⁊ ſpes.
Si in chriſto fuerit fides vel ſpes.
Si iuſti in inferno fidē ⁊ ſpem habuerunt.
DI. XXVII De charitate dei ⁊ ꝓximi q̄
in chriſto ⁊ in nobis eſt.
Quid ſit charitas.
Si eadē charitate diligit̄ deus ⁊ ꝓximus
Quare dicunt̄ duo mādata charitatis.
De modo diligendi.
De impletōne illius mādati. Diliges deū
ex toto corde.
Q̄ alterū mandatū in altero eſt.
Qua charitate diligenda ſint.
DI. XXVIII Si iubemur totū ꝓximū
diligere ⁊ nos totos.
Q̄ in dilectione ꝓximi includitur dilectio
angelorum.
Quis ſit proximus.
Quibus modis dicitur ꝓximus.
DI. XXIX De ordine diligendi. q̄d pri-
us. quid poſterius.
An oēs hoīes pariter diligendi ſint.
De gradibus charitatis.
DI. XXX Si meliꝰ ē diligere inimicos
q̄̄ amicos.
DI. XXXI Si charitas ſeľhita amittat̄
Quare fides. ſpes ⁊ ſcia dicunt̄ euacuari
⁊ nō charitas: cum ⁊ ipſa ſit ex ꝑte.
Si xp̄s ordinē diligēdi ſeruauit quē nos.
DI. XXXII De charitate dei.
Quō dicit̄ deus magis diligere vel minꝰ
hunc vel illum.
Q̄ dupliciter inſpicienda eſt dilectio dei.
Si quis magis vel minus diligitur a deo
vno tp̄e q̄̄ alio.
Si deus ab eterno dilexit reprobos.
DI. XXXIII De. iiij. ꝟtutibꝰ p̄ncipalibꝰ
Utꝝ he ꝟtutes i xp̄o fuerit ⁊ in angeľ ſint
De vſibus earum.
DI. XXXIIII De. vij. donis ſpū̄ſſancti.
Utrū ſint virtutes ⁊ ſint in angelis.
Utrum in chriſto fuerint.

De timorū diſtinctione.
De timore caſto 7 ſeruili. 7 initiali.
Quō differāt caſtus 7 ſuilis vel initialis
Q timor ſuilis 7 initialis dicunt initiū ſapientie. ſed differenter.
Quō caſtus timor pmanet in eternū.
Si timor pene qui fuit i xp̄o fuit ſuilis vl initialis.
DI. XXXV De ſapia 7 ſcia quo differāt
In quo differat ſapia ab intellectu.
Utrū intellect⁹ 7 ſcia q̄ inter dona numerā tur ſint illa q̄ naturaliter habet homo.
DI. XXXVI De ɔnexione virtutum q̄ nō ſepantur. an cuncte ꝟtutes pares ſint in quocunq̄ ſunt.
Quō in charitate tota lex pendet.
DI. XXXVII De decem mandatis quō ɔtineantur in duobus.
Quare idolū nihil eſſe in mundo dicitur.
Quare in ſpūſancto ꝓprie dicit fieri remiſſio peccatorum.
De ſenſu ſpirituali 7 carnali legis.
De furto.
De mendatio.
DI. XXXVIII De triplici genē mēdatij
De octo ſpeciebus mendatij.
Quid ſit mendatium.
Quid mentiri.
Q omne mendatium peccatū ſit. ſiue ꝑſit ſiue non. 7 quare.
In quib⁹ rebus cū piculo erratur. vel non.
DI. XXXIX De periurio.
An ſit piuriū quod nō eſt mendatiū.
De triplici modo periurij.
An iuratio ſit malum.
De iuramento quod fit p creaturas.
Que iuratio ſit grauior. an que fit p deū: an que fit p creaturas vel p euangelium.
Quid ſit dicere per deum.
De illis qui iurant p falſos deos.
Q iuramentū vel ꝑmiſſio contra deum facta non eſt tenenda.
Si eſt piurus q̄ nō facit qđ incaute iurat.
De illis qui verboꝝ calliditate iurant.
De illo qui cogit aliquē iurare.
DI. XL Quare lex dicit cōprimere manum non animum.
Que ſit littera occidens.
De legis 7 euangelij diſtantia.

Incipit liber tertius de incarnatione verbi.

DI. I

c Um venit igitur plenitudo temporis: vt ait apoſtolus: miſit deus filium ſuū factū de muliere: factuz ſub lege vt eos q̄ ſub lege erāt redimeret: vt in adoptionem filiorum dei reciperemur. Tempus autem plenitudinis dicitur tēpus gratie. quod ab aduentu ſaluatoris exordiuz ſumpſit. Hoc eſt temp⁹ miſerendi 7 annus benignitatis: in quo gratia 7 veritas p ieſum chriſtum facta eſt. Gratia. q2 p charitatē implet qđ in lege p̄cipiebat. Ueritas quia p chriſti aduentū exhibet atq̄ pficitur humane redemptionis ſpōſio facta ab antiquo. Filij ergo miſſio eſt ipſa incarnatio Eo enī miſſus eſt. q2 in forma hominis mūdo viſibilis apparuit. de quo ſupra ſufficienter dictum eſt.

Quare filius carnē aſſumpſit non pater vel ſpirituſſanctus. b

Diligēter vero annotandū eſt quare filius nō pater vel ſpūſſanct⁹ eſt incarnat⁹. Solus nanq̄ fili⁹ ho/ Prima rō
minē aſſumpſit. Qđ vtiq̄ congruo ordine atq̄ alto dei ſapientia fecit cōſilio. vt de⁹ q̄ in ſapientia ſua mundū ɔdiderat ſm illud Oia i ſapiētia feciſti dn̄e que in celis ſunt 7 que in terris: reſtauraret in eadē. Hec ē mulier euangelica que accendit lucernā et dragmā decimaz que pdita fuerat reperit ſapientia ſcz patris que teſtam humane infirmitatis lumine ſue diuinitatis accēdit. pditumq̄ hominē reparauit nomine regis
7 imagine inſignitū. Ideo etiam filius miſ Scđa rō.
ſus eſt 7 nō pater. q2 cōgruētius mitti debebat qui eſt ab alio q̄ qui a nullo eſt. fili⁹ autē a patre eſt. pater vero a nullo eſt. Ut
n. ait Auguſti. in libro de trinitate. Non Auguſti.
eniz habet de quo ſit. Sicut ergo pater genuit filius genitus eſt. ita ɔgrue pater miſit. filius miſſus eſt. Ab illo enī conuenienter mittit dei ꝟbum: cuius eſt verbū. Ab illo mittit de quo natū eſt. Mittit qđ genitū eſt. Pater ꝟo q̄ miſit a nullo ē. Ideoq̄ pater miſſus non eſt. ne ſi mitteret ab alio eſſe putaret. Miſſus ē ḡ pmo fili⁹ q̄ a ſolo patre eſt. Deinde etiā ſpirituſſanctus q̄ eſt a patre 7 filio. ſed filius ſolus in carne miſſus eſt. non ſpirituſſanctus ſicut nec pater

Quod ideo factũ eſt vt qui erat in diuini-
Tertia rõ. tate dei filius: in humanitate fieret hoīs fi/
lius. Nõ pater vel ſpũſſanct⁹ carnẽ induit
ne alius in diuinitate eſſet filius. alꝰ in hu
manitate. Et ne idem eſſet pater ⁊ filius ſi
Aug⁹. in eccleſiaſticis dogmatibus. deus pater de homine naſcereť. Vñ in ec
cleſiaſticis dogmatibus. Nõ pater carnẽ
aſſumpſit. neqꝫ ſpũſſanctus. ſed filius tm̃.
vt qui erat ī diuinitate dei filius. ipſe fieret
in homine hominis filius: ne filij nomẽ ad
alterũ trãſiret qui nõ eſſet eterna natiuita/
te filius. Dei ergo filius hominis factus ẽ
fili⁹. natus ſm veritatẽ nature ex deo dei
filius. ⁊ ſm veritatẽ nature ex homine ho
minis filius: vt v̓itas geniti. nõ adoptõne
nõ appellatione. ſed in vtraqꝫ natiuitate fi/
lij nomẽ naſcendo haberet. vt eſſet ver⁹ de
us ⁊ verus hõ vnus filius. Nõ ergo duos
chriſtos. neqꝫ duos filios. ſ; deũ et hoīem
vnũ filiũ quẽ ꝓpter ea ⁊ vnigenitũ dicim⁹
manentẽ in duabus ſubſtantijs. ſicut ei na
ture veritas contulit non cõfuſis naturis
neqꝫ imixtis ſicut thimotheani volunt. ſ;
ſocietate vnitis. Ecce habes q̃re filius nõ
pater vel ſpiritusſanct⁹ carnẽ aſſumpſerit.

Vtrũ ſpũſſanctus vel pater potuerit incarnari vel poſſit. C

Si vero queritur

vtrũ pater vl' ſpũſſanctus incarnari potue
rit. vel etiam modo poſſit. ſane r̃nderi poſ/
ſit. ⁊ potuiſſe olim ⁊ poſſe nunc carnem ſu
mere ⁊ hoiem fieri tam patrẽ q̃ꝫ ſpm̃ ſanctũ
Sicut eñ filius hõ factus eſt. ita pater vel
ſpiritusſanctus potuit ⁊ poteſt.

An filius qui tantuꝫ carnem accepit aliquid fecerit quod nõ pater vel ſpiritusſanctus. D

Sꝫ forte aliqui di

cent cũ indiuiſa ſint opera trinitatis ſi fili⁹
carnẽ aſſumpſit. tunc pater et ſpũſſanctus
q꞉ ſi fili⁹ carnem aſſumpſit nec hoc fecit pa
ter vel ſpũſſanctus non omne quod facit fi
lius facit et pater et ſpũſſanctus. At oĩa
Reſpõſio. ſimul pater et filius amboꝝ ſpũs pariter ⁊
ꝯcorditer operanť. Ad quod dicim⁹ quia
nihil opatur filius ſine patre et ſpũſancto
ſed vna eſt hoꝝ trium opatio indiuiſa ⁊ in
diſſimilis. et tamen filius nõ pater vel ſpũſ
ſanctus carnem aſſumpſit. Ipſaꝫ tamẽ car
nis aſſumptionem trinitas opperata eſt ſic
Aug⁹. dicit in lib. de fide ad Petrũ. Recõ
ciliati ſumus p ſolum filium ſm carnẽ. ſed Auguſti.
non ſoli filio ſm deitatem. Trinitas enim
nos ſibi recõciliauit. per hoc q ſolum ver-
bum carnẽ ipſa trinitas fecit. Trinitas er
go carnis aſſumptionem fecit: ſed verbo.
nõ patri vel ſpirituiſancto. Si enim pater
ſibi. ⁊ filius ſibi. vel pater filio. ⁊ filius pa/
tri carnis aſſumptionẽ operatus eſſet. iam
nõ eadem eſſet operatio vtriuſqꝫ ſed diui/
ſa. Sed ſicut inſeparabilis et indiuiſa eſt
vnitas ſubſtantie trium. vt ait Auguſtin⁹
in libro de trinitate. ita ⁊ operatõ. nõ tamẽ
eandem trinitatem natã de virgine. cruci-
fixam ⁊ ſepultam catholici tractatores do
cuerunt. ſed tm̃modo filium. nec eandẽ tri/
nitatem in ſpecie columbe deſcendiſſe ſup
Jeſum. ſed tantum ſpiritumſanctum. nec
eãdem dixiſſe de celo. tu es filius meus. ſ;
tantũ patris vocem fuiſſe ad filium factaꝫ
q̃uis pater ⁊ filius ⁊ ſpũſſanctus ſicut in/
ſepabiles ſunt: ita ⁊ inſepabiliter operen/
tur. Hec ⁊ mea fides eſt. quoniã quidẽ hec
eſt catholica fides. Licet ergo ſol⁹ fili⁹ car-
nem aſſumpſerit. ipam tñ incarnationẽ cũ
patre ⁊ ſpiritusſancto operatus eſt.

Hic īcipit terti⁹ liber ſententiarũ

In quo magiſter poſtq̃ egit de deo ſm ſe ſeu ſm rõ
nẽ ſue naturalis pfectõnis. ſ. in primo. ⁊ ſm q eius
potentia relucet in effectu mundane creatiõis. puta
in ſecundo libro. Agit conſequenter de eo inquan-
tum eius ſapientia reſplendet in effectu mũdane re-
ſtaurationis. Et diuidiť iſte tertius liber in tres tra
ctatus principales. In primo agit de verbi eterni in
carnatione. ⁊ ille extenditur a principio libri vſqꝫ ad
decimamquintã diſtinctionẽ. In ſecundo tractat de
eiuſdem verbi incarnati paſſione. ⁊ protendiť a de-
cima quinta diſtinctione vſqꝫ ad viceſimamtertiã di
ſtinctionem. In tertio determinat de donorũ ⁊ vir-
tutum perfectione. ⁊ hoc a viceſimatertia diſtinctio
ne vſqꝫ ad finẽ libri. In prima inquã diſtinctõne pri
mi tractatus tria facit. Primo enim oſtẽdit quid ſit
incarnatio. Secundo qualiter ſpecialiter filiũ incar
nari decuit: deducit. Tertio an pater ⁊ ſpiritusſan
ctus incarnari potuerunt. inquirit. Primum facit a
principio diſtinctionis vſqꝫ ibi. Diligenter vero. Se
cundum vero ſubiungit abinde vſqꝫ ibi. Si vero q̃-
ritur. Tertium autem ſubiũgit vſqꝫ ad finem diſtin-
ctionis. In ſpeciali enim magiſtri ſentẽtia ſtat in tri
bes propoſitionibus. quarum prima eſt hec. Viſi-
bilis dei filij miſſio eſt ipa verbi incarnatio. Hãc ſeĩn
ꝓpoſitioneꝫ magiſter probat autoritate apoſtoli di
centis. q in tempore plenitudinis. ſcilicet in tempe
gratie quod initiũ habuit ab aduẽtu ſaluatoris no
ſtri. pater miſit filium ſuum antiquis patribus pro-
miſſum in lege. cuius quidem filij viſibilis in carneꝫ
miſſio dicitur eſſe ipſa incarnatio. Secunda propo
ſitio eſt hec. Licet etiam a qualibet perſona diuina
potuit humana natura aſſumi. nulla tamen perſona
rum ita congrue humanari potuit ſicut perſona ver
bi. id eſt filij. Hanc quidem propoſitionem magiſter
probat triplici ratione. Quarum quidem rationum
prima ſumitur ex appropriato filij ſcilicet ſapientia.
Nam conſonum fuit. vt deus qui in ſapientia om-

nia condidit. per ſapientiā etiam omnia reſtauraret ⁊ hoc cōfirmat parabola euangelica de muliere querente ⁊ inueniente dragmam perditā Luce. xv. Secunda ratio ſumitur ab origine ipſius filij. Nam origo filij eſt eſſe ab alio. cōgruum igitur fuit vt primo mitteretur ille q̄ eſt a ſolo patre. ⁊ deinde ſpiritusſanctus qui eſt a patre ⁊ filio. Et hanc rationem confirmat autoritate beati Augu. iiij. libro de ciuita. ca. j. Tertia ratio ad idē colligitur ex proprio filij. Nā proprium filij eſt eſſe filium. cum ergo cōgruum fuit vt qui in deitate erat dei filius. in humanitate fieret hominis filius. ne duos filios eſtimaremus decuit ꝑſonam filij precipue incarnari. Hanc rationē confirmat autoritate Auguſti. in eccleſiaſticis dogmatibꝰ ca. ij. Tertia propoſitio eſt hec Quāuis pater ⁊ ſpiritusſanctꝰ incarnari poſſent ſi vellēt aut voluiſſent. ad ſolum tamē filiū carnis aſſumptio terminata eſt. Hanc probat per hoc ꝙ vna ⁊ eadem diuinarum ꝑſonarum potentia. ſi igitur ex illa potētia vna potuit incarnari. ⁊ omnes potuerunt incarnari. Poſtea magiſter obijcit cōtra ſuperius dicta ſcʒ ꝙ ſolus filius ſit icarnatus. Et arguit ſic. Opera trinitatis ad extra ſunt indiuiſa. ſi igitur filius aſſumpſit naturaʒ humanam et pater ⁊ ſpiritusſanctus aſſumpſerunt. Alioquin aliquid faceret vna perſona quod non faceret alia. ⁊ ſic opera trinitatis adextra eſſent diuiſa. Ad quam obiectionem magiſter dicit ꝙ q̄uis tota trinitas incarnationem chriſti ſit operata eo ꝙ opera trinitatis adextra ſint indiuiſa. ſola tamē perſona filij ē incarnata. eo ꝙ aſſumptio nature humane ad ipſum terminatur. qđ exemplificat de tribus puellis vni de ipſis tunicam induentibus. que omēs operanť ad induitionē. ⁊ tamen vna ſola eſt induta Et tantum in ſpeciali.

Quare totam humanam naturā accepit ⁊ quid nomine humanitatis vel humane nature intelligendum ſit. a

DI. II. c **T quia in ho**mine tota humana natura vicio corrupta erat. totā aſſumpſit. id eſt animā ⁊ carneʒ. vt totam curaret ⁊ ſanctificaret. Ꝙ autẽ humane nature ſiue humanitatis vocabulo: anima ⁊ caro intelligi debeant. aperte docet Hieronymus in expoſitione catholice fidei dicens. Sic cōfitemur in chriſto vnā filij eſſe perſonam. vt dicamus duas perfectas ⁊ integras eſſe ſubſtantias. id eſt deitatis ⁊ humanitatis que ex anima cōtinetur ⁊ corpore. Ecce aperte oſtendit humanitatis nomine animam ⁊ corpus intelligi que duo aſſumpſiſſe dei filius intelligitur vbi hominē ſiue humanitatē vel humanā naturā accepiſſe legiť. Errant ergo qui nomine humanitatis non ſubſtantiam ſed ꝓprietatem quādam a qua homo nominať ſignificari contendunt vbicunq̄ humanitas chriſti memoratur. Ait em̄ Johannes damaſcenus Sciēdum quidem eſt ꝙ deitatis ⁊ humanitatis nomen ſubſtantiaruʒ ſcilicet naturam eſt repreſentatiuū. Natura enim nō ſic accipitur in chriſto. vt cū dicitur vna natura eſſe omnium hominum. quod euidenter idem Johannes oſtendit differentem rationē dicti aſſignans. cū natura humana i chriſto nominať. ⁊ cū vna dicitur natura omniū hominum. Ait eniʒ Cum vnam hominū naturaʒ dicimus ſciendum eſt ꝙ non conſiderantes ad anime ⁊ corporis rationē hoc dicimus. Impoſſibile em̄ eſt vniꝰ nature dicere domini corpus ⁊ animam adinuicem compata. Sed qꝛ plurime perſone hominum ſunt. omnes autem eandeʒ ſuſcipiunt rationem nature omnes enim ex aīa ⁊ corpore cōpoſiti ſunt ⁊ omnes naturas anime participāt. ⁊ ſubſtantiam corporis poſſident. cōmunē ſpeciem plurimarum ⁊ differentiū ꝑſonarum vnam naturam dicimus vniuſcuiuſq̄ ſcʒ perſone duas naturas habentis. ⁊ in duabus perfecte naturis anime ſcʒ ⁊ corporis exiſtentis. In domino autē ieſu chriſto nō eſt cōmunem ſpeciē accipere. neq̄ enim factus eſt nec eſt. nec aliquādo fiet alius. Sʒ chriſtus ex deitate ⁊ humanitate eſt i deitateq̄ ⁊ humanitate deus factus eſt idem ⁊ homo perfectus. Totam ergo hominis naturam. id eſt animam ⁊ carnem ⁊ horuʒ ꝓprietates ſiue accidentia aſſumpſit deus non carnē ſine anima nec animā ſine ratione: vt heretici voluerunt: ſed ⁊ carnē ⁊ animam cum ſenſibus ſuis. Unde Johānes damaſcenus ait. Omnia que in natura noſtra plantauit deus. verbum aſſumpſit ſcʒ corpus ⁊ animam intellectualem ⁊ horum idiomata. Totus enim totū aſſumpſit me. vt toti mihi ſalutē gratificet. Quod enim inaſſumptibile eſt: incurabile eſt.

Hieronym. — *Error quorundam tangit qui hūanitateʒ male accipiunt.* — *Jo. dam̄.* — *Jo. dam̄.*

De vnione verbi ⁊ carnis mediāte anima. b

Aſſūpſit ergo dei filius carnem ⁊ animam. ſed carnem mediāte anima. vnitum eſt carni per medium intellectum verbum dei. Tante enim ſubtilitatis atq̄ ſimplicitatis eſt diuina eſſentia. vt corpori de limo terre formato vniri non congruerit niſi mediante rationali eſſentia Illa autē vnio inexplicabilis eſt adeo vt etiam Johannes ab vtero ſanctificatus: ſe non eſſe dignum fateatur ſoluere corrigiam calciamenti Jeſu. quia illius vnionis modum inueſtigare: alijſq̄ explicare

non erat ſufficiens. Non ſunt ergo audiẽ‑
di. qui non verum hominẽ filium dei ſuſce
piſſe dicunt. neqꝫ natum de femina. ſed fal‑
ſam carnem ꝛ imaginem corporis ſimula/
tam oſtendiſſe videntibus. In quem erro‑
rem ꝓrumpunt. qꝛ timent qḋ fieri non poſ
ſit ſcilicet ne humana carne veritas ꝛ ſub/
ſtantia dei inquinetur. ꝛ tamen predicãt
iſtum viſibilem ſolem radios ſuos per om
nes feces ſpargere. ꝛ eos mundos ꝛ ſince‑
ros ſeruare. Sic ergo viſibilia munda viſi
bilibus imundis ɔtingi pñt ꝛ nõ coinqña
ri quãtomagis incõmutabilis ꝛ inuiſibiliſ
veritas ꝑ ſpũm aiam. ꝛ ꝑ aiam corpus ſu/
ſcipiens: totũ hominem ſine ſui cõmutatio
ne aſſumpſit. et ab omnibꝰ infirmitatibus
liberauit. Ecce hic dicit dei ſapientiã per
ſpiritum aſſumpſiſſe animã. ꝛ ꝑ animã cor
pus. Spiritus eni ſanctus pars anime ſu‑
perior ꝛ maiori ſimilitudine deo ꝓpiquat
ꝙ̃ anima. ſcȝ ipſa eadem ẜm inferiorẽ par/
tem. ꝛ anima magis ꝙ̃ corpus. ꝛ ideo non
incongrue anima dicit̃ aſſumpta ꝑ ſpiritũ
ꝛ corpus per animam.

Qḋ verbũ ſimul aſſumpſit carnẽ ꝛ animã. neqꝫ caro prius eſt cõcepta ꝙ̃ aſſumpta. C

Si autẽ queritur

vtrũ verbum carnẽ ſimul ꝛ animã aſſum‑
pſerit. an prius animã ꝙ̃ carnẽ. vel carneȝ
ꝙ̃ animam. ꝛ vtrum caro illa prius fuerit
in vtero virginis cõcepta. ꝛ poſtea aſſum
pta. Veriſſime et abſqꝫ vlla ambiguitate
dicit̃ quia ex quo deus hominẽ aſſumpſit
totum aſſumpſit. ſimulqꝫ ſibi vniuit ani‑
mam ꝛ carnem. nec caro prius fuit conce/
pta ꝛ poſtmodũ aſſumpta. ſed in ɔceptio/
ne aſſumpta. ꝛ in aſſumptione concepta.
Augusti. Unde Auguſtinus in libro de fide ad Pe
trum. Firmiſſime tene. ꝛ nullatenus dubi
tes non carnem chriſti ſine diuinitate con/
ceptam in vtero virginis priuſꝙ̃ ſuſcipe/
retur a verbo. ſed ipſum verbum deũ ſue
carnis acceptione conceptuȝ. ipſamqꝫ car
nem verbi incarnatiõe conceptam. Idem
in libro de trinitate. Non eſſet dei hominũ
ꝙ̃ mediator. niſi eſſet idem deus idem ho‑
mo in vtroqꝫ vnus et verus. quam ſerui/
lem formam a ſolo filio ſuſceptam. tota tri‑
nitas cuius vna eſt voluntas et operatio
fecit. Non autem in vtero virginis prius
caro ſuſcepta eſt. ꝛ poſtmodum diuinitas
venit in carnem. ſed mox vt verbum veit
in vterum. ſeruata veritate proprie nature
factum eſt caro ꝛ perfectus homo. ꝛ in ve
ritate carnis ꝛ aie natus eſt. De hoc etiam
Gregorius in moralibus ait. Angelo nũci
ante ꝛ ſpiritu adueniente. mox verbum in Grego.
vtero. mox intra vterum verbum caro.

Iſta eſt diſtinctio ſecunda huius

tertij libri. In qua magiſter poſtꝙ̃ egit de perſona
carnẽ aſſumẽte. tractat de modo aſſumendi. Et tria
facit. Primo eñ oſtendit ꝙ verbum totam naturaȝ
humanam aſſumpſit integre. Secundo ꝙ ordinate
aſſumpſit carnem ſcilicet mediante anima Tertio ꝙ
animã ꝛ carnem ſimul aſſumpſit tempore. Primum
facit a principio diſtinctionis vſqꝫ ibi. Aſſumpſit dei
filius. Scdm vſqꝫ ibi. Si aũt queritur. Tertiũ vſqꝫ
ad finem diſtinctionis. In ſpeciali ſentẽtia magiſtri
ſtat in tribus propoſitionibus quaruȝ prima eſt hec
Filius dei cum ſibi humanam naturam vniuit totam
naturam ſcilicet corporis et anime ſimul aſſumpſit.
Hanc magiſter probans dicit ſententialiter. ꝙ q̃a
per peccatum primorum parentum tota natura hu‑
mana corrupta fuit. ideo dei filius totam naturaȝ aſ
ſumpſit que conſtat ex corpore ꝛ anima. vt totã na‑
turam curaret ꝛ ſanctificaret. In chriſto eñ vna ꝑ‑
ſona fuit ꝛ due ſubſtantie ſeu nature. ſcilicet diuina
ꝛ humana. Si igitur habuit ꝛ aſſumpſit humanam
ſubſtantiam aſſumpſit tam corpus ꝙ̃ animam ꝛ per
conſequẽs naturam totam ꝛ integram. cum nomi‑
ne humanitatis corpus ꝛ anima ſimul intelligantur
Poſtea excludit errorem quorundam dicentium. ꝙ
filius dei carnem humanam vel humanitatẽ nõ aſ‑
ſumpſit ẜm ſubſtãtiam ipſius nature. ſed ſolum ẜm
quandam proprietatem a qua proprietate hominis
denominationem accepit ꝛ fuerunt iſti forte de opi‑
nione illorum hereticoruȝ qui chriſtum ẜm ꝙ homo
dicebãt non eſſe quid ſed aliqualiter ſe habens. po‑
nentes humanitatem eſſe in chriſto vt habitum. Ul
de opinione Platonis ponentis formas vel res in
actu extra animã vt ſic proprietate participata chri
ſtus homo diceretur. Sed hunc errorẽ magiſter ex
cludens dicit filium dei aſſumpſiſſe carnem ꝛ animã
ꝛ omnes proprietates ipſas ſequẽtes. Et hoc cõfir
mat autoritate Johannis damaſceni. Secunda pro
poſitio eſt hec. Quãuis vtranqꝫ ſcilicet carnẽ ꝛ ani
mam aſſumpſerit dei filius. tamẽ carnem aſſumpſit
mediante anima Hanc magiſter ponens rationẽ hu
ius addidit dicẽs. ꝙ decebat ſimpliciſſimã diuinita
tis eſſentiã corpori terreno nõ vniri niſi mediãte ra
tionali eſſentia. que quidem vnio ab humano intel
lectu inueſtigari non poteſt. in qua vnione nõ corpꝰ
fantaſticum. ſed veruȝ corpus natũ de muliere chri
ſtus aſſumpſit. quod tamen quidam hereticorũ ne‑
gabant. eſtimantes verbum dei veram carnem non
poſſe aſſumere ſine ſui inquinatione quorũ erroris
veſaniam dicit elidi ꝑ radios ſolares. quos ſuꝑ in‑
munda ꝛ feda diffundi videmus ꝛ tamen nõ inqui
nari. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. In aſſumptione per‑
fecte humanitatis inter cõceptionem ꝛ animationẽ
ꝛ vnionẽ non fuit ordo temporalis poſterioritatis vl
prioritatis. Hanc magiſter inſinuans querit. Utrũ
verbum ſimul aſſumpſerit carnem ꝛ animã. vel pri
us carnem ꝙ̃ animam aut econtra Et reſpondendo
dicit ꝙ ſimul ꝛ ſemel carnem ꝛ animã aſſumpſit me‑
diante ſpiritusſancti operatione. nec vnum prius aſ
ſumpſit alio. Et ꝓbat hoc autoritatibus beatorum
ſcȝ Auguſti. ꝛ Grego. Et tũ in ſpeciali.

De carne quam verbū aſſumpſit qualis ante fuerit. ⁊ qualis aſſumpta ſit. a

Di. III

q

Weritur etiā de carne verbi. an priuſq̄ cōciperetur obligata fuerit peccato. an ⁊ talis aſſumpta fuerit a verbo. Sane dici poteſt ⁊ credi oportet. iuxta ſanctorum atteſtationis conuenientiam: ipſam prius peccato fuiſſe obnoxiam ſicut reliqua virginis caro. ſed ſpiritus ſancti operatione ita mundatam vt ab omni peccati cōtagiōe immunis vniretur verbo. Pena tantum non neceſſitate. ſed voluntate aſſumentis remanente. Mariam quoqȝ totam ſpirituſſanctus in eam preueniens a peccato prorſus purgauit ⁊ a fomite peccati etiam liberauit. vel fomitem ipſum penitus euacuando: vt quibuſdā placet: vel ſic debilitādo. ⁊ extenuando. vt ei poſtmodū peccandi occaſio nullaten⁹ extiterit. Potentiā quoqȝ generādi abſqȝ viri ſemine virgini preparauit. Ita eñ verba euangelij docent. vbi angelus virginē alloquens ait. Spirituſſanctus ſuperueniet in te: ⁊ virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Et quod naſcetur ex te ſanctuȝ vocabitur filius dei. Cui ſacra virgo reſpōdit. Ecce ancilla domini: fiat mihi ſm verbum tuuȝ Quod exponens Johannes ait. Poſt cōſenſum autem ſancte virginis. ſpirituſſanctus preuenit in ipſam. ſm verbū domini quod dixit angelus purgans ipſam. ⁊ potentiam deitatis verbi receptiuam preparans ſimul autem ⁊ generatiuam. Et tunc obumbrauit ipſam dei altiſſimi p̄ ſe ſapientia ⁊ virtus exiſtēs. id eſt filius dei patris homouſios. id eſt cōſubſtantialis ſicut diuinum ſemen. Et copulauit ſibiipſi ex ſanctiſſimis ⁊ puriſſimis ipſius virginis ſanguinibus. noſtre antique cōſperſionis carnem animatā anima rationali ⁊ intellectiua. non ſeminans ſed per ſpiritumſanctum creans. quare ſimul caro. ſimul dei caro. ſimul caro animata. rationaliqȝ ⁊ intellectu ſimul dei verbi caro animata rationali ⁊ intellectiuo. Ex his perſpicuum fit quod ante diximus. carnem ſcȝ verbi ſimul conceptam ⁊ aſſumptam. eandemqȝ immo totaȝ virginem ſpirituſancto preueniente ab omni labe peccati caſtificatā. Cui collata ē potētia nouo more generādi, vt ſine coitu viri. ſine libidine concipientis in vtero virginis celebraretur conceptus dei ⁊ hominis Illa enim caro quam deus de virgine ſibi vnire dignatus eſt ſine vicio cōcepta. ſine peccato nata eſt. hanc tamen carnem nō celeſtis. non aerie. nō alterius cuiuſqȝ putes eſſe nature. ſed eius cuius eſt omnium hominum caro.

Qd nō ſolum illa caro ſed etiā ſacra virgo ab oī peccato a ſpiritu ſācto fuit mūdata.

Jo. dam.

Autoritate firmat extūc fuiſſe virginem immunem a peccato. b

Quod autē ſacra virgo extūc ab omni peccato immunis extiterit Auguſtinus euidenter oſtendit in libro de natura ⁊ gratia inquiens. Excepta ſancta virgine maria. de qua ꝓpter honorem domini. nullam prorſus cum de peccatis agitur haberi volo queſtionem. Inde enim ſcimus q̄ ei plus ſit gratie collatū ad vincendum ex omni parte peccatum q̄ cōcipere ac parere meruit. quam conſtat nullum habuiſſe peccatum. Hac ergo virgine excepta: ſi omnes ſancti ⁊ ſancte congregari poſſent. ⁊ quereretur ab eis an peccatuȝ haberent. quid reſponderetur. niſi qd̓ Johannes ait. Si dixerimus quia peccatum nō habemus noſipſos ſeducimus. Illa autem virgo ſingulari gratia preuēta eſt atqȝ repleta vt ipſum haberet vētris ſui fructū quē ex initio habuit vniuerſitas dominū: vt illud quod naſcebatur ex propagine primi hominis: tantummodo generis nō criminis originem duceret.

Auguſti.

Quare non fuit chriſtus decimatus in abraam ſicut Leui. cum caro quaȝ acceperit in eo fuit peccato obnoxia. c

Cum autem illa caro cuius excellētia ſingularis verbis explicari non valet. anteq̄ eſſet verbo vnita obnoxia fuerit a peccato in maria ⁊ in alijs a quibus propagatione traducta eſt. nō immerito videri poteſt in Abraā peccato ſubiacuiſſe. cui⁹ vniuerſa caro peccato ſubiacebat. Unde queri ſolet quare leui decimatus dicatur in Abraam ⁊ non chriſtus. cū in lumbis abrae vterqȝ fuerit ſm materialem rationem quando abraam decimatus eſt, ⁊ decimas dedit melchiſedech:. Tunc

Quaītelligē tia Leui deci- matꝰ dicatur in abraam.

enim apoſtolus Leui decimatum dicit in abraā tanq̄ in materiali cauſa. Quia ea de cimatione ſicut Abraam minor Melchi/ ſedech oſtenditur: cui ꝑſonaliter decimas ſoluit. ita ⁊ leuiticus ordo q̄ in abraam ſm rationē ſeminalem erat: ⁊ ex eo per concu/ piſcentiam carnis deſcendit. xp̄s autē non eſt decimatus. q꞉ licet ibi fuerit ſm carnē nō tn̄ deſcendit ſm legem cōmunem. ſ. per carnis libidinē. ſicut etiā in adam oēs pec cauerunt. ſed nō xp̄s. Unde Augꝰ. ſuper Gen̄. Sicut adam peccante qui in lumbis eius erant peccauerunt. ſic Abraam dāte decimas q̄ in lūbis eius erāt decimati ſunt Sꝫ hoc nō ſequit̃ in xp̄o: licet i lūbis Ade ⁊ abrae fuerit. quia nō ſm concupiſcentiā carnis inde deſcendit. Cū ergo leui ⁊ xp̄s ſm carnem eſſent in lumbis abrae qn̄ deci- matus eſt ideo pariter decimati nō ſunt q꞉ ſm aliquem modum non erat ibi xp̄s quo erat ibi leui. Scd̄m rationē quippe illam ſe/ minalem ibi fuit leui. qua ratione ꝑ concu bitū vēturus erat in matrē. ſm quā ratio/ nem nō erat ibi chriſti caro q̄uis ſm ipſā ibi fuerit Marie caro. Jlle ergo decimatꝰ eſt in Abraam. qui ſic fuit in lumbis abrae ſicut ille fuit in lumbis patri ſui. id eſt qui ſic eſt natus de patre abraā. ſicut ille de pa tre ſuo natus eſt ſcꝫ per legem carnis ⁊ in/ uincibilem concupiſcentiam.

Augꝰ. ſuꝑ Gen̄.

Scd̄m aliquē modū ibi fuit leui q̄ nō chri ſtus.

Qua ratōne caro chriſti dicta eſt i ſcriptura non fuiſſe peccatrix ſꝫ ſi milis. quo aperitur quare obliga ta peccato non fuit in chriſto. d

Quo circa primiti am noſtre maſſe recte aſſūpſiſſe dicit̃ chri- ſtus. quia non carnē peccati ſed ſimilitudi nem carnis peccati accepit. Miſit. n. deꝰ filiū ſuū: vt ait ap̄lus. in ſimilitudinem car nis peccati. Aſſumpſit. n. verbū carnē pec cati ſimilē in pena ⁊ nō in culpa. ⁊ ideo nō peccatricē Cetera vero hoim ois caro pec cati eſt. Sola illius nō eſt caro peccati. q꞉ nō eū mater ꝯcupiſcētia. ſed gratia ꝯcepit habet tn̄ ſimilitudinē carnis peccati ꝑ paſ ſibilitatē et mortalitatem. q꞉ eſuriȷt. ſitiȷt et hmōi Licet ergo eadem caro ſit que ⁊ nr̄a non tamē ita facta eſt in vtero ſicut noſtra Eſt enim ſanctificata in vtero. et nata ſine peccato. ⁊ nec ipſe i illa vnq̄ peccauit. Jn pena ergo ſimilis eſt nr̄e. nō in q̄litate pec- cati. q꞉ pollutione que ex ꝯcupiſcentie mo tu ꝯcepta eſt omino non habuit. nec ex car nali delectatione nata eſt. Uenit ergo ad corpus imaculatū. qđ ꝑter libidinis ꝯcu- piſcentiā fuit ꝯceptū. nec illud in ſe habu it vitiū qđ in aliȷs eſt cauſa peccati nec i eo peccauit. Jdeoq̄ vere dicit̃ verbi caro nō fuiſſe in xp̄o obligata peccato.

Augꝰ. de ver bis apoſtoli.

Hierony.

Tres cau ſas ponit.

Quidā vidētur aduerſari illi ſen- tentie qua dictū eſt carnē chriſti nō priꝰ conceptā q̄ aſſumptā. e

Jlli autē ſnīe qua ſupra diximus carnē verbi non ante fuiſſe ꝯceptā q̄ aſſumptā: videt̃ obuiare quod Augꝰ. ait ſuꝑ Joh. vbi legit̃ Soluite tem plum hoc ⁊ in tribus diebꝰ excitabo illud Dixerūt ergo iudei. xl. ⁊. vȷ. annis edifica tū eſt hoc tēplū. ⁊ in tribꝰ diebꝰ excitabis illud. Hic inquit numerus ꝑfectioni domi nici corporis ꝯuenit. quia vt dicūt phiſici tot diebus forma humani corpis perficit̃ Horū occaſione verboꝝ quidā dicere pre ſumpſerunt domici corpis formā tot die/ bus ad modū aliorū corporum ꝑfectam. ⁊ membroꝝ lineamētis diſtinctā. ⁊ mox ver bum dicitur ſibi vniſſe carnē ⁊ animam. et hoc modo dicunt illū numerum ꝑfectioni dn̄ici corpis ꝯuenire Sed alia ratio illius dicti extitit ex qua ſana oritur intelligētia verbi. Non. n. ideo illud dixit Auguſ. qui mox vt caro illa opere ſpūſſancti ſanctifica ta. ⁊ a reliqua ſeꝑata fuit verbo dei cū ani/ ma vniret̃. vt ꝑfectus ⁊ verus deus eſſet ꝑfectus ⁊ verꝰ homo. Sed quia membro- rum illius dominici corpis diſtinctio in ip ſo momēto ꝯceptionis ⁊ vnionis dei ⁊ ho minis adeo tenuis erat ⁊ parua: vt huma no viſui vix poſſet ſubiȷci. diebꝰ aūt quos Augꝰ. memorat ꝑfecta eſt ⁊ nobilis facta. Jncarnatū eſt ergo verbum: vt ait Johā. damaſ. ⁊ a propria in corporalitate non re ceſſit. ⁊ totū incarnatum eſt. ⁊ totum eſt in circūſcriptum. Minorat̃ corꝑaliter ⁊ cō/ trahitur. ⁊ diuine eſt incircūſcriptum. non coextenſa carne eius cū incircūſcripta di/ uinitate. Jn omnibꝰ igitur qui ſuꝑ omnia erat. ⁊ in vtero ſancte genitricis exiſtebat. ſed in ipſo actu incarnationis.

Auguſti.

Joh. damaſ. quō in virgi ne q̄ erat vbiq̄.

Jſta eſt diſtictio tertia huius ter- tiȷ libri Jn qua quidem diſtinctione poſtq̄ magiſter egit de perſona carnem aſſumente ⁊ modo aſſumen di, agit hic conſequenter de qualitate nature aſſum

pte. Et tria facit. Nam primo inq̄rit qualis fuit chriſti caro in agente ꝓximo. ſcilicet virginē beata. Secundo qualis fuit in antiquis patribus puta an fuit in Abraam decimata. Tertio qualiter fuit in virginali vtero formata. Primum vſqꝫ ibi. Cum autem illa caro. Secundum vſqꝫ ibi. Illi autem ſententie. Tertium vſqꝫ ad finem diſtinctionis. Et tantum in generali. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in trib⁹ ꝓpoſitionibus. quarum prima eſt hec. Caro chriſti anteq̄ eſſet de virgine ſeparata materialiter ſicut reliqua caro Marie fuit peccato obligata. Iſtam magiſter ponēs ꝓponit duas queſtiones. quarum prima eſt. Utrū caro chriſti fuerat peccato obligata ante ſui conceptōnem videlicet anteq̄ a carne virginis ſeparabatur. Secunda queſtio eſt. Utruꝫ adhuc caro chriſti fuerat peccato obligata. quā̄do a verbo aſſumebatur. Ad primum reſpondet ſm communem ſanctorum doctorum atteſtationem. ꝙ caro ante ſui conceptionem fuerit peccato obligata ſicut reliqua beatiſſime virginis caro Ad ſecundam queſtionem reſpondet dicens. ꝙ caro illa ad hoc ꝙ vniretur verbo ſpiritusſancti operationē immunis reddebat̄ ab omni peccato remanente tamē in ea poſſibilitate patiendi. ⁊ hoc non ex aliqua neceſſitate. ſed ex libera voluntate ipſam aſſumentis Et ꝙ ſpiritusſanctus ꝑueniens virginem in conceptione ipſam ab omni labe purgauit. extinguēdo in ipſa fomitem peccati ita ꝙ ex tunc non poſſit ei exiſtere occaſio vel inclinatio ad malum. Ipſiqꝫ virgini nouam generandi potentiam abſqꝫ virili ſemine ⁊ abſqꝫ vicio tam cōcipiētis q̄ etiam nati contulit. Qui natus ex propagine primi hominis originem tātum generis ⁊ non crimina duxit. Et omnes has ſentētias probat magiſter autoritatibus doctorum ſcilicet Auguſtini. ⁊ Damaſceni. que patēt in textu. Secūda propoſitio eſt hec Quamuis chriſtus de ſemine abrae ſm corpulentā ſubſtantiam ſit nat⁹. non tamē eſt in eo vt Leui decimatus. cum ab ipſo non ſit ſm culpam propagatus Hanc magiſter probans querit. Quare chriſtus nō dicitur decimatus in lumbis Abrae vt Leui cum tamen vterqꝫ eorum fuit in abraam quando ipſe Melchiſedech decimas dedit. Ad quod reſpondens dicit. ꝙ licet vterqꝫ ipſorum fuerit in Abraam ⁊ ab eo deſcenderit. tamen Leui in eo fuit ſm rationē ſeminalem. ⁊ deſcendit ab eo ſm legem communem aliorum hominum. Unde dici poteſt ꝙ licet chriſtus in Abraam fuerit quando decimas ſoluit. decimatus tamen non extitit ſicut dicitur ꝙ omnes peccauerūt et tamen chriſtus non peccauit in eo qui etiam in eo fuit. Et ſubdit ꝙ caro chriſti fuit talis qualis fuit in ſtatu innocētie primitus inſtituta. ⁊ ideo dicit̄ ſumpſiſſe primitiaꝫ noſtre maſſe. vnde caro eius fuit ſimilis noſtre non in culpa. ſed in humanis penalitatibus. Unde licet eadem ſit caro chriſti ⁊ aliorum hominum ſm materiam. tamē chriſti caro fuit per gratiam cōcepta ⁊ ſanctificata ⁊ nata. quod aliorum hominum caro nō habet ⁊ propter hoc caro chriſti nō fuit obligata. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Caro chriſti ī principio ſue cōceptionis fuit ſimul debita membrorum diſtinctione formata. animata ⁊ aſſumpta. Licet tamen in quadragita ſex diebus membra corporis chriſti ad tātam quantitatē qua diſtincte diſcerni poſſent ſunt adaucta. Hanc magiſter inſinuans obijcit cōtra ſuperius dicta. ſcꝫ ꝙ caro chriſti nō fuit prius concepta q̄ aſſumpta. ⁊ hoc per verbū beati Auguſtini ſuper illo verbo Johānis Soluite templum hoc ⁊ in trib⁹ dieb⁹ reedificabo illud. Hic numerus dicit beatus Auguſtinus perfectōni dominici corporis conuenit quia vt dicunt phiſici tot dieb⁹ forma humani corporis perficitur. Ex quibus verbis patēt carnem chriſti per ſucceſſionē dierum fuiſſe formatam ſicut ceterorum hominum. et per conſequēs nō in principio ſue conceptōnis animatā ſeu aſſumptam. Ad quod reſpondes dicit beatum Auguſtinum verba illa non ideo dicere ꝙ caro chriſti ꝑ aliquot dies ſit formata anteq̄ animata ſeu aſſumpta. ſed ideo qꝛ diſtinctio membrorum corporis qḋ verbum animatum in principio conceptionis aſſumpſit tam tenuis ⁊ parua erat ꝙ vix diſcerni potuiſſet que quia in quadraginta ſex diebus tātum increuit ꝙ perfecte diſcerni potuit. ideo dicit numerū tot dierum dominici corporis perfectioni cōuenire Quod confirmat autoritate damaſceni. Et tm̄ in ſpeciali.

Quare in ſcriptura ſepius tribuatur īcarnatio que eſt opus trinitatis ſpūiſancto. ⁊ de ipſo etiā cōceptus ⁊ natus dicatur. a

c **Cum vero in**carnatio verbi ſicut in ſupioribus tractatum eſt: operatō vere ſit patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti. inueſtigatione dignū nobis videt̄ quare ī ſcriptura ſpirituiſancto hoc opus ſepius tribuat̄ et de ipſo chriſtus conceptus ⁊ natus memoretur. Non enim ideo operatio incarnatiōis ſpūiſancto ſepius tribuit̄ ꝙ eam ipſe ſolus ſine patre ac filio fecerit. ſꝫ quia ſpūſſanctus eſt charitas et donū patris ⁊ filij. ⁊ ineffabili dei charitate v̄bum caro factum eſt. et ineffabili dei dono filius dei ſibi vniuit formam ſerui: Non ergo frequēs denomiatio ſpiritusſancti ab illo opere patrem vel filium ſecludit. ſed poti⁹ vno nominato tres intelliguntur. ſicut fit ſepe ī alijs operibus. Unde Auguſtinus ſuper hoc mouens queſtionem in hunc modum eandem determinat in enchiri. ita inquiēs Cum illam creaturam quam virgo concepit ⁊ peperit: q̄uis ad ſolam perſonam filij pertinentem: tota trinitas fecerit. neqꝫ eniꝫ ſeparabilia ſunt opera trinitatis. cur ī ea facienda ſpiritusſanctus ſolus nominatus ē. An etiam quando vnus triū in aliquo opere nominat̄: vniuerſa opari trinitas intelligitur. ita vere eſt et exemplis doceri poteſt Audiſtis ꝓpoſitā queſtionē. eiuſdemqꝫ ſolutionem vel expoſitionem.

DI. IIII

Auguſti Solutio.

Quo ſenſu dicatur chriſtuſ conceptus ⁊ nat⁹ de ſpiritu ſancto. b

Sed non eſt ī hoc diutius immorandum. Illud enim mouet quomodo dictus eſt chriſtus natuſ de ſpū

ſancto. cum filius nullo modo ſit ſpirituſ/ſancti. Nunquid dicturi ſumus patrē hominis chriſti eſſe ſpiritumſanctū. vt deus pater verbum genuerit ſpiritusſanctus hominem ex qua vtraq̄ ſubſtantia chriſtus vnus eſſet. ⁊ dei patris filius ſm̄ verbum ⁊ ſpiritusſancti filius ſm̄ hominem ꝙ eum ſpiritusſanctus tanq̄ pater eius de matre virgine genuiſſet. Quis hoc dicere audebit: cum hoc ita ſit abſurdum vt nulle fidelium aures id valeant ſuſtinere. Proinde cum fatemur chriſtum natū de ſpiritusancto ex Maria virgine. quomodo non ſit filius ſpiritusſancti ⁊ ſit filius virginis: cum ⁊ de illo ⁊ de illa ſit natus explicare difficile eſt. Proculdubio non ſic de illo vt de patre. Sic autē de illa vt de matre natus eſt

Q̄ꝫ nō quicq̄d de aliqua re naſcit̄ eius filius dicitur.

Non eſt autē concedendum quicquid de aliqua re naſcitur cōtinuo eiuſdem rei filium nuncupandum. Ut enim omittam aliter de homine naſci filium. aliter capillum aliter pediculum. ⁊ lumbricum. quorū nihil eſt filius Ut ergo hec omittam. quoniā tante rei deformiter cōparantur. certe qui naſcūtur ex aqua ⁊ ſpiritusancto: nō aque filios eos recte quiſpiam dixerit. ſed dicūtur filij dei patris. ⁊ matris eccleſie. Sic ergo de ſpiritusancto natus eſt chriſtus. nec tamen filius eſt ſpiritusſancti. Sicut econuerſo non omnes qui dicuntur alicuius filij conſequens eſt vt de illo etiam nati eſſe dicantur. vt illi qui adoptantur. Dicūtur etiam filij gehenne. non ex illa nati. ſed in illam preparati. Cum itaq̄ de aliquo naſcatur aliq̄d: ⁊ non ita vt ſit filius. nec rurſus om̄is qui dicitur filius de illo ſit natus cuius dicit̄ filius. Profecto modus iſte quo natus eſt chriſtus de Maria ſicut filius: ⁊ de ſpiritusancto non ſicut filius inſinuat nobis gratiam dei qua homo nullis meritis ꝑcedentib⁹ in ipſo exordio nature ſue q̄ eſſe cepit. verbo dei copularetur in tantā perſone vnitatem vt idem eſſet filius dei q̄ filius hominis ⁊ filius hominis qui filius dei ⁊ ſicut in nature humane ſuſceptiōe fieret quodammodo ipſa gratia illi homini naturaliter qua nullū poſſit admittere peccatum. que gratia ideo per ſpiritumſanctū eſt ſignificata. quia ipſe proprie ſic eſt de⁹: vt ſit etiam dei donum. Per hoc ergo ꝙ d̄ ſpiritusancto eſſe natiuitas chriſti dicitur quid aliud q̄ ipſa gratia dei demonſtrat̄: qua homo mirabili ⁊ ineffabili modo verbo dei eſt adiunctus atq̄ connexus ⁊ diuina gratia corporaliter repletus.

Nō om̄s qui dicunt̄ alicuius filij de illo nati ſunt.

Alia ratio quare dicatur nat⁹ de ſpiritusancto. c

Poteſt etiā dici chriſtus ſm̄ hominē ideo natus de ſpiritusancto. quia eum fecit Inq̄tum enī homo eſt ⁊ ipſe factus eſt: vt ait apoſtolus. Conceptus ergo ⁊ nat⁹ de ſpiritusancto eſſe dicitur. nō ꝙ ſpiritusſanctus fuerit virgini ꝓ ſemine. non enim de ſubſtantia ſpiritusſancti ſemen partus accepit. ſed quia per gratiam dei ⁊ operationē ſpiritusſancti de carne virginis eſt aſſumptū quod verbo eſt vnitum. Et in euāgelio ſm̄ hāc intelligentiam legitur de maria ꝙ inuenta eſt in vtero habēs de ſpiritu ſancto. Cuius dicti rationem Ambroſius inſinuans in tertio libro de ſpiritusancto: ait. Quod ex aliquo eſt. aut ex ſubſtantia. aut ex poteſtate eius eſt. Ex ſubſtantia ſicut filius. qui a patre vel ex patre: ⁊ ſpiritusancto qui a patre et filio procedit. Ex poteſtate autem ſicut ex deo om̄ia. Quomodo ergo in vtero habuit Maria ex ſpū ſancto. Si quaſi ex ſubſtantia. ergo ſpiritus in carnem ⁊ oſſa conuerſus eſt. nō vtiq̄. Si vero quaſi ex operatione ⁊ poteſtate eius virgo cōcepit: q̄s neget ſpiritumſanctum dominice incarnationis auctorem.

Au. in enchiridion.

Ambro. in expoſitiōe fidei catholice.

Quare apoſtolus dicat chriſtū factum cū nos eū eſſe fateamur natum. d

Sed q̄ri poteſt cū nos ſaluatorem natū profiteamur cur apoſtolus eum factum dicat ex ſemine dauid ⁊ alio loco factum ex muliere. cum aliud ſit fieri aliud naſci. Aliquid ergo ſignificauit hoc dicto. Quia enim non ab humano ſemine cōgregata eſt caro dn̄i in vtero virginis. ⁊ corpus effecta. ſed effectu ⁊ v̄tute ſpiritusſancti. ideo apoſtolus dicit factū nō natum. Aliud eſt enim ſemine admixto ⁊ ſanguinis coagulo generare. Aliō eſt nō ꝑmixtione. ſed virtute procreare. poſſunt enī homines generare filios ſed non facere Ecce quare dicit apoſtolus factū ⁊ nō natum. ne eius ſcʒ natiuitas que fuit ſine virili ſemine: noſtre ſilis putaretur q̄ ꝯficitur ſeminū commixtione. Ideo autem cum factū diceret: apoſtol⁹ addidit. ex ſemine da

uid. ⁊ quia ſi nõ interceſſit ſemen hominis
in ↄceptione virginis. tñ quia ex ea carne
xp̃s formatus eſt que conſtat ex ſemine: re
cte dicitur quia factus eſt.

Iſta eſt diſtinctio quarta hui⁹ ter

tij libri. In qua magiſter poſtq̃ egit de qualitate na
ture aſſumpte: agit de autore aſſumptionis. Et tria
facit. Nam primo inquirit quare opus incarnatõis
potius attribuatur ſpũiſancto q̃ toti trinitati Secũ
do quare xp̃s ſit conceptus de ſpirituſancto cum ta
men nõ ſit filius ſpũſſancti. Tertio quare apoſtolus
dicit potius xp̃m de muliere fieri q̃ naſci. Primũ fa
cit vſq̧ ibi. Sed non eſt in hoc. Secundum ab inde
vſq̧ ibi. Sed queri poteſt. Tertium vſq̧ ad finẽ di-
ſtin. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribus pro
poſitionibus quarum prima eſt hec. Licet opus car
nalis incarnationis frequenter attribuatur ſpiritui
ſancto. ab hoc tamen nõ excludiẽ patris ⁊ filij coope
ratio. Hanc magiſter ꝓbans querit. quare opus in
carnatiõis ſpirituiſancto ſpecialiter attribuiẽ in ſcri
pturis. cum tamen vt ſupra dictum eſt tota trinitas
ipſam incarnationẽ operata ſit. ⁊ reſpondet ſcriptu
ram hoc facere nõ ideo ꝙ ſpũſſanctus ſolus ſit icar-
nationem operatus. ſed ꝙ verbum dei factum eſt ca
ro ex ineffabili charitate ⁊ ieſtimabili dei dono ⁊ bo
nitate. que quia ſpũiſancto appropriãẽ. ideo opus
incarnationis ſibi ſpecialiter attribuiẽ. nec per hoc
ab ipſo opere incarnationis pater ⁊ filius excludun
tur. quia in actionibus eſſentialibus ſub vna perſo-
na cetere ſubintelliguñẽ cũ opera trinitatis ad adex
tra ſunt indiuiſa Quã ſententiã magiſter confirmat
autoritate beati Augu. in encheridion. Secũda ꝓ-
poſitio eſt hec. Licet filius dei dicatur natus de vir-
gine vt de matre. tamen de ſpirituſancto nõ eſt nat⁹
vt de patre. Hanc magiſter inſinuans querit. Cum
chriſtus ſit natus de ſpirituſancto an debeat dici fi-
lius ſpirituſſancti Et arguit primo ꝙ nõ. Nã ex quo
pater eum genuit ſm ꝙ eſt verbum. ſi ergo ſpirituſ-
ſanctus cũ genuiſſet ſm ꝙ eſt homo. chriſtus ex du
abus naturis ſcʒ diuina ⁊ humana compoſitus eſſet
⁊ ſm vnam eſſet filius vnius. ⁊ ſm aliam eſſet filius
alterius quod eſt abſurdũ. In oppoſitum arguit ſic
Nã quia chriſtus natus eſt de beata virgine dicitur
filius beate virginis. igitur a ſimili quia natus eſt a
ſpirituſancto debeat dici filius ſpirituſſancti Ad qõ
reſpondens magiſter dicit. ꝙ filius dei nõ poteſt di-
ci filius ſpirituſſancti quia nõ natus de ip̃o vt de pa
tre. Sed bene poteſt dici filius beate virginis. eo ꝙ
natus ſit de ipſa vt de matre. Quam ſententiam cõ
firmat per hoc ꝙ multa de aliqua re naſcuntur. que
tamen non dicuntur filij eius. vt pili de capite ⁊ eti-
am hi qui naſcuñẽ ex aqua ⁊ ſpirituſancto in baptiſ-
mate. non dicuñẽ aque filij ſed eccleſie. Et ecõuerſo
multi aliquorum filij dicuntur qui tamen de ipis nõ
naſcuntur vt filij adoptiui ⁊ filij gehenne qui tamen
de ipſis nati non ſunt. Et ſubdit etiam magiſter du-
as ratõnes quare chriſtus ſpecialiter dicatur natus
de ſpirituſancto. Quarum prima ẽ. quia ſcilicet hu
iuſmodi incarnatio eſt donum dei. ad deſignanduʒ
ergo ꝙ nullis precedẽtibus meritis. ſed ex ſolo dei
dono. copulatio nature humane cũ perſona diuina
ſit expleta. Et ſm hoc cum chriſtus dicitur natus d̃
ſpirituſancto. ly. de denotat ratiõnẽ operis. Secũ-
da eſt ꝙ chriſtus dicitur natus de ſpirituſancto qua
virtute ⁊ poteſtate ſpirituſſancti illud ſcriptũ eſt de
virgine ꝙ verbo vnitũ eſt. nõ ſic ꝙ ſpũſſanctus fue-
rit ſeminalis materia. ſed ꝙ fuerit efficiens cauſa. et
ſic cum chriſtus dicitur natus de ſpirituſancto. ly de
denotat habitudinem cauſe efficientis. ſicut etiã ala
dicuñẽ eſſe ex deo nõ ſubſtantialiter ſed poteſtatiue
ſeu effectiue. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Quãuis chri
ſtus natus ſit de virgine. potius tamen dicitur fact⁹
q̃ natus. cũ non ſit conceptus ex virili ſemine. Hãc
magiſter inſinuãs querit. Cur apoſtolus ad Roma
nos primo dicat chriſtum factum ex ſemine Dauid
⁊ alibi dicit ipſum factum ex muliere cum tamẽ nos
dicimus chriſtum natum. ⁊ aliud eſt naſci. ⁊ aliud ẽ
fieri Ad quod reſpondẽs dicit ꝙ apoſtolus tantum
dixit chriſtum factum ex muliere ad oſtendendã dif-
ferentiam conceptionis ſue a cõmuni hominũ con-
ceptiõe. Nam chriſtus ratione ſue ſingularis conce-
ptionis habet tã nati q̃ facti rationem. ex eo ꝙ ſola
operatione ſpirituſſancti in vtero virginis formaba-
tur. Ceteri autem homines habent ſolam rationem
nate ⁊ nõ facti. quia caro eorum virtute virilis ſemĩ
nis formatur in vtero quare etiam homines dicuñẽ
filios generare ⁊ non facere. Et ſubdit ꝙ apoſtolus
dicit chriſtum factum ex ſemine. nõ ideo quia ſemen
hominis eius conceptiõi interuenit. ſed quia ex car
ne virginis que ex ſemine Dauid venit caro xp̃i for-
mata fuit. Et tñ in ſpeciali.

Si perſona vel natura perſonam vel naturã quã aſſupmſit, ⁊ ſi natura dei incarnata ſit

a

Preterea iqui-
ri oportet cum ex premiſſis con
ſtet verbum dei carnem et ani-
mam ſimul aſſumpſiſſe in vnita
tem pſone. q̃d hoꝝ potius concedendũ ſit
ſcʒ ꝙ pſona pſonã. vel natura naturã. vel
pſona naturã. vel natura pſonã aſſumpſe
rit. Et an ita ↄueniat dici diuinã naturaʒ
eſſe incarnatã: ſicut deus incarnatus ⁊ ver
bũ incarnatũ ſane diciẽ. Hec inq̃ſitio ſiue
querendi ratio. iuxta ſacrarũ autoritatũ te
ſtimonia ꝑtim implicita atq̧ ꝑplexa. ꝑtim
ꝟo explicita eſt ⁊ apta Certũ eſt eñ ⁊ ſine
ambiguitate verũ ꝙ nõ natura pſonã. nec
pſona pſonam. ſed pſona naturam aſſum-
pſit. quod ſanctoꝝ ſubditis comprobaẽ te
ſtimonijs ⁊ aſtruiẽ documẽtis Ait. n. Au
guſti. in li. de fide ad petrũ. De⁹ vnigenit⁹
dũ conciperẽ veritateʒ carnis accepit ex
virgine. ⁊ cum naſcereẽ integritatẽ virgi
nitatis ſeruauit in matre. ⁊ paulopoſt. Sic
deus humanã naturã in vnitateʒ pſone ſu
ſcepit. ꝙ ſe humiliãs p miſericordiã in cor
rupte virginis vterũ ex ea naſciturus im-
pleuit. Formã ergo ſerui. id eſt naturã ſer-
ui in ſuam accepit ille deus pſonam Item
Deus verbũ nõ accepit pſonaʒ hominis
ſed naturã. Iteʒ. dei filius vnigenitus vt
carnẽ hois animãq̧ mundaret ſuſceptiõe
carnis animeq̧ rationalis incarnatus eſt.
His alijſq̧ pluribus autoritatib⁹ euidẽter
oſtenditur. non naturã perſonam. nec pſo

DI. V

Q̃s illa q̃ſtio aperta eſt.

Auguſti.

De ꝗrte questionis ꝑplexa.

nam ꝑſonam. ſed perſonam naturam acce
piſſe. De quarto vero queſtionis articulo
vtrum ſcilicet natura naturam aſſumpſe-
rit: ſcrupuloſa etiam inter doctos queſtio
eſt. Quia ⁊ in hoc plurimum diſſentire vi
dentur: qui autoritate preclari. alijs do/
ctiores in ſacra pagina extiterunt. nec tan/
tum alij ab alijs. verū etiam idem a ſeipſis
diſſonare videntur ſicut ſubiecta capitula
docent. Legitur enim in concilio toletano
viij. traditum ſic. Solum verbum caro fa
ctum eſt: ⁊ habitauit in nobis. et cum tota
trinitas operata ſit formationem ſuſcepit
hominis. quoniam inſeparabilia ſunt ope
ra trinitatis. ſolus tamen filius accepit ho
minem in ſingularitatem perſone. non vni
tatem diuine nature. id eſt quod eſt propri
um filij non qꝺ cōmune eſt trinitati. Item
in concilio. xj. toletano. Unius ſubſtantie
credimus deum patrem ⁊ filium ⁊ ſpiritū
ſanctum non tamen dicimus vt huius tri/
nitatis vnitatem Maria virgo genuerit.
ſed tantum filium qui ſolus naturam no-
ſtram in vnitatem ſue perſone aſſumpſit.
Incarnationem quoqꝫ huius filij dei to-
ta trinitas operata eſſe credenda eſt. So/
lus tamen filius formam ſerui accepit in
ſingularitatem ꝑſone. His inſinuari vide
tur ꝙ perſona tantum naturā. non natura
naturam aſſumpſerit. Si enī qꝺ cōmune
eſt trinitati non accepit hominē. ergo non
natura diuina que cōmunis eſt tribus ꝑſo
nis. Cui videtur obuiare qꝺ Aug⁹. ait in
libro de fide ad Petrum. Nec diuinitas i-
quit xp̄i aliena ē a natura patris. ſm̄ illud
In principio erat verbuꝫ. nec humanitas
eius aliena ē a natura matris. ſm̄ id ꝙ ver
bum caro factum eſt. Illa enī natura que
ſemꝑ genita manet ex patre naturā noſtrā
ſine peccato ſuſcepit vt naſceret̄ ex virgīe
Hac autoritate videt̄ tradi ꝙ diuina natu
ra humanā ſuſcepit. Ubi vehementer mo-
ueri poſſumus ꝙ eam genitam eternaliter
ex patre dicit niſi forte natura pro perſona
hic accipiat̄ alioquin ſi dixerimus naturā
tribus ꝑſonis communem genitam eſſe oc
currunt nobis ex aduerſo que ī tractatu ꝺ
trinitate diſſeruimus. vbi diximus nō na-
tura naturam. ſed perſona perſonaꝫ genu
iſſe. Quia ſi natura genuiſſet naturam cuꝫ
vna edemqꝫ ſit natura trinitatis. eadē res
ſeipſam genuiſſet. Quod Aug⁹. fieri poſſe
negat. Sed alibi certum reperimus docu
mentum. quo natura naturam aſſumpſiſſe
monſtrat̄. Ait enī Auguſti. in primo libro

De toletano cōcilio hic ponit ea quibus innui videtur naturam non accepiſſe naturam.

Hic ponit ea quibus ꝓbatur non accepiſſe naturā.

de trinitate. Etiam ſeipſo chriſtus factus
eſt minor formā ſerui accipiens. Neqꝫ enī
ſic accepit formā ſerui vt amitteret formaꝫ
dei. in qua erat equalis patri. vt ⁊ in for/
ma ſerui ⁊ in forma dei idē ipſe ſit vnigeni
tus fili⁹ patris. quia forma dei accepit for
mā ſerui. Si autem forma dei formam ſer-
ui accepit ſine dubio natura naturam acce
pit. Forme enī nomine nature ſignificatur
vt Auguſtinus euidēter docet in libro de
fide ad Petrū. Cū inquit de chriſto audis
quia ī forma dei erat. oportet te agnoſcere
firmiſſimeqꝫ tenere in illo forme nomīe na-
turalem plenitudinem debere intelligi. In
forma dei ergo erat. quia in natura dei pa-
tris ſemꝑ erat de quo natus erat. Hylari⁹
quoqꝫ in. xij. libro de trinita. ita ait. Eſſe ī
forma dei nō alia intelligentia eſt ꝙꝫ in dei
manere natura. Didiciſti nomine forme in
telligentiaꝫ fieri nature. ⁊ audiſti ꝙ forma
dei formā ſerui ſuſcepit. Unde cōſequens
eſt ꝙ natura diuina naturā humanā ſuſce
pit. Quod etiam Hiero. in explanatione fi
dei euidēter inſinuat inquiēs. Paſſus eſt
filius dei nō putatiue ſ; vere. ſm̄ illud paſ-
ſus eſt qꝺ pati poterat. i. non ſm̄ illam ſub
ſtantiam que aſſumpſit. ſed ſm̄ illā que aſ
ſumpta eſt. Ex quo apparet diuinā ſubſtā
tiam aſſumpſiſſe humanā. Ex verbis aūt
Auguſtini ſuperius poſitis adhibita dili/
gentia innui videt̄ ſolum verbū carnem fa
ctum ⁊ naturam ſolum ſuſcepiſſe humanā
⁊ diuinam naturam eandem accepiſſe. Ait
enī Trinitas nos ſibi recōciliauit ꝑ hoc ꝙ
ſolum verbum carnē ipſa trinitas fecit In
quo ſic veritas incōmutabilis manet diuī
ne humaneqꝫ nature. vt ſicut vera ſemꝑ ē
eius diuinitas quā de patre habet. ita ve/
re ſemꝑ ⁊ incōmutabilis ei⁹ ſit humanitas
quam ſibi vnitam ſumma diuinitas gerit
Ecce ⁊ ſolum verbum dixit carnem factū
⁊ humanitatem diuinitati vnitam. Idem
quoqꝫ ſuperius dixit ſeruilem formaꝫ a ſo
lo filio ſuſceptam quam tota trinitas fecit.
Iam facile eſt agnoſcere ꝙꝫ diuerſa ⁊ mul-
tiplicia ſuꝑ queſtione ꝓpoſita autores tra
diderunt. Ideoqꝫ poſteriores ea legentes
varias atqꝫ cōtrarias ex predictis occaſio
nem ſumentes promunt ſententias.

Quid forme nōīe intelligatur.

Hylarius.

Hierony.

Quid de hoc tenendum ſit. b

Nos autē omnis
mendatij et contradictionis notam a ſa/
cris paginis ſecludere cupientes. orthodo
xis patribus atqꝫ catholicis doctoribus

nulla praue intelligentie ſuſpitiõe notatis conſentimus dicentes. ⁊ perſonam filij aſſumpſiſſe naturã humanã. ⁊ naturã diuinã humane nature in filio vnitã. eamq; ſibi vniſſe vel aſſumpſiſſe. Unde ⁊ vere incarnata dicit̃. Qꝛ vero dicit̃ ſolus fili⁹ formã ſerui accepiſſe. p hoc nõ excludit̃ diuina natura ab acceptõne ſeruilis forme. ſed alie due perſone pater ſcʒ ⁊ ſpiritusſanct⁹.

Determinatio autoritatum.

Iſta eſt diſtinctio. xxvij. huiꝰ tertij libri. In qua magiſter poſtq̄ egit d̄ fide ⁊ ſpe. Incipit agere d̄ ipa charitate. Et tria facit. Nā p̄mo determinat charitatis q̄dditatē. Scđo inq̄rit ipiꝰ vnitatē. Tertio oñdit modū diligēdi ⁊ eiꝰ ꝯgruitatē. Primū facit vſqꝫ ibi. Sed q̄rit̄. Scđm vſqꝫ ibi. Cōſequēter modū. Tertiuꝫ v̄o vſqꝫ ad finē diſ. In ſpāli ſnīa magiſtri ſtat in tribꝰ ꝓpoſitiōibus quaꝝ p̄ma ē hec Charitas dilectio dicit̄ q̄ deus ꝓp̄t ſe ⁊ ꝓximꝰ ꝓp̄t deū diligit̄. Hāc mgr̄ inſinuans dicit. q̄ lꝫ xp̄s fideꝫ ⁊ ſpem nō habuerit vt dictū eſt in fine p̄cedentis diſtinctionis: habuit tñ inquātū hō tantā charitateꝫ q̄ maior eſſe nō pōt: qđ patuit in hoc q̄ animā ſuā pro nobis poſuit: in quo facto ad diligēdū nos inſtruxit ⁊ exemplū dedit. De charitate aūt quid ſit ⁊ de mō ⁊ de ordine diligendi deū ⁊ ꝓximū iā reſtat inquirēdū. Uñ ꝯñr charitatē deſcribēs dicit. Charitas eſt dilectio qua diligit̄ deꝰ ꝓpter ſe ⁊ ꝓximꝰ ꝓpter deum. Et cōtinet duo mādata quoꝝ p̄mū eſt diligere deū. Scđm ē diligere ꝓximū in quibus duobus p̄ceptis tota lex pendet ⁊ ꝓphete. Scđa ꝓpoſitio eſt hec. Tm̄ vna eſt dilectio qua deus ⁊ ꝓximꝰ diligun tur. lꝫ ꝓpter diuerſa dilecta ſm diuerſos dilectōis motus geminet̄. Hāc ꝓpoſitionē mgr̄ ponēs querit Utrū vna ⁊ eadē ſit dilectio qua diligimus deū ⁊ ꝓximū: vel diuerſe. Et rñdet q̄ ſit vna ⁊ eadē dilectio cū ſit ſpūſſctūs vt dictū eſt in p̄mo libro. Sed differt quo ad hoc: q̄ deū diligimꝰ ꝓpter ſe ⁊ ꝓximū ꝓp̄t deū. Et hoc ꝯfirmat autoritate be. Aug. Et ſubdit q̄ q̄uis vna dilectio d̄r. geminat̄ tñ ꝓpter duo dilecta. ſ. deū ⁊ ꝓximū: ꝓpter qđ etiā ſunt duo dilectionis mādata. Nā lꝫ ſit vna dilectio: diuerſa tñ diligere p̄cipimur. vel d̄r gemina ꝓpter duos motꝰ dilectionis q̄ in mente gerunt̄. ſ. ad deū ⁊ ad proximū diligendū. Tertia ꝓpoſitio eſt hec: vt charitas qua diligimus diuerſa diligibilia nobis p̄cipit̄: ita cuilibet dilecto certus modus diligendi p̄ſcribit̄. Hanc mgr̄ ponēs dicit q̄ modꝰ quo diligere debemꝰ ꝓximū ꝓpter deū tāgit̄ in ſcp̄tura cū d̄r. Diliges ꝓximū tuuꝫ ſicͭ teipm̄. i. eodē mō diligere debes ꝓximuꝫ. Modꝰ aūt dilectionis dei exprimit̄ cū d̄r: Diliges dñm deū tuum ex toto corde tuo ſcꝫ intellectu: ⁊ ex tota aīa. id eſt. volūtate: ⁊ ex tota mente. i. memoria. Ita vt oēꝫ cogitationē: oēm vitā vel motū et oēm intellectū ad ip̄m referas a quo oīa predicta hēs. Et ſubdit q̄ iſte modus dilectionis dei nō pōt impleri in via ex toto. ſꝫ in pte q꞉ ſicut in via impfecte: ⁊ ex pte deū cognoſcimꝰ: ſic etiā ipfecte ⁊ ex pte eū diligimꝰ: qđ probat p̄ hoc q̄ i pñti p̄ rebellionē carnis ad ſpm̄ ipedimur a pfecta dilectione: q̄ rebellio q꞉ in patria nō erit: iō pfecte ibi diligimꝰ. Uñ q̄rit ꝯñr. Ex quo mandatuꝫ de dilectōe dei in pñti nō valet impleri: cur tūc datū eſt ipis viatoribꝰ. Et rñdet p̄ ſile: ſicut nullus ſciret recte currere niſi ſciret quo currēdū eſſet: ſic nec deus diligi ſciret̄ niſi dilectio p̄ p̄ceptū aliquod oſtēderet̄: ⁊ lꝫ p̄ceptū illud in via totaliter ipleri nō valeat tñ pt̄ impleri ex pte. ſ. ſm pfectionē vie ſeu viatoris. Et ſubiūgit q̄ p̄dicta duo charitatis p̄cepta ſic ſunt ꝯnexa: q̄ vnū ſepe p̄ vtroqꝫ ponit̄ ⁊ hoc nō imerito cum deus ſine proximo ⁊ ꝓximus ſine deo diligi nō pōt. Nam qui deū diligit nō contēnit ꝓximū quē deus diligit ⁊ q̄ ꝓximū diligit nihil diligit in eo niſi deum: vt oſtendit in littera exēplo ⁊ autoritate. Et tñ in ſpeciali.

Si illo precepto iubemur diligere totũ ꝓximũ ⁊ nos totos. a

DI.XXV III b **Icpõt queri** vtꝝ illo mãdato dilectiõis ꝓximi totũ ꝓximum.i. aiam ⁊ corpꝰ noſq; ipos totos diligẽ ꝑcipiamur Ad qđ dicimꝰ oẽ genꝰ diligẽda rũ rerũ in illꝰ duobꝰ mãdatꝭ ꝯtineri. Quat

Aug. in li. de doctri. xpi. tuoꝛ eñ diligẽda ſunt vt ait Aug. vnũ qđ ſupꝛa nos eſt ſcʒ deꝰ. Alterũ qđ nos ſumꝰ Tertiũ qđ iuxta nos ẽ.ſ. ꝓximũ. Quartũ qđ infra nos eſt.ſ. coꝛpus. De ſcđo ⁊ q̃rto nulla ꝑcepta dãda erãt ſcʒ vt diligeremus nos vel coꝛpus nr̃m. Precipit aũt deꝰ dili gi ⁊ ꝓximus. Ut aũt q̃ſq; ſe diligat ꝑce pto nõ eſt opꝰ. Quãtũlibet eñ hõ excidat a veritate: remanet illi dilectio ſui et dile ctio coꝛpis ſui: q: nemo vnq̃ carnem ſuaʒ odio habuit. Nã viri iuſti q̃ coꝛpꝰ ſuũ cru ciãt: nõ coꝛpꝰ ſꝫ coꝛruptiões eiꝰ et pondus oderunt. Hic videt Aug. tradere ꝙ ex pre cepto nõ teneamur diligẽ noſmetipſos vel coꝛpꝰ noſtrũ. Qđ ſi eſt: nõ oẽ genꝰ diligen darũ reꝝ illis duobꝰ ꝑceptis ꝯtinet: q: cũ ⁊ noſipſos ⁊ coꝛpꝰ noſtrũ diligere debea mus ad q̃d neceſſariũ eſt ꝑceptũ cum ſcri ptũ ſit. Qui diligit iniq̃tatẽ odit aiam ſuã. Sed ſpeciale de hoc ꝑceptũ nõ erat dãduʒ nec ſpeciali ꝑcepto opꝰ erat id tradi: vt q̃ſ q; ſe vel coꝛpꝰ ſuũ diligeret: q: hoc in illo ꝑ cepto ꝯtinet: diliges ꝓximũ tuũ ſicut teip ſum. Ibi eñ ⁊ ꝓximũ totũ: ⁊ te totuʒ intel

Augusti. ligere debes. Uñ Augꝰ. in eodeʒ. Si te to tũ intelligas.i. aiam ⁊ coꝛpꝰ ⁊ ꝓximũ tuuʒ id ẽ. aiam ⁊ coꝛpꝰ. hõ eñ ex aia ꝯſtat ⁊ coꝛ poꝛe: nullũ rerũ diligẽdarũ genꝰ in his du obus ꝑceptis ꝑtermiſſum eſt Cũ eñ ꝑcur rat dilectio dei: eiuſq; dilectõis modus ꝑ ſcriptꝰ appareat: ⁊ ſequat dilectio ꝓximi: de tua dilectione nihil dictũ videt. Sʒ cũ dictũ eſt: Diliges ꝓximũ tuũ ſicut teipm ſimul ⁊ tui: abs te dilectio ꝑtermiſſa nõ eſt Ecce hic aperte dicit in illo ꝑcepto nõ tan tũmodo ꝓximi: ſed et mei dilectionẽ ꝯtine ri ⁊ totiꝰ ꝓximi totiuſq; mei. Ex quo appa ret ꝙ dictũ eſt de ſcđo ⁊ quarto.i. de dile ctiõe nr̃i ⁊ coꝛpis noſtri nulla ꝑcepta dan da: ita eſſe intelligenduʒ.ſ. ſpecialia ⁊ diui ſa: q: in illo vno totũ cõtinet: ⁊ q: id qđ ſu mus: ⁊ qđ infra nos eſt ad nos tñ ꝑtinens nature lege diligimꝰ que in beſtijs etiã eſt Ideoq; ⁊ de illo qđ ſupꝛa nos eſt: ⁊ de illo qđ iuxta nos eſt: diuiſa ꝑcepta ſumpſimꝰ.

In quoꝛũ altero eiꝰ qđ ſumus ⁊ illiꝰ qđ in fra nos ẽ dilectio ꝯtinet. (Sic cõdita eſt Hic textꝰ in li

mens hũana vt nũq̃ ſui nõ meminerit: nũ bris antiq̃s ñ

q̃ ſe nõ intelligat: nunq̃ ſe non diligat: ſed inuenit. Imo

q̃ñ qui odit aliquẽ nocere illi ſtudet. Non eſt q̃dã expoſi

immerito ⁊ mẽs hois q̃ñ ſibi nocet ſe odiſ tio ipiꝰ text9.

ſe dr̃. Neſciẽs eñ ſibi vult male: dũ nõ pu tat ſibi obeſſe qđ vult: ſed tamen male ſibi vult q̃ñ illud odit quod obſit ſibi ſꝫm illud Qui diligit iniq̃tatẽ odit aiam ſuam. Qui ergo diligere ſe nouit deũ diligit. Qui vͦo nõ diligit deũ: etiã ſe nõ diligit: qđ ei natu raliter inditum eſt: tñ non incõgrue ſe odiſ ſe dicit cũ id agit quod ſibi aduerſat: et ſe ipm tanq̃ ſuus inimicus inſequit)

Si in illo precepto cõtinetur dile ctio angeloꝛũ. b

Oritur autẽ hic de angelis queſtio: vtrũ ad illud ꝑceptũ dile Aug. in li. de

ctionis ꝓximi etiaʒ dilectio ꝑtineat ange doc. xpi.

loꝝ. Nã ꝙ nullũ hoiem exceperit qui ꝑce pit ꝓximũ diligere dñs in parabola ſemi uiui relicti oñdit: eũ dicens ꝓximum q̃ er

ga illum extitit miſericoꝛs. Deinde ſubdit Quid ſit pro

vade ⁊ tu fac ſilr̃. Ut eñ eũ ꝓximũ itelliga ximus.

mus cui vel exhibendũ eſt officium miſeri coꝛdie ſi indiget: vel exhibendũ eſſet ſi in digeret: nullũ vͦo exceptuʒ eſſe cui miſcdie negandũ ſit officiũ: quis nõ videat: cũ vſq; ad inimicos etiã poꝛrectũ ſit dño dicente. Diligite inimicos veſtros ⁊ benefacite his qui oderũt vos. Manifeſtuʒ eſt ergo om nem hoiem proximũ eſſe deputãdũ. Pro ximi vͦo nomẽ ad aliq̃d eſt. nec quiſq; eſſe proximꝰ niſi proximo põt. Uñ cõſequens eſt ⁊ cui ꝑbendũ ⁊ a quo ꝑbẽdũ eſt officiũ miſericoꝛdie recte proximũ dici. Manife

ſtum eſt ergo ꝑcepto dilectiõis ⁊ proximi Q angeli in il

etiã ſanctos angelos cõtineri. A q̃bus tan lo ꝑcepto con

ta nobis miſericoꝛdie impẽduntur officia tinentur.

Ex quo ⁊ dñs proximũ ſe noſtrũ dici vo luit: vt in parabola ſaucij oſtendit ⁊ in pro

pheta. Quaſi proximũ ⁊ q̃ſi fratrẽ noſtrũ Q etiã xp̃s ꝓ

ſic cõplacebaʒ. Sʒ q: excellentioꝛ ac ſupꝛa ximꝰ noſter eſt

noſtrã naturã eſt diuina ſubſtãtia: ꝑceptũ ſꝫm ꝙ homo.

dilectionis dei a ꝓximi dilectiõe diſtinctũ eſt. Ideoq; lʒ nobis deꝰ omnia impendat beneficia: nõ tñ noie proximi icludit in illo ꝑcepto: quẽ nõ ſicut nos diligere debemꝰ ſed pluſq; nos toto coꝛde ⁊ aia. Chꝛiſtum vͦo inq̃tuʒ hõ eſt: ſicut nos diligere debe mus: eiuſq; ſꝫm hoiem dilectio illo ꝯtinet mãdato: quẽ etiã ſꝫm hoiem magis q̃ nos

ſed non q̄tum deum debemus diligere:q:
inquātum eſt homo:minoꝛ eſt deo.

Quibus modis d̄r ꝓximꝰ. c

Hic notandum eſt

proximū dici diuerſis modis.ſ.cōditione
prime natiuitatis:ſpe cōuerſionis:propin
quitate cognationis: ratione beneficij ex=
hibitionis.

Iſta eſt diſtinctio.xxviij.huiꝰter
tij libri. In qua magiſter poſtq̄ egit d̄ charitate ſm
ſe. Agit de numero diligendoꝝ. Et tria facit. Nam
primo inquirit an totus homo.ſ.interioꝛ ⁊ exterioꝛ
in p̄cepto dilectiōis ꝓximi cōtineat̃. Scd̄o an idē p̄
ceptū vſq̄ ad angeloꝝ dilectionē extendat̃. Tertio
ſubinfert q̄ hoc nomē ꝓximus diuerſimode accipia
tur. Primū vſq̄ ibi. Dicit̃ autē. Scd̄m vſq̄ ibi. Hic
notandū. Tertiū vſq̄ ad finē diſ. In ſpāli ſnīa mgr̄i
ſtat in tribus ꝓpoſitionibꝰ quarū prima eſt hec. De
dilectiōe corꝑis ⁊ aīe ꝓximi nō ſūt diſticte data duo
ſpecialia mādata. Hāc magiſter ponēs querit. Utꝝ
in mādato dilectionis ꝓximi totū ꝓximū.i.animaꝫ
⁊ corpus ipſius diligere p̄cipiamur. Et rn̄det q̄ ſic.
q: in p̄dictis duobus mādatis.ſ.dilectiōis dei ⁊ ꝓ=
ximi omne genus rerū diligendarū cōtinet̃. Nam ex
charitate quattuoꝛ ſunt diligēda ſm be. Aug.ſ.de=
us proximus aīa ⁊ corpus. Sed de dilectiōe aīe et
corꝑis non opoꝛtebat aliqua p̄cepta dari ſicut de di
lectione dei ⁊ proximi:eo q̄ q̄libet hoīm dilectio ſui
ipſius ⁊ etiam aīe ⁊ coꝛpoꝛis ſit naturaliter inſerta.
Nec obſtat q̄ martyres ſe moꝛti exponendo vident̃
carnē ſuā odiſſe:q: nō oderūt ſe vel carnē ſuā ſ⁊ coꝛ=
poꝛis pondus ⁊ vitia. Scd̄a propoſitio eſt hec. Pre
ceptū dilectiōis proximoꝝ etiā extēdit ſe ad dilectio
nem angeloꝝ. Hāc mgr̄ ponēs querit. Utrum etiaꝫ
dilectio angeloꝝ ſub dilectōe proximi ꝯtineat̃. Pro
cuius reſpōſione p̄mittit q̄ ꝑ nomē proximi quilibet
hō intelligit̃:cui adhibēdū eſt opꝰ miſcdie ſi indiget
ſicut patet in parabola ſemiuiui ꝑ ſamaritanū in ſta
bulū adducti. Nomē etiā ꝓximi ad aliq̄d eſt:q: nul=
lus pōt eſſe ꝓximus niſi proximo:ita q̄ ꝓximꝰ ipſi
eſt ꝓximus. Unde ſequit̃ q̄ nō ſolū ille cui p̄bendū
eſt opus miſericoꝛdie ſed etiā ille a quo beneficiū ali
qd̄ recipit̃ proximus dicat̃. Cuꝫ igitur multa miſeri
coꝛdie bn̄ficia nobis impendāt: ſequit̃ ipos noſtros
foꝛe proximos:⁊ ꝑ ꝯſequēs eoꝝ dilectionē cōtineri
ſub mandato dilectionis dei ⁊ proximi. Et ſubdit ꝓ
excluſione cuiuſdā dubitationis q̄ q̄uis ꝓximus di
catur a quo minime bn̄ficiū ꝛecipimꝰ: dilectio tn̄ dei
a quo oīa habemꝰ ſub mādato dilectiōis ꝓximi nō
ꝯtinetur:ſed ſpeciale p̄ceptū hꝫ:eo q̄ debemus deū
pluſq̄ noſmetipos diligere:proximū aūt ſicut nos.
Attamē dilectio chriſti inq̄tum hō ſub mādato dile
ctiōis ꝓximi eſt ſeu cōtinet̃:queꝫ lꝫ debeamus plus
q̄ nos diligere:minus tn̄ q̄ deū. q: inq̄tū homo mi=
noꝛ eſt deo. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Proximꝰ dicit̃
quattuoꝛ modis.ſ.natiuitatis ꝯditione. ꝯuerſionis
ſpe:bn̄ficij exhibitōe:⁊ propinquitate cognationis.
Hāc mgr̄ ponēs dicit q̄ q̄ttuoꝛ modis aliqui poſſūt
dici proximi.ſ. Uno modo ratione p̄me natiuitatis
⁊ ſic oēs hoīes ſunt proximi. Alio mō ſpe conuerſio
nis:ſicut oēs fideles q̄ ſunt vel qui futuri ſunt. Ter=
tio mō propinquitate cognatiōis ſicut parētes ⁊ cō
ſanguinei. Quarto mō rōe bn̄ficij exhibiti: ⁊ ſic an
geli ſunt ꝓximi noſtri. Et tn̄ in ſpeciali.

De oꝛdine diligēdi quid prius q̄d
poſterius. a

Poſt predicta

DI.XXIX

p de oꝛdine charitatis agendū
eſt:q: dicit ſpōſa Introduxit
me rex in cellā vinariā: ⁊ oꝛdi
nauit in me charitatē. Videamꝰ ḡ oꝛdineꝫ
q̄d p̄us quid poſteriꝰ eſſe debeat. Peccat
eīn q̄ p̄poſtere agit. Nam ſcire q̄d facias ⁊
neſcire oꝛdinē faciēdi: nō eſt ꝑfecte cogniti
onis. Oꝛdinis nāq̄ ignoꝛantia conturbat
meritoꝛū foꝛmā. Oꝛdinem auteꝫ diligendi
Augꝰ.inſinuat dicens. Iſ̄pe eſt q̄ oꝛdinatā
habet dilectionē:ne aut diligat qd̄ non eſt
diligendū:aut nō diligat qd̄ diligendū eſt
aut eque diligat qd̄ minus vel amplius di
ligendū eſt:aut minus vel amplius qd̄ eq̄
diligendū eſt. Oīs pctōꝛ inq̄tum pctōꝛ ē:
nō eſt diligēdus:⁊ oīs homo inquātuꝫ eſt
hō diligēdus eſt ꝓpter deū. Deus vero ꝓ
pter ſeipum:⁊ deus ꝓpter ſe omni hoī am
plius diligēdus eſt:⁊ ampliꝰ quiſq̄ debet
deū diligere q̄ ſeipm̄. Iteꝫ amplius alius
hō diligēdus eſt q̄ corpus noſtrū:q: ꝓpt̄
deū oīa iſta diligenda ſunt:⁊ pōt nobiſcuꝫ
deo hō ꝑfrui:qd̄ nō pōt coꝛpus. q: coꝛpꝰ
ꝑ animaꝫ viuit qua fruimur deo. Audiſti
aliqua de oꝛdine charitatis vbi exp̄ſſū eſt
nos ampliꝰ debere diligere deū q̄ oēs ho=
mines vel noſipos:⁊ ampliꝰ aīam alicuiꝰ
hoīs q̄ corpus nr̄m. In enumeratiōe etiā
quattuoꝛ diligendoꝛuꝫ ſupius poſita:priꝰ
ponit̃ qd̄ ſupra nos ē. Scd̄o qd̄ nos ſumꝰ
Tertio qd̄ iuxta nos eſt. Quarto qd̄ infra
nos eſt: vbi oꝛdo diligendi inſinuari vide
tur ex rōne numeratiōis. Nō eſt aūt aper=
tū vtrū oēs hoīes pariter diligere debea=
mus ⁊ tātū quātum nos vel minus.

Aug.in li. de doc.xpi.

Nota oꝛdineꝫ charitatis.

An omnes hoīes pariter diligen=
di ſint. b

Unde etiaꝫ ſuper

h ſepe mouet̃ q̄ſtio quā ꝑplexā faciūt ſctō
rū v̄ba varie ꝓlata. Quidā eīn tradere vi
dent̃ q̄ pari affectu oēſ diligēdi ſint:ſ⁊ in ef
fectu.i.in exhibitōe obſequij diſtinctio ob
ſeruāda ſit. Un̄ Aug. oēs hoīes eque dili=
gēdi ſunt. Sꝫ cū oībꝰ ꝓdeſſe nō poſſis his
potiſſimū ꝯſulendū ē:q̄ ꝓ locoꝝ ⁊ tpm̄ vel
q̄rūlibet reꝝ opoꝛtunitatibꝰ cōſtrictiꝰ vel
q̄ſi q̄dā ſoꝛte iungunt̃. Pro ſoꝛte eīn habē
dū eſt:q̄ q̄ſq̄ tibi tpaliter colligatiꝰ adhe
ret ex quo legis potiꝰ illi dandū eſſe. Ideꝫ

Aug.in li. de doct.xpiana. Autoꝛitates ponit q̄ videt̃ dicere oēs pariter diligendos eē:ſ⁊ i effectu differentiam eſſe.

ſup epl'am ad Gal'. Opemur bonũ ad om/
nes: maxime autẽ ad domeſticos fidei. id ē
ad xp̄ianos. Omnib' eñ pari dilectiõe vi
ta eterna optanda eſt: ⁊ ſi nõ oibus eadem
pñt exhiberi dilectionis officia q̄ fratrib'
maxie ſũt exhibẽda: q2 ſunt iuicẽ mẽbra q̄
hñt eũdẽ patrẽ. ſ. deũ. His alijſq3 teſtimo-
nijs innitunt̃ q̄ dicunt oẽs hoies parit̃ di/
ligẽdos eẽ charitatis affectu: ſ3 in opis ex
hibitione differentiã.

Que his repugnare vident̃. c

Quibus obuiat il-
lud p̄ceptũ legis de diligẽdis parentibus
Honora patrẽ tuũ ⁊ matrẽ vt ſis longeu'
ſup terrã. Ut q̄d eñ ſpālit̃ illud p̄ciperet̃
de parẽtibus niſi maiori dilectiõe forẽt di/
ligendi. Sed hoc illi referẽdu3 dicũt ad ex
teriorẽ exhibitionẽ: in qua p̄ponendi ſunt
parentes. Uñ honora dixit nõ dilige. Ob
uiat etiã illud qd Hierony. ſup Ezechielẽ
ait. ſ. vt ordine charitatis ſicut ſcriptũ eſt.
Ordinauit i me charitatẽ. Poſt oim p̄re3
deum: carnis q3 pater diligat̃: ⁊ mater ⁊ fi
lius: ⁊ filia frater ⁊ ſoror. Amb. q3 diligen
di exprimẽs ordinẽ ſup illud canticoꝝ ca-
pitulo p̄mo. Ordinauit i me charitatẽ ait:
Multoꝝ charitas inordinata eſt qd in p̄-
mo eſt ponũt tertiũ vel quartũ. Primo de
us diligendus eſt: ſcdo parentes: inde filij
poſt domeſtici qui ſi boni ſũt. malis filijs
p̄ponendi ſunt. Scdm hoc in euãgelio ad
cuiuſq3 dilectionẽ: p̄priu3 ponit: Diliges
dñm deũ tuũ ex toto corde tuo ⁊ ex oibus
viribus tuis: ⁊ p̄ximũ tuũ ſicut teipſum: ⁊
inimicos nõ ex tota virtute: non ſicut teip-
ſu3 ſed ſimpliciter: ſufficit eñ q' diligim' ⁊
non odio habemus. Ecce ex p̄miſſis aper-
te inſinuat̃ que in affectu charitatis diſtin
ctio ſit habẽda. vt differenti affectu nõ pa-
ri homines diligam': ⁊ ante omnia deũ ſe/
cundo noſip̄os tertio parẽtes: inde filios
⁊ fratres: poſt domeſticos: demum inimi
cos diligam'. Sed inquiũt illi que de ordi
ne dilectionis ſupra dicunt̃ eſſe referenda
ad operꝝ exhibitionẽ: que differẽter proxi
mis exhibenda ſunt. Primo parẽtib': in-
de filijs: poſt domeſticis: demũ inimicis.
Deũ vero tã affectu q3 obſequij exhibitio
ne: ante omnia diligendũ.

Qd aliqui eorũdem tantu3 proxi
mos quantũ nos debere diligere
tradunt. d

Quorum etiã non
nulli tradũt affectu charitatis tm̃ p̄ximos
eſſe diligendos q̄tu3 noſipſos diligimus.
Quod cõfirmãt autoritate Auguſtini qui
ait. Nec illa iã queſtio moueat: q̄tũ chari
tatis fratri debeamus impẽdere quantu3
deo. Incõparabiliter plus deo q3 nobis:
fratri xo q̄tũ nobis. Nos aũt tãtomagis
diligim': quãtomagis diligim' deũ. Ex h
⁊ ex p̄miſſis teſtimonijs Aug. aſſerũt oẽs
hoies pariter eſſe diligẽdos a nobis: ⁊ tan
tũ quãtũ nos: deũ aũt pluſq3 nos: corpus
vero noſtrũ min' q3 nos vel p̄ximos. Nec
in enumeratiõe p̄miſſa quattuor diligẽdo
rũ ordinẽ diligẽdi aſſignari dicunt: ſed tm̃
que ſunt diligenda.

Augu. in. viij li. de trini.

Scdm alios non pari affectu oẽs
diligendi ſunt. e

Uerum q2 premiſ
ſa verba Ambroſij ordinẽ diligendi ſ3m af
fectũ magis q3 ſ3m effectũ diligenter intuẽ/
tibus explicare vident̃: nõ indocte alij di-
cunt nõ mõ in exhibitione opis: ſed etiam
in affectu charitatis ordinẽ differente3 eſſe
ſtatutũ: vt ante omnia diligamus deu3: ſe-
cundo nos: tertio parentes: quarto filios
vel fratres: ⁊ hmõi: poſtea domeſticos: de
mũ inimicos. Qd vero Augu. dicit pariter
omnes eſſe diligẽdos: ⁊ pari dilectiõe om
nibus vitã optanda3: ita accipi põt vt pa
ritas nõ ad effectũ referat̃: ſed ad bonũ qd
eis optat̃: q2 charitatẽ omnib' optare de-
bemus vt paria bona mereant̃. Sicẽ aplus
dicit: Uolo oẽs hoies eſſe ſicut me. Optã
da eſt eñ minoribus p̄fectio maioꝝ vt ipi
fiãt p̄fecti: ⁊ ſic parẽ mereãtur beatitudinẽ
vel pari dilectiõe. i. eadẽ dilectiõe oẽs dili
gẽdi ſũt. Itẽ qd ait: vt tãtu3 diligam' f'res
quãtũ nos. ita intelligi põt. i. ad tãtũ bonũ
diligam' f'res ad quantũ nos: vt tãtu3 bo
nũ eis optem' in eternitate quãtu3 nobis:
⁊ ſi nõ tanto affectu. Uel ibi q̄tu3 ſimilitu
dinis eſt: non quãtitatis.

Determinatio autoritatu3 q̄ vident̃ aduerſari.

Queſtio d parẽtib' bonis ⁊ mal'. f

Volet etiam queri
ſi parẽtes nr̃i mali ſint: vl' filij vl' f'res. An
magl vl' min' diligẽdi ſint alijs bonis: hac
rõe nob nõ copulatis Uidr q' magl ſint di
ligẽdi boni. q̄ nobis carne nõ ſunt ↄiuncti
q3 mali carne ↄiuncti: q2 nobis ſũt coniun-

cti corde glutino charitatis. Sanctior eſt
Beda eñ copula cordiũ q̃ corporũ. Uñ Beda.
de illis verbis dñi. Mater mea ⁊ fratres
mei hi ſunt q̃ verbũ dei faciũt: ait: Non in
turioſe negligit matrẽ: nec mater negatur
que etiã de cruce agnoſcit: ſed religioſio-
res monſtrant copule mentiũ q̃ corporũ.
Uerũtamen latebroſa queſtio eſt hec: nec
a nobis plene abſoluenda: ꝓpterantib⁹ ad
alia. Mouemur ei ſup verbis illis quib⁹
inimicos non ex tota virtute nõ ſicut teip/
ſum iubet diligere: ꝫ ſimpl'r. Sufficit eñ ꝙ
diligimus ⁊ non odio habemus. Qđ non
ita accipiendũ eſt quaſi ſufficiat tibi dilige
re inimicũ ⁊ nõ ſic teipm: q̃ oẽs ⁊ amicos
⁊ inimicos ſicut teipm diligere debes. Sꝫ
ad oñdẽdũ gdus diligẽdi deũ nõ ꝓximũ:
⁊ inimicũ q̃ñ ꝓximus eſt: ꝓpria dñs po/
nit cũ ait. Diliges deũ ex tota virtute tua
⁊ ꝓximũ ſicut teipm. Nõ ait ex tota virtu
te vt oñdat ꝓximũ diligendũ min⁹ q̃ deũ.
Dicit etiã diligite inimicos: nec addit ex
tota virtute: nec ſicut teipm ꝫ ſimpl'r. Suf
ficit eñ ꝙ diligim⁹ ⁊ ñ odio habeam⁹. id ẽ
ſufficit dicere vt diligamus ⁊ nõ odio ha/
beamus: non q̃n eos diligere debeamus ſi
cut nos: q̃ ꝓximi ſũt: ſed ſufficit ſi eos mi/
nus diligim⁹ q̃ alios ꝓximos: qđ dilecti/
onis genus innuit.

Queſtio Auguſ. in libro retracta tionum. g

Queri etiam ſolet

Aug⁹. in li. re tractationum cur dñs ꝓcepꝫit diligere inimicos: cũ ali-
bi precipiat odio habere parentes et filios
Ad qđ dicendũ eſt duo eſſe diligẽda in ho
mine naturã ⁊ virtutẽ: vitiũ vero et pctm̃
odiẽdũ. Et parẽtes ĝ inq̃tũ mali ſunt odi
endi ſunt: ⁊ inimici diligẽdi inq̃tũ hoies.
Diligam⁹ ĝ iimicos lucrandos regno dei
⁊ odiamus ꝓpinquos ſi impediunt nos a
regno dei ⁊ in oibus cõmuniter naturam
diligamus: quã deus fecit.

De gradibus charitatis. h

Sciendum quoqꝫ

eſt diuſos eẽ gdus charitatis. Eſt eñ cha
ritas icipiẽſ ꝓficiẽs ꝑfecta ꝑfectior ꝑfectiſ
Augu. ſuper Epis Johis. ſima. Uñ Aug⁹. Perfecta charitas hec ẽ
vt quis paratus ſit ꝓ fratrib⁹ etiam mori.
Sed nũq̃d mox vt naſcit̃ iã ꝓrſus ꝑfecta
eſt: imo vt ꝑficiat̃ naſcit̃: cũ fuerit nata nu
tritur: cũ fuerit nutrita roborat̃: cũ fuerit
roborata ꝑficit̃: cũ ad ꝑfectionẽ venerit di
cit: cupio diſſolui ⁊c̃. Hic aperte ꝓgreſſus
⁊ ꝑfectio charitatis inſinuat̃. Quã ꝑfecti
onẽ etiã veritas cõmẽdat dicẽs. Maiorẽ
hac dilectõẽ nemo hꝫ q̃ vt aiã ſuã ponat
q̃s ꝓ amicis ſuis. Qđ vtiq̃ dictũ ẽ đ ope di
lectõis: q̃ maior dilectõis effect⁹ nõ eſt: q̃
ponere aiam ꝓ alijs. Nec te moueat qđ ait
ꝓ amicis. q̃ eñ ponit aiã ꝓ amicis: ponit
⁊ ꝓ inimicis ad hoc vt ⁊ ipſi fiant amici.

Iſta eſt diſtinctio. xxix. hui⁹ ter

tij libri. In qua mgr̃ poſtq̃ egit de numero diligẽdo
rũ. Incipit agere de ordine diligẽdi reſpectu ipſorũ
diligẽdoꝝ. Et tria facit. Primo eñ ponit ordinẽ di-
ligẽdi explicite diligẽdoꝝ generalit̃. Scđo explicite
quorũdã diligẽdoꝝ ſpal'r Tertio explicite dilectõis
Primum vſq̃ ibi. Solet etiam queri. Scđm vſq̃ ibi
Sciendũ quoq̃ eſt. Tertiũ vſq̃ ad finẽ diſ. In ſpeci
ali ſnĩa mgr̃i ſtat in trib⁹ ꝓpoſitõib⁹ q̃ꝝ pma eſt hec
In charitatis ordine nõ oẽs equali affectu ſicut nec
effectu ſũt diligẽdi. Hãc mgr̃ inſinuans dicit ꝙ ordo
dilectiõis in hoc ꝯſiſtit vt qđ eſt diligẽdũ diligat̃: qđ
nõ eſt diligẽdũ nõ diligat̃ qđ amplius diligendũ am
pliuſ diligat̃: ⁊ qđ eque eſt diligẽdũ eque ⁊ nõ min⁹
nec ampli⁹ diligat̃. Uñ pmo ſup oĩa de⁹ diligẽdus ẽ
deinde aĩa ꝓpria: deinde ꝓxim⁹: ⁊ vltimo corp⁹ ꝓ-
priũ. Iſtis pmiſſis querit circa dilectionẽ ꝓximorũ.
Utrũ teneamur oẽs hoĩes diligere eq̃liter. ⁊ vtrum
quantũ nos vel minus nobis. Ad que rñdendo reci
tat tres opiniõẽs: quaꝝ pma dicit ꝙ oẽs ſunt equa-
liter diligẽdi in affectu: nõ tñ exhibitiõe obſequij. ſꝫ
his q̃ nobis ſunt cõiuncti magis tenemur ſeruitia ex
hibere: nõ obſtante ꝙ oĩbus debeamus bonũ velle.
Autoritates aũt q̃ vident̃ dicere ꝙ hoĩes ſunt ineq̃-
liter diligẽdi tenẽtes iſtã opinionẽ gloſant eas dicen
do eas loq̃ de ordine dilectiõis q̃tũ ad exhibitionẽ
opis ⁊ bñficioꝝ exterioꝝ: q̃ oĩbus nõ equal'r ſũt im-
pẽdẽda ⁊ nõ q̃tũ ad effectũ interiorẽ ſꝫm ꝙ oẽs eq̃li-
ter ſunt diligendi. Scđa opinio dicit: ꝙ omẽs hoĩes
ſeu oẽs ꝓximi ſunt nõ ſolũ quo ad affectũ: ſed etiam
quo ad effectũ equalit̃ diligẽdi q̃ opinio ꝓbat̃ dictis
Aug. q̃b⁹ illud aſtrui videt̃. Tertia opinio quã mgr̃
magis approbat dicit oẽs ꝓximos nec eq̃liter affe-
ctu eſſe diligẽdos nec effectu. Nã ex quo ordo q̃buſ-
dã habẽdus in dilectiõe ꝓximoꝝ ⁊ i affectu ⁊ in effe
ctu opꝫt eſſe ineq̃litatẽ explicite vtriuſq̃: eo ꝙ ſine
ineq̃litate nõ poſſit eſſe ordo. Autoritates b. Aug.
q̃ vident̃ dicere ꝙ oẽs debeam⁹ equaliter diligere ⁊
ſicut noſmetipſos. Tales autoritates dicit eſſe itelli
gẽdas vt equalitas de qua loquit̃ non referat̃ ad af
fectũ vel effectũ: ſed tñ ad bonũ qđ eis optamus q̃
ad tñ bonũ debem⁹ oẽs diligere ſicut ⁊ nos: non tñ
equali affectu. Scđa ꝓpoſitio eſt hec. Mali parẽtes
vel ꝓpinq̃ pl⁹ q̃ boni extranei i hac vita ſunt diligẽ-
di. Quis ꝓpter vitia eoꝝ a iuſtis ſunt odiẽdi. Hanc
magiſter inſinuans mouet duas q̃ſtiones: q̃ruꝫ vna
occaſionalit̃ ſumit̃ ex hoc ꝙ aliqui ſunt nobis carne
ꝓpinqui qui tñ ſunt mali. Alij vo ſunt boni ⁊ ſũt ex
tranei nobis. Dubitat̃ igit̃ vtrum ꝓpinqui mali ſũt
magis diligendi q̃ boni extranei. Et rñdet ꝙ extra
nei boni ſunt magis diligẽdi: q̃ corde ſunt nobis iũ-
cti ꝑ vinculũ charitatis: ꝓpinq̃ aũt mali non chari-
tate. ſꝫ carne tñ ſũt nob iũcti: ſꝫ q̃ meliores ⁊ religi
oſiores ſũt copule aiaꝝ q̃ corpoꝝ: ſeq̃t̃ ꝓpoſitũ. ſ.
ꝙ extranei boni ſunt magis diligẽdi q̃ ꝓpinq̃ mali.
Scđa dubitatio eſt: quare dñs ꝓcipit diligere inimi

cos: ⁊ alibi p̄cipit odire parētes: cū iſta videant̄ ſibi cōtraria. Ad qđ r̄ndet ꝙ natura in omnib⁹ diligenda eſt. Vñ etiā hoīes ſi mali ſunt diligēdi ſunt vt cōuertant̄ ad bonū: ſed ecōtra vitiū eſt in oībus odiendū etiam in parentib⁹ ⁊ ꝓpinquis: vñ dñs p̄cepit naturā diligendā in inimico: vitiū vero odiendū in parentibus. ⁊ ꝑ ꝯñs ibi nulla eſt ꝯtradictio. Tertia ꝓpoſitio. Ex dictis be. Aug. elicit̄ euidenter ſatis q̄tuor fore gradus ipſius charitatis. Hanc mgr̄ inſinuans ponit ordinē dilectōis ſm̄ diuerſos gradus charitatis: quos diſtinguēs dicit eē charitatē incipiētē ꝓficientē ꝑfectā ⁊ ꝑfectiſſimā. qđ declarat ꝑ autoritates be. Aug. ꝗ patēt in tex. Et tm̄ in ſpāli.

Si melius ē diligere amicos q̄ꝫ inimicos vel ecōuerſo. a

DI.XXX

b

HIc ſolet queri q̄d potius ſit pluriſq̄ꝫ meriti diligere amicos an diligere inimicos? Sꝫ hec cōꝑatio implicita eſt. Si eñ ꝯferat̄ dilectio amicorū tm̄: dilectioni amicoꝝ ⁊ etiā inimicorū: ꝑſpicua eſt abſolutio. Sꝫ ſi in aliquo vno hoīe ꝗ diligit ſimul amicū ⁊ inimicū quid hoꝝ poti⁹ ſit q̄rat̄: obſcura eſt r̄nſio: qꝛ de motu mentis agit̄: de quo nō eſt nobis facile iudiciū. An vn⁹ ⁊ idē mot⁹ ſit erga amicū ⁊ inimicū: ſ3 erga amicū itēſior: an duo: vn⁹ erga inimicuꝫ: ꝗ đꝛ difficilior: alt̄ erga amicū ꝗ videt̄ feruentior. Nec incongrue putat̄ melior ꝗ eſt feruētior: vl' ſi vn⁹ idēq̄ꝫ eſt idē potior vbi eſt ardētior: nō improbe extimat̄. Aug⁹ tñ ſentire videt̄ mai⁹ eē diligere inimicū q̄ꝫ amicū ꝗ ꝑfectoꝝ eē dicit diligere inimicos ⁊ bñfacere eis: neq̄ꝫ hoc a tāta multitudine īpleri quāta exaudit̄ in oratiōe dñica cū đꝛ: Dimitte nobis debita nr̄a ſicut ⁊ nos dimittim⁹ debitorib⁹ nr̄is. Illā eñ ſponſionē dicit a multis impleri ꝗ nondū diligūt inimicos. Ait eñ ſic. Magnū eſt ergo eū ꝗ tibi nihil mali fecerit eſſe beniuolū ⁊ beneficū. Illud multo grandi⁹ ⁊ magnificētiſſime bonitatis eſt: vt tuū inimicū diligas: ⁊ ei ꝗ tibi malū vult ⁊ ſi pōt facit: tu ſꝑ bonuꝫ velis faciaſq̄ꝫ qđ poſſis: audiēs dicētē Ieſū: Diligite inimicos veſtros ⁊ bñfacite his ꝗ oderunt vos: ⁊ orate ꝓ ꝑſequētib⁹ ⁊ calūniantib⁹ vos. Sꝫ qm̄ ꝑfectoꝝ filioꝝ dei ē iſtđ quo q̄dē ſe dꝫ oīs fidelis extendere: ⁊ hūanuꝫ animū ad hūc affectū orādo deū ſecūq̄ꝫ agēdo luctādoq̄ꝫ ꝑducere: tñ qꝛ h̄ tā magnū bonū tāte multitudinis nō eſt quāta credim⁹ exaudiri cū dicit̄ in oratiōe: Dimitte nobis debita noſtra ſicut ⁊ nos dimittim⁹ debitorib⁹ nr̄is. Proculdubio v̄ba ſpōſionis hui⁹ iplent̄ ſi homo ꝗ nōdum ita ꝓfecit vt etiā diligat inimicuꝫ: tñ qñ rogat̄ ab hoīe ꝗ peccauit in eū vt ei dimittat: dimittit ex corde: ꝗ etiaꝫ ſibi roganti vult dimitti: cū orat ⁊ dicit: ſicut ⁊ nos dimittim⁹ debitorib⁹ nr̄is. Quicunq̄ꝫ vero rogat hoīem in quē peccauit ſi pctō ſuo mouet̄ vt roget: nō eſt adhuc deputād⁹ inimic⁹: vt eū diligē ſit difficile: ſic erat qñ inimicitias exercebat. Quiſq̄s v̄o rogāti ⁊ penitēti ñ dimittit: ñ eſtiet a dño ſua pctā dimitti: qꝛ mētiri veritas nō pōt. Que cū docuiſſet orōem hāc in ea poſitaꝫ ſniaꝫ cōmēdauit dicēs. Si dimiſeritis hominib⁹ pctā coꝝ dimittet ⁊ vob pr̄ vr̄. Si v̄o nō dimiſeritis: nec pr̄ vr̄ dimittet vob pctā vr̄a. Ecce hinc h̄ri viđꝛ qđ ⁊ p̄taxauimus. ſ. maioris v̄tutis eē diligere inimicū ⁊ bñfacē ei q̄ꝫ illū ꝗ nihil mali fecit nob vel amicū. Qđ ſi q̄s ꝯcedē ſimpl'r noluerit dicens intenſi⁹ diligit̄ amic⁹ q̄ꝫ inimic⁹. ⁊ iō illud poti⁹ iſto determinet iſta ſm̄ p̄miſſaꝫ ītelligētiā dicēs: ibi cōꝑationē factā inter dilectionē ꝗ diligit̄ tm̄ amic⁹: ⁊ illā ꝗ amicus ⁊ inimic⁹ diligit̄. Illud v̄o qđ ſeq̄tur magis nos mouet ꝙ. ſ. dicit nō eē tāte multitudis diligere iimicos: q̄nta exaudit̄ cū đꝛ. Dimitte nob debita nr̄a ⁊c̄. vbi dat intelligi ꝙ alicui a deo dimittūt̄ pctā nō diligēti inimicū: ſi tñ fratri rogāti ꝗ in ſe peccauit dimittit. Sed cū pctā nō dimittant̄ alicui adulto niſi charitatē habeat: ſequit̄ vt charitatē h̄eat ꝗ nō diligit inimicuꝫ. Quō ḡ noīe primi oīs hō itelligit̄ in illo mādato. Diliges ꝓximū tuū ſicut teipm̄. Si eñ oīs hō ꝓxim⁹ ē. tūc inimic⁹: p̄cipimur ḡ et inimicoſ diligē. Et qꝛ illud p̄ceptū generale eſt: oībus p̄cipit̄ oēs hoīes diligere etiā inimicos. Quidā qđ h̄ đꝛ ſimpl'r tenere volētes illud p̄ceptū determinant dicētes: illic ꝑfectis dari ī p̄ceptū diligere oēꝫ hoīeꝫ etiā inimicū. Minorib⁹ v̄o ī cōſiliū. In p̄ceptū v̄o eos diligē ꝗ nihil mali fecerīt eis ⁊ inimicos nō odire. Sꝫ meli⁹ eſt vt intelligat̄ oib⁹ illo mādato p̄cipi cunctos diligē etiā inimicos: cui ſenſui atteſtant̄ ſupi⁹ poſite autoritates ⁊ alie m̄lte. Illđ v̄o Aug. nouiſſime poſitū de ꝑfecta charitate dictū intelligit̄ ꝗ tm̄ eſt ꝑfectoꝝ: ꝗ non ſolū amicos ſ3 etiā inimicos ꝑfecte diligūt eiſq̄ꝫ bñfaciūt. Que ꝑfectio dilectōis nō ē tāte multitudinis: q̄ꝫta exaudit̄ in orōne dñica: et hoc reuera grande ē ⁊ eximie bonitatis. ſ. ꝑfecte diligere inimicū. Ita ⁊ cū dicit impleri verba illi⁹ ſpōſionis ab hoīe: ꝗ nō ita ꝓfecit vt diligat inimicū: de dilectione ꝑfecta accipiendū eſt.

Auguſti. in ench.

Iſta eſt diſtinctio. xxx. hui⁹ tertij libri. In qua magiſter poſtq̃ egit de ordine charitatis ſm̄ quãtitatē motus. Agit de ea ſm̄ quantitatem meriti. Et tria facit. Nam primo circa ꝓpoſitum mouet quandã dubitationē. Secundo replicat contra ipſius determinationē. Tertio remouet quãdam incidentē dubitationē. Primũ vſq̃ ibi. Aug. tamē ſentire. Scd̃m vſq̃ ibi. Illud vero quod ſequitur. Tertiũ vſq̃ ad finē diſ. In ſpeciali ſentētia magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionibus quarũ prima eſt. Magis meritoria eſt dilectio qua amicus diligitur q̃ qua inimicus diligitur. Iſtam magiſter intendēs querit: vtrũ ſcʒ diligere amicuʒ ſit maioris meriti q̃ diligere inimicũ. Et ſoluendo queſtionem dicit. q̄ ſi fiat cõparatio dilectionis amici ꝑ ſe ex vna pte ad dilectionē amici ⁊ inimici ſil̄ ex alia pte tũc plana eſt q̄ſtionis ſolutio: cum non ſit dubiũ quin diligere amicũ ⁊ inimicũ ſimul ſit maioris meriti q̃ diligere amicum tm̃. Sed ſi fiat comparatio dilectionis amici ex vna parte ad dilectionē inimici ex alia parte: tũc euidentia reſponſionis ad queſtionē eſt magis obſcura quia non poteſt faciliter videri an ſit idem motus dilectionis qua diligitur amicus ⁊ inimicus: vel ſit alius ⁊ alius. Sed ſiue ſit vnus ſiue duo: non videtur inconuenienter poſſe dici q̄ dilectio amici ſit magis meritoria eo q̄ ſit maioris feruoris. Tertia propoſitio eſt hec Auguſti. videtur dicere ſm̄ quorũdã opinionem dilectionem qua inimicus diligit̄ q̃ qua amicus meliorem. Hanc magiſter ponit obijciēdo autoritatē beati Augu. contra predictã immediate qua videtur aſſerere q̄ diligere inimicuʒ ſit magis meritorium q̃ diligere amicum: quã dicit eſſe intelligēdã ſm̄ primã partē diſtinctionis p̄miſſe q̄. ſ. bea. Aug. loquit̄ ſm̄ cõpationē dilectiõis amici ⁊ inimici ſimul ſumptis ad dilectionē amici ꝑ ſe p̄ciſe acceptã. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. A magiſtro non negatur q̄ alicui ſine pfecta dilectione inimicorũ peccatũ dimittatur. Iſtam magiſter ponēs mouet quoddam dubiũ ex verbis beati Auguſtini qui dicit q̄ diligere inimicos nõ implet̄ in tanta multitudine quanta in oratione dominica exauditur. Ex quo videtur q̄ alicui nõ diligenti inimicũ dimittatur peccatũ a deo et vlteri⁹ cum peccata non dimittãtur alicui adulto niſi charitatem habeat: ſequit̄ q̄ aliquis nõ diligens inimicũ habeat charitatē: quod non videt̄ eſſe verũ: q̄ꝛ cum precipit̄ dilectio ꝓximi intelligit̄ nomine ꝓximi omnis homo ſiue amicus ſiue inimicus. Ad iſtud dubium magiſter reſpondendo dicit quorũdaʒ opinionē fore aliquos habere charitatē ⁊ tamen non diligere inimicos: dicunt enim preceptuʒ de dilectione inimicorum ſolum perfectionis eſſe p̄ceptum. Impfectis autē ſeu minoribus tm̃ eſſe conſiliũ ita q̄ nihil plus ſit eis preceptum niſi nõ odire inimicos: ſed iſta opinio ⁊ ſolutio magiſtro non placet: ideo aliter reſpondendo dicit q̄ preceptum illud de dilectione inimicorum ſit datũ omnibus quaſi preceptũ. Et ad beatũ Auguſtinum dicentem q̄ diligere inimicos ſit perfectorum. Reſpondendo dicit ipſum velle dicere q̄ diligere inimicos charitate perfecta ſit tm̃ perfectorum: per hoc tamen non excluditur quin alij nõduʒ perfecti inimicos diligere tenẽantur. Similiter intelligendum eſt dictum ſuum: q̄ ſcʒ in oratione dominica aliqui exaudiuntur qui non diligunt inimicos. i. qui nõ diligunt eos charitate pfecta. Et tm̃ de ſententia huius diſtinctionis in ſpeciali.

Si charitas ſemel habita amittatur.

ILlud quoqʒ
nõ eſt p̄tereundũ q̄ q̄dam aſſerũt charitatē ſemel habitã ab aliq̄ nõ poſſe excidere: nullũq̃ dãnãduʒ hãc aliq̃n hr̄e. Qui hãc traditionē ſub dicti muniũt teſtimonijs apl's ait: Charitas nũq̃ excidit: Aug. etiam inquit: Charitas q̄ deſeri põt: nunq̃ vera fuit. Itē charitas eſt fons ꝓpri⁹ ⁊ ſingularis bonoꝝ: cui nõ cõmunicat alien⁹: alieni ſũt oēs q̄ audituri ſunt: nõ noui vos. De hoc fonte ſcriptura ait: Fons aq̄ viue ſit tibi ꝓprius: ⁊ nemo alienus cõicet tibi. Si aũt alieni ſũt q̄ audituri ſũt illaʒ vocē: nõ ḡ huic fõti cõicãt dãnãdi. Itē Aug. ſup eplam Johis. Radicata eſt charitas: ſecur⁹ eſto Nihil mali ꝓcedere p̄t. Itē Greg. i moralibus. Ualida eſt vt mors dilectio: virtuti eñ mortis dilectio cõpat̄: q̄ꝛ nimirũ mētē quã ſemel cepit: a dilectiõe mũdi funditus occidit. Itē Aug⁹ ſup eplam Johis. Unctio inuiſibilis charitas ē: q̄ i q̄cũq̃ fuerit radix illi erit: q̄ ardēte ſole areſcere nõ põt nutrit̄ calore ſolis nõ areſcit. Itē Beda ſuper Johem. Querēdũ ē quõ ſpãle filij dei agnoſcēdi ſignũ fuerit q̄ ſup eum deſcēderit ⁊ manſerit ſpirit⁹. Quid magni eſt filio dei q̄ in ipſo manere ſpũs aſtruatur. Notandũ q̄ q̄ꝛ ſemp in dño manſerit ſpiritus. In ſanctis vero q̄diu mortale corp⁹ geſtauerint ptim ſp maneat: ptim reditur⁹ ſecedat. Manet autē apud eos vt bonis inſiſtant actibus. Recedit vero ad tp̄us ne ſp infirmos curãdi mortuos ſuſcitandi demones eijciendi: vel etiam ꝓphetiʒandi habeant facultatem. Manet ergo ſp vt poſſint hr̄e virtutes vt mirabiliter ipſi viuãt. Uenit ad tēpus vt etiã alijs ꝑ miraculorum ſigna quales ſint int⁹ effulgeãt. Itē Grego. In ſanctoꝝ cordib⁹ ſm̄ quaſdaʒ virtutes ſp manet ſpiritus: ſm̄ quaſdaʒ receſſurus venit ⁊ venturus recedit. In his virtutibus ſine quibus ad vitam nõ ꝑuenitur in electorũ ſuoꝝ cordibus permanet. In his vero per quas ſanctitatis virtus oſtenditur vt in exhibitione miraculorũ aliquando adeſt: aliquando ſe ſubtrahit. Itē Ambroſius: Ficta charitas eſt que in aduerſitate deſerit. Hec innuere videntur q̄ charitas ſemel habita non amittat̄. Ideo quidam in p̄taxataʒ ꝓſilierunt audaciã dicentes charitatem a damnandis non haberi: nec a quoq̃ habitaʒ poſſe amitti quos ratio vincit ⁊ autoritas. Quidã eñ ad tem

Aug. ad iulianum comitē.
Auguſti.
Grego. ſuper pſal. ciij.
Beda
Greg⁹. ſup Ezechieleʒ
Ambroſi⁹.

pus ſunt boni: qui poſtea fiunt mali: ⁊ ecōuerſo Unde quorundā nomina Chriſtus dicit ſcripta in libro vite. qui tamē poſtea abierunt retro. Sed ſcripta dicit nō ſm p̄ſcientiā: ſed ſm preſentem iuſticiā. cui deſeruiebāt: quia digni erant tunc illo bono

Ambro. ſup epiſtolam ad Roma. quod habituri ſunt preſcripti ſm preſcientiam. Unde Ambroſius. Quibuſdaȝ gratia data eſt in vſum vt Sauli ⁊ Jude: ⁊ illis diſcipulis quibus dominus dixit: Ecce nomina veſtra ſcripta ſunt in celis: ⁊ pꝰ abierunt retro. Sed hoc dixit ꝑpter iuſticiam cui deſeruiebant qꝛ boni erant. Frequēter eñ ante ſunt mali qui futuri ſūt boni: ⁊ aliquotiens prius ſunt boni: qui futuri ſunt ⁊ ꝑmanſuri mali: ꝑpter quod dicūtur ſcribi in libro vite ⁊ deleri.

Determinatio autoritatum predictarum. b

Quod vō apoſtolus ait: charitas nunq̄ȝ excidit: nullatenus pro illis facit. Dignitateȝ enim charitatis oſtendens dicit eaȝ non excidere quia hic ⁊ in futuro erit. Sȝ fides ⁊ ſpes euacuabūtur ⁊ ſciētia. Item quod dicitur charitas nunq̄ȝ fuiſſe vera que deſeri poteſt. Nō ad eſſentiam charitatis refertur: ſed ad efficientiam: quia non efficit charitas que deſeritur: hominem vere beatum: non perducit ad verum bonū. Huic etiā fonti: alieni id eſt. damnādi non communicant ſcȝ in fine quia non ꝑſeuerant. Poteſt tamen hoc ⁊ cetera que de charitate dicta ſunt: de perfecta intelligi: quaȝ ſoli ꝑfecti habent: que ſemel habita non amittitur. Exordia vero charitatis aliquando creſcunt: aliquando deficiunt. Sunt enim virtutis exordia ⁊ ꝑfectus ⁊ ꝑfectio: quos gradus ille diſcernit qui parabolam illā intelligit. Sic eſt regnum dei quemadmodū ſi iactet homo ſemen in terra et dormiat: et exurgat ſemen et germinet et creſcat ⁊c̄. Si ergo perfecta charitas ſic radicata eſt vt amitti nequeat: incipiens tamen et prouecta amitti poteſt et ſepe amittitur. Sed duȝ habetur nō ſinit habentē criminaliter peccare. Quod

Augu. ſuper eplam Johā. Auguſtinus oſtendit inquiens: quia radix omnium malorum eſt cupiditas: et radix omniū bonorum eſt charitas. Simul ambe eſſe non poſſunt: niſi vna radicitus euulſa fuerit. alia plantari non poteſt. Sine cauſa conatur aliquis ramos incidere: ſi radicem non contendit euellere.

Quare fides et ſpes et ſcientia dicunẗ euacuari et nō charitas. cuȝ ⁊ ea ex parte ſit. c

Aduertendū etiaȝ eſt quomodo fides: ſpes: ⁊ ſcientia dicantur euacuari: qꝛ ex parte ſunt ⁊ non charitas cum ⁊ ipſa ex parte ſit. Ex parte enim id eſt. impꝑfecte diligimꝰ ſicut ex parte ſcimus vt ait Eſicius ſup Leuiticum. Cum Eſicius ſuper Leuiticum ergo omne quod ex parte eſt euacueẗ: cur charitas excipitur que dicitur nunq̄ȝ excidere? Charitas quidem etiam ex parte eſt vt ſepe ſancti docent: qꝛ ex parte diligimꝰ nunc: ⁊ ideo ipſa euacuabitur inquātuȝ ex parte eſt: quia tolletur imperfectio ⁊ addetur perfectio. Remanebitq̄ȝ ipſa aucta et actus eius ⁊ modus diligendi: vt diligas deum propter ſe ex toto corde: et proximū tuum ſicut teipſuȝ. Sed impꝑfectionis modus eliminabitur. Fides vero ⁊ ſpes penitus euacuabunẗ. Scientia vero ſm actuȝ ⁊ modum ſuū qui nunc eſt: nō ſm ſui eſſentiā tolletur. Ipſa eñ virtus ſcientie remanebit: ſed aliū tenebit vſum ⁊ modū.

Si chriſtus ordinem charitatis p̄ſcriptum habuerit. d

Nūc iam supereſt inueſtigare. Si chriſtus ſm q̄ homo ordinem diligēdi p̄ſcriptum ſeruauerit? Quod ſi eſt omnem hominem ſicut ſeipſum dilexit. Omnibus ergo vitam optauit: oēſq̄ȝ ſaluos fieri voluit. Sed non omnes ſalui ſunt: ⁊ ita nō eſt factum quod optauit. Sȝ non eſt ignorandum in eo fuiſſe charitateȝ iuxta modum patrie: non vie: eūq̄ȝ ordinē diligēdi impleſſe qui ſeruatur in patria: nō in via. Qui eniȝ in patria ſunt. id eſt. iā beatificati ſunt: adeo iuſticie dei additi ſūt vt nihil eis placeat: niſi qd̄ deo placet. Ac ꝑ hoc illoruȝ tantū ſalutem diligunt ⁊ volūt quos deus ſaluari vult: eoſq̄ȝ ſolos ſicut ſe diligūt. Ita ⁊ xp̄us electos tm̄ ſicut ſe dilexit eorū q̄ȝ ſalutē optauit.

Iſta eſt diſtinctio. xxxj. huius tertij libri. In qua magiſter poſtq̄ȝ egit de ordine charitatis. agit de ipſius duratione. Et tria facit. Naȝ primo inueſtigat de permanentia charitatis in ſtatu viatorum. Secundo facit idem quo ad ſtatum cōprehenſorꝫ. Tertio an p̄dictꝰ ordo charitatis fuit

in chriſti anima ſaluatoris. Primū uſq; ibi. Aduertendum tamen eſt. Scdm uſq; ibi. Nunc iam. Tertium uſq; ad finē diſtinctionis. In ſpeciali ſnīa magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitiōibꝰ quarū prima eſt. Charitasque amitti pōt in via fide ⁊ ſpe euacuatis manet in patria. Hanc magiſter ꝓtendēs ꝓponit quoſdā dicere ꝙ charitas ſemel habita nō poſſit amitti: ⁊ ꝙ nullus damnādus poſſit charitatē habere. Ad probationem allegat illud apoſtoli Charitas nunq̄ excidet ⁊ alias plures autoritates ſanctorū que patent in textu. Sed hanc opinionem magiſter reprobat per hoc: ꝙ q̄dā ad tp̄s ſunt boni: qui poſtea efficiunt̄ mali: ⁊ ecōuerſo: ſicut patet ꝑ autoritatē euangelij de quibuſdā quorū noīa deus dixit eſſe ſcripta in li. vite. qui tñ poſtea abierunt retrorſuz. ⁊ dicebātur ſcripti in li. vite. ſed nō ſm̄ ꝓſentiā dei: ſed ſolū ſm̄ ꝓſentē iuſticiā ſeu gratiā: quā tūc habebant. Et hoc cōfirmat autoritate bea. Ambro. Poſtea ſoluit diuerſas autoritates quas alij ꝓ ſe allegant: ⁊ dicit easꝰ fore intelligēdas de ꝑfecta caritate: q̄ ſemel habita amitti nō poteſt: ⁊ nō de charitate incipiente et ꝓficiente. Ad autoritatez apl̄i dicit ip̄am debere intelligi ſm̄ finalē effectū charitatis. Scda ꝓpoſitio ē hec. Impfectio charitatis in via tollet̄ a beatis ī patria. Hanc magiſter ponens querit: cū fides ⁊ ſpes euacuent̄ in patria: eo ꝙ ſint explicite: quare etiam charitas nō dicit̄ excidere: cū etiam ipſa ſit explicita id ē. impfecta. ſ. hic ī via. Et rñdet ꝙ charitas nūq̄ inq̄tū eſt explicita ⁊ impfecta euacuabitur in patria q: tunc oīs impfectio tollet̄ ab ea ⁊ ip̄a manebit q̄tū ad habitū ⁊ q̄tū ad actū. Fides aūt ⁊ ſpes tolluntur tam ſm̄ habitū q̄ ſm̄ actū ſed ſcia dicit̄ euacuari et deſtrui in patria: q: lz maneat ſm̄ eſſentiā: deſtruit̄ tñ ſm̄ actū ⁊ modū quē nūc habet. ſ. diſcurſum rōcinatiōis. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Chriſtus ſm̄ ꝙ hō degens in via ordinē charitatis talē ſeruauit qualē habēt beati in patria. Hanc mgr̄ ponēs querit: vtrū xp̄s ſm̄ ꝙ hō ſeruauerit ſupradictū ordinē charitatis. Et arguit ꝙ nō: q: dato ꝙ ſic: tūc omnes hoīes ſicut ſeip̄m dilexiſſet: ⁊ ſic omnes ſaluos fieri voluiſſet: cū igit̄ nō oēs ſalui facti ſunt: videt̄ ſequi ꝙ xp̄s aliquid optauit qd̄ tñ factū nō eſt: qd̄ videt̄ inconueniens. Unde patet ꝙ nō ſeruauerit ſupradictū ordinē charitatiſ. Et reſpōdet magiſter ꝙ xp̄s ſm̄ ꝙ homo ſeruauit ſemꝑ ordinē charitatis qui ſeruat̄ ī patria. ⁊ nō illū qui ſeruat̄ in via: vñ confirmat ſolutionem argumenti. Nam beati in patria ita ſunt voluntate diuine conformes ꝙ nihil eis placet niſi qd̄ deo placet ⁊ ꝑ cōſequēs illos tm̄ diligūt ſicut ſeipſos quos vult deꝰ effectiue ſaluos fieri. Ex quo liquet ꝙ chriſtus tm̄ electos ſicut ſe dilexit ⁊ ſalutē eoꝝ optauit: exhibendo eis plura quibus diuinā voluntatem aduertere poſſent.

De charitate dei. a

DI. XXXII

p

Remiſſis adiciendū eſt de dilectione dei qua ipſe diligit nos que non alia eſt q̄ illa qua diligimus eū. Dilectio autē dei diuina vſia eſt: eadē q̄ dilectiōe pater ⁊ filius et ſpiritusſanctꝰ ſe diligūt ⁊ nos: vt ſupra diſſeruimꝰ. Cūq; eius dilectio ſit immutabilis ⁊ eterna: aliū tamen magis: alium minus diligit. Unde

Q alia magis alia minꝰ diligere debemꝰ.

Auguſtinus: Incomprehenſibilis eſt dilectio dei atq; imutabilis qua deus in vnoquoq; noſtrū amat quod fecit: ſicut ⁊ odit quod fecimus. Miro ergo ⁊ diuino modo etiam quando odit diligit nos. Et hoc quidē in omnibus intelligi poteſt. Quis ergo digne poteſt eloqui: quantum diligat membra vnigeniti ſui: ⁊ quanto amplius vnigenitum ipſum. De ipſo etiaz dictum eſt: nihil odiſti eorum que feciſti. Ex his percipitur ꝙ deus omnes creaturas ſuas diligat: quia ſcriptū eſt: Nihil odiſti eorum que feciſti. Et item: Uidit deꝰ cuncta que fecerat: ⁊ erant valde bona. Si omnia que fecit bona ſunt: ⁊ omne bonum diligit: omnia ergo diligit que fecit: ⁊ iterea magis diligit rationales creaturas: ⁊ de illis eas amplius que ſunt mēbra vnigeniti ſui. Et multomagis ip̄m vnigenitū.

Aug. ſup Johannē.

Ex q̄ intelligentia dicit̄ magis vel minus diligere hec vel illa. b

Cum autē dilectio dei immutabilis ſit. ⁊ ideo non intenditur vel remittitur: ſi queritur que ſit ratio dicti cum dicitur magis vel minus diligere hoc q̄ illud: ⁊ cum dicitur deus omnia diligere? Dicimus dilectionem dei ſicut pacem exuperare omnem ſenſum humanuz: vt ad tante altitudinis intelligentiam vix aliquatenꝰ aſpiret humanꝰ ſenſus. Poteſt tamen ſane intelligi ea ratione dici omnia diligi a deo que fecit: quia omnia placent ei: omnia approbat inquantum opera eius ſunt: nec tunc vel prius vel amplius placuerunt ei cum facta ſunt: ſcilz anteq̄ fierent: imo ab eterno omnia placuerunt ei non minus q̄ poſtq̄ eſſe ceperunt. Q; vero rationales creaturas. id eſt. homines vel angelos: alios magis alios minus diligere dicitur: non mutabilitatez charitatis eius ſignificat: ſed ꝙ alios ad maiora bona: alios ad minora dilexit. Alios ad meliores vſus: alios ad minus bonos. Omnia enim bona noſtra ex eius dilectione nobis proueniunt. Electorum ergo alios magis alios minus dilexit ab eterno ⁊ diligit etiam nunc: quia alijs maiora: alijſq; minora ex dilectione ſua preparauit bona: alijſq; maiora ⁊ alijs minora bona confert in tempore. Unde magis vel minus dicitur hos vel illos diligere.

Ex quo ſenſu oia q̄ fecit deꝰ diligere dicat̄

Quomō alios magis alios minus diligere dicitur.

Quod duobus modis inſpiciẽda eſt dilectio dei. c

Cõſideratur enim duobus modis dilectio dei: ſm eſſentiam ꝛ ſm efficientiã: non recipit magis vel minus ſm eſſentiã: ſed tm̃ ſm efficientiã vt magis dilecti dicantur quibus ex dilectione ab eterno maius bonum pparauit et in tẽpore tribuit: et minus dilecti quibus nõ tantũ. Inde etiã eſt ꝙ aliqui quando conuertunt ꝛ iuſtificantur dicunt tunc incipere diligi a deo. Non ꝙ deus noua dilectione quẽꝗ͂ poſſit diligere; imo ſempiterna dilectione dilexit ante mundi conſtitutionem quoſcunꝗ͂ diligit. Sed tunc dicũtur incipere diligi ab eo: cum eterne dei dilectionis ſortiuntur effectuꝫ. ſ. gratiam vel gloriam. Unde Aug⁹. Abſit vt deus temporaliter aliquem diligat quaſi noua dilectione que in ipſo añ non erat: apud quem nec preterita tranſierunt: et futura iam facta ſunt. Itaꝗ͂ omnes ſanctos ſuos ante mundi conſtitutionem dilexit ſicut predeſtinauit. Sꝫ cum cõuertuntur ꝛ inueniũt illum: tunc incipere ab eo diligi dicuntur vt eo modo dicatur quo põt humano affectu capi quod dicitur. Sic etiaꝫ cum irat⁹ malis dicit ꝛ placidus bonis: illi mutant ꝛ nõ ipſe: vt lux infirmis oculis aſpera firmis lenis eſt: ipſoꝝ ſcꝫ mutatione nõ ſua. Ita cũ aliꝗs p iuſtificationẽ icipit eẽ amicus dei: ipſe mutat non deus.

Aug⁹. in. lib. de trinitate.

Si quis magis vel minus diligat a deo vno tpe ꝗ͂ alio. d

Si vero querit de aliquo vtrum magis diligatur a deo vno tempore ꝗ͂ alio? Diſtinguẽda eſt dilectionis intelligentia. Si eñ referatur ad dilectionis effectũ: conceſſibile eſt. Si vero ad dilectionis eſſentiã: inficiabile eſt.

Si deus ab eterno dilexit reprobos. e

De reprobis vero qui preparati nõ ſunt ad vitaꝫ ſed ad mortem. Si ꝗritur vtrum debeat cõcedi ꝙ deus ab eterno dilexit eos? Dicimus de electis ſolis ſimpliciter hoc eſſe concedẽdum ꝙ deus ab eterno eos dilexit quos ad iuſticiam ꝛ coronam preparauit. De nõ electis vero ſimpliciter eſt ꝯcedendũ ꝙ odio habuit. i. reprobauit. Sicut legit: Iacob dilexi: Eſau odio habui. Sed nõ eſt ſimpliciter dicendũ ꝙ dilexit: ne pdeſtinati intelligant: ſed cũ adiectione ꝯcedat dilexit eos inꝗ̃tũ op⁹ eius futuri erant. id eſt. ꝗs ꝛ quales facturus eos erat.

Iſta eſt diſtinctio. xxxiij. hui⁹ tertij libri. In qua magiſter poſtꝗ͂ egit de dilectõe creata qua deum diligimus. Agit de dilectione increata qua a deo diligimur. Et tria facit. Naꝫ pmo agit de dilectione cõmuniter reſpectu creaturarũ omniũ. Scdo de dilectione dei ſpecialiter reſpectu hominũ. Tertio adhuc ſpecialius reſpectu reproborum. Primum facit vſꝗ͂ ibi. Conſiderat eñ. Scdm vſꝗ͂ ibi. De reprobis vero. Tertiũ vſꝗ͂ ad finẽ diſ. In ſpeciali magiſtri ſnĩa ſtat in tribus ꝑpoſitionibus quaꝝ prima eſt hec. Magiſter dicit ꝙ ſit eadẽ dilectio qua nos deum diligimus ꝛ qua ipe nos diligit. Hãc magiſter inſinuãs, dicit, ꝙ eadẽ ſit dilectio qua pater et filius ꝛ ſpirituſſanctus ſe diligunt ꝛ nos: ꝛ eſt diuina eſſentia: ꝛ ꝙ eadẽ ſit dilectio qua nos diligimus deum. vt in primo libro dictũ fuit. In qua opiniõe magiſter non tenet. Et ſubdit ꝙuis dilectio dei ſit immutabilis ꝛ eťna aliũ tñ magis ꝛ aliũ minus diligit. Et diligit oẽs creaturas ꝛ inter oẽs magis diligit creaturas rõnales: ꝛ inter creaturas rationales ampli⁹ diligit illos qui ſunt vnigeniti ſui mẽbra: ꝛ multo magis diligit ipm vnigenitũ. i. xpm ſm ꝙ hõ. Iſta aũt inequalitas dilectionis nõ dicit aliquã mutationẽ in dilectione dei: qua de⁹ nõ aliter dicit inequalit diligere niſi qꝛ ad bona inequalia eos diligit. Scda ꝑpoſitio eſt hec. Dilectio dei non ſuſcipit magis et minus ſm eſſentiam. ſed tm̃ ſm diſtributionẽ ꝛ efficiẽtiã. Hanc magiſter inſinuans ſupponit dilectionem de qua nos diligit ſm ſe non ſuſcipe magis ꝛ minus qḋ declarãs dicit dilectionẽ dei qua nos diligit poſſe dupliciter cõſiderari. Uno mõ ſm eſſentiã ipſius dilectionis ꝛ ſic ꝯſiderata non ſuſcipit magis nec minus qꝛ vt ſic eſt ipe ſpirituſſanctus. Alio mõ ſm efficientiã: ꝛ ſic ſuſcipit magis ꝛ minus: ita vt magis dilecti dicant quibus maius bonuꝫ ex dilectiõe dei ab eterno pparauit: ꝛ in tpe pparauit: ꝛ in tpe tribuit. Uñ ſumens occaſionẽ querit. Utrũ vnus ꝛ idem homo põt a deo magis diligi vno tpe ꝗ͂ alio. Et reſpõdet ꝙ loquendo de eius dilectione eẽntiali non põt: ſed loquendo de eius dilectione effectuali bene põt. Tertia ꝑpoſitio eſt hec. Simpliciter loquendo de⁹ nõ dilexit reprobos ab eterno. Hanc mgr inſinuãs ꝗrit. Utrũ de⁹ dilexit reprobos ab eterno: hoc eſt illos ꝗ nõ ad vitã ſꝫ ad mortẽ ſunt pparati: ꝛ rñdet ꝙ ſicut de electis ſimplr ẽ cõcedendũ ꝙ de⁹ ab eterno eos dilexit ſic ď reprobis ſimplr eſt cõcedẽdũ ꝙ de⁹ ab eťno eos odio habuit ꝛ reprobauit: ꝛ nõ ſimplr ꝯcedẽdũ ꝙ eos ab eterno dilexit ne eſtiment fore pdeſtinati: ſꝫ cũ determinatõe poſſet cõcedi ꝙ ab eterno eos dilexit. ſ. cuꝫ hac determinatione inꝗ̃tum futuri erant opus eius. Et tm̃ in ſpeciali ꝛc̃.

De ꝗ̃ttuor ṽtutib⁹ ꝑncipalib⁹. a

DI. XXX III

Poſt predicta de quattuor virtutibus ꝗ̃ principales vel cardinales vocan-

Aug⁹. i libro xviij. ꝺ trini.

Si vero queriꝰ de filijs iſrael qui domino iubente ab egyptijs mutuauerũt vaſa aurea ⁊ argẽtea ⁊ veſtes p̄cioſas et aſportauerunt. vtrũ furtũ cõmiſerint. Dicimus eos q̄ vt parerent deo iubẽte illud fecerunt non feciſſe furtũ. nec omnino peccaſſe. Un̄ Augꝰ. Iſraelite nõ furtũ fecerunt. ſed deo iubente miniſteriũ p̄buerunt. Hoc eñ deꝰ iuſſit qui legeꝫ dedit ſicut miniſter iudicis ſine peccato occidit queꝫ lex p̄cipit occidi Sed ſi id ſponte faciat homicida eſt. etiam ſi eum occidat quẽ ſcit a iudice occidendũ Infirmi autẽ q̄ ex cupiditate egyptios deceperũt magis pmiſſi ſunt hoc facere illis q̄ iure talia paſſi ſunt. q̃ȝ iuſſi. Hic opponitur ꝙ etiam boni in iſto opere peccauerũt: qꝛ naturalem legem cui concordat euangeliũ ⁊ lex moralis p̄ceptionis trãſgreſſi ſunt Que eſt. Quod tibi non vis alij ne feceris Quã veritas ſcripſit in corde hominis. et qꝛ non legebat in corde. iterauit in tabulis vt voce forinſecus admota: rediret ad cor. ⁊ ibi inueniret quod extra legeret. Hãc ergo illi p̄uaricari videꝰ in illo facto alijs facientes qd̄ nolebant ſibi fieri. Sed ibi ſubintelligendũ eſt iniuſte vt non alij ſcꝫ iniuſte facias quod tibi nõ vis fieri. Alioquin huius p̄uaricator eſt iudex duꝫ punit reum nolens aliquid tale ſibi fieri. Ita etiam ⁊ illud domini verbuꝫ. Omnia quecunq̧ vultis vt faciant vobis homines. ⁊c̄. De bonis accipiendũ eſt que nobis inuicẽ exhibere debemus. Quintũ p̄ceptum eſt

Si furtũ fecerũt filij iſrael qñ expoliauerũt egyptios Augu. ſuper pſalmiſtam.

De q̄nto precepto.

Non loqueris cõtra ꝓximũ tuum falſum teſtimoniuꝫ. vbi crimen mendatij ⁊ periurij ꝓhibetur. Solet autem queri. vtruꝫ ꝓhibitũ ſit omne mendacium: Quidam dicunt illud tñ ꝓhiberi quod obeſt ⁊ nõ pdeſt ei cui diciꝰ Tale eñ non eſt aduerſus ꝓximũ. vt ideo videaꝰ hoc addidiſſe ſcriptura Sed de mẽdatio magna queſtio eſt que nec cito explicari poteſt.

Augu. ſuper Exoduꝫ ſcꝫ ſi oē mẽdacium ibi ꝓhibetur

Iſta eſt diſtinctio. xxxvij. huius tertij libri. In qua magiſter poſtq̃ȝ egit de habitibꝰ virtutũ ⁊ bonoꝝ Incipit agere d̄ his q̄ ꝯſiſtũt i actibus p̄ceptoꝝ. Et tria facit. Nam pmo p̄mittit q̄daꝫ de p̄ceptis generalia. Scd̄o determinat quedã de p̄ceptis que ſunt ad deũ ſpecialiter ordinãtia. Tertio exemplificat p̄cepta q̄ ſunt ſpecialiter ad ꝓximũ ſonantia. Primũ vſq̧ ibi Primũ in prima. Scd̄m vſq̧ ibi. In ſcd̄a xͦo tabula. Tertiũ vſq̧ ad finẽ diſ. In ſpāli ſn̄ia magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionibꝰ. quarum pma eſt hec. Decẽ ſunt decalogi nobis mãdata a deo ꝑ moyſen in duabus tabulis tradita vel donata. Hanc magiſter inſinuans dicit ꝯſiderãdũ eſſe de mandatis decalogi que in duobus mandatis ſcꝫ dilectione dei ⁊ ꝓximi cõplenꝰ. Nã decalogus ſm magiſtrũ habet decẽ mandata ſiue p̄cepta qꝛ decalogꝰ eſt illud decacordũ. i. decẽ cordarũ pſalteriũ de quo dꝛ in pſal. In pſalterio decacordo pſallã tibi. Et ſũt illa decẽ p̄cepta filijs iſrael ꝑ moyſen in duabꝰ tabulis digito dei ſcriptis tradita. ita ꝙ tria q̄ ſunt i pma tabula ordinãt hoīem ad deũ. ſeptẽ aũt que ſunt in ſcd̄a tabula ordinãt ad dilectionẽ ꝓximi. Scd̄a propoſitio Ut tria mãdata prime tabule ordinãt hoīem ad deũ. ita ſeptẽ p̄cepta tabule ſcd̄e ordinãt ad ꝓximũ. Hãc mgr̄ inſinuãs dicit. ꝙ triũ p̄ceptoꝝ pme tabule que ordinãt ad deum. Primũ eſt Nõ adorabis deos alienos: non facies ſculptile ſiue idolũ neq̧ omnem ſimilitudinẽ. Iſtud p̄ceptũ diuidit Origenes i duo p̄cepta. diſtinguens inter idoluꝫ ⁊ ſimilitudinẽ Nã cũ aliquis facit imaginẽ rei alicuius exiſtẽtis in natura. vt hoīs ſerpentis vel ouis diciꝰ facere ſimilitudinẽ. Si xͦo facit imaginẽ alicuiꝰ qd̄ nunq̃ȝ vidit oculus. ſed tñ fingit hoīs animus. eo ꝙ natura ſile non hꝫ. diciꝰ facere idolũ. Un̄ ap̄ls dicit. ꝙ idolũ nihil ẽ in mũdo. Sed. b. Aug. dicit ꝙ ſit niſi vnũ p̄ceptum qd̄ exprimiꝰ his xbis. nõ habebis deos alienos. Illud xͦo qd̄ addiꝰ. nõ facies ſculptile. nõ eſt aliud p̄ceptũ ſed eiuſdeꝫ p̄cepti ꝑfectior explicatio. Et ſn̄ia iſta. b. Aug. apparet verior. Ad autoritatẽ apoſtoli quã Origenes allegat ꝓ ſe. ſ. idolũ nihil ẽ in mundo illã exponit. b. Augꝰ. dicẽs ap̄lm velle dicere ꝙ forma idoli nõ eſt inter creaturas mundi computanda. qꝛ lꝫ materiã idoli deus creauit. formam tñ eius hoīm ꝑuerſitas edidit. ⁊ iõ idolũ nihil eſt. qꝛ eiꝰ forma ꝑ verbũ dei facta nõ eſt. vt etiã peccm̄ nihil ẽ. qꝛ ꝑ verbũ dei factũ nõ eſt. vt patet. Joh. j. Sꝫ ꝯtra illud obijcit magiſter ⁊ dicit. Cum beatꝰ. Augu. alibi dicat ꝙ oīs forma ⁊ compago eſt facta per verbum quõ tũc põt eſſe verũ ꝙ forma idoli non ſit facta per verbũ. Ad quod reſpondet dupliciter. Nã pmo ſm quoſdam poteſt dici ꝙ forma idoli inq̃ȝtum eſt a deo eſt. ſic etiã peccatũ. et quicquid eſt inquantum eſt a deo eſt. Sed forma idoli non eſt a deo inquãtum poſita eſt ad adorandũ. quia ſic nõ eſt creatura ſed magis ꝑuerſitas creature. ſicut etiã peccatum inq̃ȝtum peccatum nõ eſt a deo nec creatura ſed creature defectus. Secũdo rũderi poteſt ſm alios ꝙ hec ꝓpo

ſitio. Omnis forma a deo eſt intelligēda ē de forma que naturaliter habet eſſe. qualis nō eſt forma idoli eo ꝙ vere iuſticie que eſt deus non aſſimilat. Secundū p̄ceptū p̄me tabule eſt. Nō aſſumes nomē dei tui inuanū. i. nō iurabis ꝑ nihilo ꝑ deū vel ꝑ nomē dei Uel ſm ſenſum allegoricū ꝓhibet hic xp̄s eſſe creatura: vt ſit ſenſus mādati. Nō aſſumes. i. nō putes xp̄m eſſe creaturā. Tertiū p̄ceptū prime tabule eſt. Memento vt diez ſabbati ſanctifices. ꝑ qḋ ſm lr̄am p̄cipitur ſabbati obſeruantia. Sed allegorice mādatur nobis vt in p̄ſentia a vicijs quieſcam⁹. vt in futuro dei cōtemplationē a ſpiritu ſancto expectemus. ⁊ dicit a ſpiritu ſancto expectemus nō ideo q: ſp̄ūſſanctus iſta operetur ſine patre ⁊ ſine filio. ſ; q: remiſſio peccatoꝝ appropriat ſpiritui ſancto. Iſta tria p̄cepta adaptat mgr̄ trib⁹ ꝑſonis. Primū patri. ſcḋm filio. tertiū ſpirituiſancto. Tertia propoſitio eſt hec Scḋa tabula moyſi data cōtinuit ſeptem p̄cepta ad dilectionē ꝓximi ordinata. Hoꝝ p̄ceptoꝝ magiſter in hac p̄ſenti diſtinctione enumerat quinq;. alia duo reſeruans ad aliā diſtinctionē. Primū eſt de honore parentū corꝑaliū. Scḋm eſt de nō occidendo. vbi l; ſm lr̄am. i. ſm legē moyſi ꝓhibeat tm̄ actus occidēdi. ſm ſp̄m tñ. i. ſm legē euangelicā etiā volūtas occidendi ꝓhibet. quod lr̄a euangelij plane exprimit Tertiū eſt. Nō mechaberis. vbi ſm bea. Aug. noīe mechie oīs illicitus cōcubitus atq; oīs membroꝝ illicit⁹ vſus ꝓhibet. Quartū eſt. Nō furtū facies. vbi noīe furti oēm illicitam vſurpationē rei aliene voluit dn̄s intelligi ⁊ iſto p̄cepto ꝓhibetur vſura rapina ⁊ ſacrilegiū. qḋ tripliciť cōmittit. ſ. dum vel ſacrū ď ſacro. vel nō ſacrū de ſacro. vel ſacrū de nō ſacro auferť. ſacrū aūt dicit eſſe illud quod diuino cultui exiſtit mancipatū. Quintū eſt. Nō loqueris cōtra ꝓximū tuū falſum teſtimonium quo p̄cepto crimen mēdacij ⁊ periurij ꝓhibet. Et tm̄ in ſp̄ali de ſnīa hui⁹ diſtinctionis.

De triplici genere mendacij. a

DI. XXX VIII

Augꝰ. ſuper pſal. v.

Ciēdū tamē

s tria eſſe genera mendatioruz Sunt eñ mendacia quedam ꝓ ſalute vł comodo alicuius non malicia ſed benignitate dicta: qualiter obſtetrices mētite ſunt ⁊ raab. Eſt ⁊ aliud mendacij genus quod fit ioco quod nō fallit Scit eñ cui dr̄ cauſa ioci dici ⁊ hec duo genera mendacioꝝ nō ſunt ſine culpa. ſed non cum magna. Perfectis ꝟo nō ꝯuenit mentiri nec etiā ꝓ temporali vita alicuius ne ꝓ corpore alterius animā ſuā occidant. Licet autē eis veꝝ tacere ſed nō falſum dicere: vt ſi quis non vult hoiem ad mortem ꝓdere verū taceat: ſ; nō falſum dicat. Tertiū ꝟo gen⁹ mendacij eſt quod ex malignitate ⁊ duplicitate ꝓcedit cunctis valde cauendū. His videť innui mēdacia illa que fiunt ioco vel ꝓ ſalute alicuius: imꝑfectis eſſe venialia peccata. ꝑfectiꝭ ꝟo illud qḋ ꝓ commodo alterius dicitur eſſe damnabile qḋ etiā de mendacio iocoſo putari pōt precipue ſi iteret. De mēdacio aūt obſtetricū ⁊ raab ꝙ fuerit veniale. Auguſti. tradit dicens. Forſitan ſicut obſtetrices non remunerate ſunt q: mentite ſunt. ſed q: infantes liberauerūt. et ꝓpter hanc miſericordiam veniale fuit peccatū. nō tñ nulluz: ſic raab liberata eſt ꝓpter liberationē exploratorū ꝓ qua fuit veniale peccatū. Sed ne putet quiſq; in ceteris peccatis ſi propter liberationē hoim fiant ita poſſe concedi veniam Multa eñ mala deteſtanda talē ſequuntur errorē. Poſſum⁹ eñ ⁊ furando alicui ꝓdeſſe. ſi pauꝑ cui datur ſentit cōmodum ⁊ diues cui tollitur non ſentit incōmodum Ita ⁊ adulterando poſſumus ꝓdeſſe ſi aliqua niſi ad hoc ei cōſentiat appareat amādo moritura ⁊ ſi vixerit penitendo purgāda. nec ideo pc̄m̄ graue negabiť tale adulteriū. Sciendū eſt etiā octo eſſe genera mēdacij. vt Auguſ. in li. de mendacio tradit. Que diligenter notanda ſunt vt appareat qḋ mēdaciū ſit veniale ⁊ qḋ dānabile Primum capitale eſt mendaciū longeq; fugiēdū quod fit in doctrina religionis. Ad qḋ nulla cauſa quiſq; dȝ adduci. Scḋm qḋ tale eſt vt nulli ꝓſit ſed obſit alicui. Tertium qḋ ita ꝓdeſt alteri vt obſit alteri. Quartū ſola mētiēdi fallēdiq; libidine qḋ maximū mēdaciū eſt. Quintū quod fit placēdi cupiditate de ſuaui eloquio. His omnib⁹ euitatis ſequitur ſextuz gen⁹ quod ⁊ nulli obeſt ⁊ ꝓdeſt alicui. vt ſi quis pecuniā alicuius iniuſte eſſe tollendā ſciens vbi ſit neſcire ſe mētiat. Septimū quod ⁊ nulli obeſt ⁊ ꝓdeſt alicui. vt ſi quis nolens hominem ad mortē queſitū prodere mentiat. Octauū quod nulli obeſt ⁊ ad hoc ꝓdeſt vt ab immundicia corpis aliquē tueat. In his aūt tanto minus peccat quiſq; cū mentiat q̃to magis a p̄ma recedit. Quiſq̄s ꝟo aliquod genus eſſe mendatij qḋ peccatū non ſit putauerit: decipit ſeip̄m turpiter cum honeſtum eſſe deceptorē alioꝝ arbitretur Oīe ergo genus mendacij ſūmopere fugē. q: oīe mendaciū non eſt a deo.

Qḋ mēdaciū obſtetricuz et raab fuit veniale.

Aug. de. viij generib⁹ mendacij.

Quid ſit mendacium. b

Hic videndun eſt

quid ſit mendatiū. ⁊ quid ſit mentiri. Deinde vtrū omne mendatiū ſit pc̄m̄ et quare: Mendatium eſt. vt ait Augu. falſa ſignificacio vocis cum intentione fallendi. vt ergo mēdatium ſit. neceſſe eſt vt falſum proferatur. ⁊ cum intentione fallēdi. Hoc enim malum eſt ꝓprium mentientis aliud

Auguſtin⁹ cōtra mēdaciū.

habere clauſum in corde. aliud promptuʒ in lingua.

Quid ſit mentiri. c

Mentiri vero ē loqui ꝯtra hoc qđ animo ſentit q̄s ſiue illud verū ſit ſiue nō. Oīs ergo q̄ loquiť mēdacium mentiť. qꝛ loquiť cōtra hoc. qđ aīo ſentit. i. volūtate fallēdi. ſed nō oīs q̄ mentitur mendaciū dicit. qꝛ qđ veꝝ eſt loquiť aliq̄n mentiendo. ſicut ecōuerſo falſum dicendo aliq̄n verax eſt. Vñ ait Augu. Nemo ſane mentiēs iudicandus eſt q̄ diť falſum qđ putat verū. qꝛ q̄tū ī ipſo eſt nō fallit ipſe ſed falliť. Nō ğ mendacij arguendꝰ eſt. qui falſa incautꝰ credit ac ꝓ veris habet. Potiuſqꝫ ecōtrario ille mentiť q̄ dicit verū qđ putat falſum. Quātum eñ ad animū eius attinet nō veꝝ dicit. qꝛ nō qđ ſentit dicit. q̄uis verū inueniať eſſe qđ dicit. nec ille liber eſt a mendatio qui ore neſciēs loquiť verū. ſciens aūt voluntate mentiť.

Auguſti. in ench.

Hic queri ſolet ſi iudeus dicat xp̄m eſſe deum. cū non ita ſentiat animo vtruʒ loquať mendaciū? Nō eſt mēdaciū qđ dicit. quia licet aliter teneat animo. verū tamē eſt qđ dicit. ⁊ ideo non eſt mendatiū. Mentitur tamē illud quod verū eſt dicens.

Queſtio đ iudeo qui dicit xp̄m eſſe deū

Qꝫ vero omne mendaciū ſit peccatū Augu. inſinuat. Mihi inquit videtur omne mendaciū eſſe peccatū. ſed multū intereſt quo animo et de quibus rebus quiſqꝫ mentiať. Non eñ ſic peccat qui cōſulendi et qui nocendi volūtate mentiť. nec tm̄ nocet qui viatorē mentiendo in diuerſo itinere mittit. q̄tum qui viā vite mentiendo deprauat. Porro omne mēdacium ideo dicendū eſt eſſe peccatū qꝛ hoc debet loqui hō quod aīo gerit. ſiue illud verū ſit ſiue putetur. ⁊ non ſit. Verba eñ ideo ſunt inſtituta non vt ꝑ ea homīes inuicem fallant. ſed per ea in alterius noticiā ſuas cogitatiōes ferāt. Verbis ergo vti ad fallatiā nō ad quod ſūt inſtituta: peccatū eſt. Nec ideo etiā vllum mēdacium putandū eſt nō eſſe pctm̄ qꝛ poſſumꝰ alicui aliquando ꝓdeſſe mentiendo. Poſſumus enim vt predictum eſt et furando et adulterando prodeſſe. Mendacium quoqꝫ non tunc tm̄ eſſe poſſumꝰ dicere quando aliquis lediť. Cū eñ a ſciente diciť falſum mendacium eſt. ſiue quis ſiue nemo ledatur. Ecce ex his conſtat omne mendacium eſſe peccatū. nō tñ de oīm mendatio accipiendum eſt illud. Pſal. Perdes oēs qui loquunť mendaciū. Nec illud. Os qđ mentiť occidit aīam. Nec omne mendaciū iſto p̄cepto ꝓhiberi videť nec premiſſa deſcriptione mendaciū ioci includi.

Qꝫ omne mēdatiuʒ ſit peccatum.

Quare omne mendaciuʒ ſit peccatum.

Aug. in enħ. qꝫ non iō mendatium nō eſt peccatum. qꝛ prodeſt.

Hic ſoluitur queſtio ſuꝑapoſita.

Vbi cū periculo errať vel non d

Illud etiā ſciendū eſt qꝫ in quibuſdā rebus magno malo in quibuſdam paruo. in quibuſdā nullo fallimur in quibus rebus nihil intereſt ad capeſcendum dei regnum: vtrum credantur an nō: vel vtrū vera puteñ an falſa ſiue ſint ſiue non. In his errare. i. aliud pro alio putare. nō arbitrandū eſt eſſe peccatū. vel ſi eſt minimū atqꝫ leuiſſimū. Et ſunt vera quedā q̄uis nō videanť. q̄ niſi credanť: ad vitam eternam nō pōt ꝑueniri. Et licet error maxima cura cauendus ſit nō modo in maioribus ſed etiam in minoribus rebus. nec niſi rerū ignorantia poſſit errari. nō eſt tamen conſequens vt ꝯtinuo errat quiſquis aliquid neſcit: ſed ſi quiſquis ſe exiſtimat ſcire quod neſcit. Pro vero eñ approbat falſum quod eſt erroris ꝓprium. Verūtamē in qua re quiſqꝫ erret intereſt plurimum. Sunt eñ que neſcire ſit meliꝰ q̄ ſcire. Itē nonnullis errare profuit aliquādo. ſed in via pedū non in via morum. Solet queri de iacob qui ſe dixit eſſe Eſau. aliter animo ſentiēs vtrū mentitꝰ ſit? De hoc Aug. ait. Jacob quod matre fecit auctore vt falleret patrem ſi diligenter attēdať videtur non eſſe mendaciū ſed miſteriuʒ. Intendebat eñ matri obedire que ꝑ ſpūm nouerat miſterium. ⁊ ideo ꝓpter familiare conſilium ſpiritusſancti qđ mater acceperat a mēdacio excuſatur Jacob.

De Jacob ſi mentitus eſt.

Iſta eſt diſtinctio. xxxviij. huius tertij libri. In qua mgř poſtq̄ egit de octo p̄ceptis Incipit agere de peccatis q̄ iſto octauo p̄cepto ꝓhibenť. Et tria circa hoc facit. Nam p̄mo plura genera mendaciorū p̄mittit. Scđo q̄d ſit mēdaciū ſubiungit. Tertio qꝫ oē mendaciū ſit pctm̄ cōcludit. Primū vſqꝫ ibi. Hic videndū eſt. Scđm vſqꝫ ibi. Qꝫ vero oē. Tertiū vſqꝫ ad finē diſtinctōis. In ſpeciali ſententia mgři ſtat in tribus ꝓpoſitionibus quarū p̄ma ē hec Octo ſunt mendaciorū genera. q̄ tanto ſunt grauiora q̄to p̄mo mendatio fuerunt ꝓximiora. Hāc mgř inſinuans. Primo diuidit mendaciū in tria genera. quorū p̄mum eſt officioſum q̄le eſt mendatium quod fit ꝓ cōmodo vel ſalute corpis. ſicut fuit mendatiuʒ obſtetricū hebreoꝝ in egypto. ⁊ raab meretricis abſcondentis exploratores ⁊ iſtud nunq̄ pōt fieri ſine peccato. qꝛ in viris ꝑfectis eſt pctm̄ dānabile. ⁊ ī imꝑfectis pctm̄ veniale. qꝛ excuſať quodāmodo ꝓpter miſcđiam ⁊ pietatē. ſicut mendatiū obſtetricū et raab meretricis excuſať nō tñ ꝓpter hec quis aliqua

peccata debet cõmittere. vt ꝑ miſcḋiam ⁊ pietatẽ ve
lit excuſari. vt nullus debeat furari diuiti vt det pau
peri. Scḋm genus mendacij eſt mendatiuꝫ iocoſum
qḋ fit cauſa ſolatij vel in ioco. ⁊ iſtud ſil'r in viris pfe
ctis eſt damnabile. ⁊ in viris impfectis veniale Ter
tium genꝰ mẽdacij eſt ꝑniciosũ. qḋ. ſ. fit ex maligni
tate ſeu qḋ ꝓuenit ex animo nocẽdi. ⁊ hoc omnibus
eſt fugiẽdũ. Poſtea mgr̄ enumerat octo genera mẽ
daciorꝝ. que ponit. b. Augꝰ. quorꝝ primũ fit ĩ doctri
na fidei. Scḋm eſt qḋ nulli prodeſt. ſed alicui obeſt.
Tertiũ eſt quod alicui ꝓdeſt ⁊ alicui obeſt Quartũ
eſt quod fit ex ſola libidine ⁊ delectatione mentiendi
Quintum eſt quod fit in pulcriloquio vel cupiditate
placẽdi Sextum eſt qḋ nulli obeſt ſed alicui prodeſt
q̄tum ſcꝫ ad ablationẽ rei exterioris. Septimũ eſt:
qḋ nulli obeſt. ſed alicui prodeſt q̄tum ad ꝓſeruatio
nẽ a morte corꝑali. Octauũ ẽ qḋ nulli obeſt ſꝫ alicui
ꝓdeſt q̄tum ad ꝓſeruationẽ ab immũdicia corpora
li. Prima tria genera horꝝ octo mendaciorꝝ reducũ-
tur ad mendaciũ ꝑniciosum. Et duo media ad men-
daciũ iocoſum Tria aũt vltima ad mendaciũ officio
ſum. Unde concludit ꝙ in omnibus ꝓdictis menda-
cijs attẽdi habet gradus q̄tum ad grauitatẽ ſḿ ꝙ
magis vel minus accedunt ad primi mendacij genꝰ
Scḋa ꝓpoſitio eſt hec. Hoc ꝓprie dicit̄ mendaciuꝫ
cũ quis intentione fallendi dicit falſum. Hanc magi
ſter ponẽs dicit. ꝙ mẽdaciũ eſt cũ ꝓfertur falſum in
tentione fallẽdi eo ꝙ aliud dicat̄ ore q̄ ſentiat̄ corde
Secũdo oñdit̄ q̄d ſit mentiri dicens. ꝙ mẽtiri eſt loq̄
ↄtra illud qḋ q̄s ſentit aĩo. ſiue illud ſit verũ ſiue fal
ſum. Ex quo ↄcludit ꝙ oĩs q̄ mendatiũ loquit̄ men-
titur. ſed nõ econtra oĩs q̄ mentit̄ mendatiũ loquit̄.
q2 q̄nq3 verũ eſt qḋ loquit̄ ille qui mentit̄. q2 q̄ mẽtit̄
loquit̄ contra illud qḋ aĩo ſentit. et ſic nõ dicit mẽda
tiũ. q2 nõ loquit̄ falſum. Uñ etiã patet ꝙ etiaꝫ aliq̄s
falſuꝫ loquẽdo p̄t eſſe verax. ſ. ſi nõ loquit̄ ↄtra illḋ
qḋ aĩo ſentit. Iuxta qḋ querit. Utrũ iudeꝰ mẽdaciũ
loquat̄ dicẽs xp̄m eſſe deũ qḋ tñ corde nõ credit. Et
rñdet ꝙ nõ loquit̄ mẽdatiũ q2 licet non credat corde
verũ eſſe qḋ loquit̄. tñ q2 verꝝ eſt qḋ loquit̄ non dicit
mendatiũ. q2 mendatiũ eſt cũ ꝓfert̄ falſuꝫ intentiõe
fallẽdi. ſed bñ mentit̄ cũ dicat ↄtra mentẽ. Tertia ꝓ
poſitio eſt hec. Uniuerſalit̄ oĩe mendatiũ ẽ ⁊ dr̄ pec
catũ. Hãc mgr̄ ponẽs dicit vniuerſalit̄ oẽ mendatiũ
eſſe pctm̃. Licet tñ inter mendatia ſunt gradꝰ graui
tatis in peccando. qḋ declarat autoritate. b. Augꝰ.
cui annectit ꝙ mendatiũ hꝫ rõnẽ pctĩ. ex hoc ꝙ ſḿ
ordinẽ rõnis hõ illud loq̄ dꝫ qḋ in aĩo ſentit. eius op
poſitũ facit q̄ mendatiũ loquit̄ ipſe eñi vtit̄ ṽbis nõ
ad id ad qḋ ſunt ĩſtituta. ſ. ad cogitationũ nr̄aꝝ no-
tificationẽ. ſꝫ ad fallaciã qḋ pctm̃ ẽ. eſt etiã q̄nq3 dã-
nabile. i. mortale. Iuxta illud pſal. Perdes oẽs qui
loquũt̄ mendatiũ. Et ſapiens Os qḋ mentit̄ occidit
aĩam Iſte ṽo autoritates nõ ſunt intelligẽde de om
ni mẽdatio. ſꝫ tm̃ de dãnabili. Cõſequent̄ determinat
de ſequela pctĩ q̄ eſt error et dicit ꝙ errare in fide vl'
q̄tũ ad vitã eternã magnũ pctm̃ eſt ⁊ ꝑiculũ. Sed er
rare tm̃ in rebus q̄ ad curioſitatẽ ꝑtinent nõ eſt pec-
catũ. ⁊ ſi eſt pctm̃ tunc eſt leuiſſimum pctm̃. Subdit
etiã ꝙ lꝫ nõ erret̄ niſi ꝑ ignorantiã rei alicuꝰ tñ nõ ſe
quit̄ ꝙ errat quicũq3 aliq̄d ignorat. Sꝫ ille dr̄ tm̃ ꝓ
prie errare q̄ credit ſe ſcire qḋ neſcit. et ſic falſum ꝓ
vero approbat. et q̄uis illud generalit̄ ſit requiſituꝫ
ad omnem errorẽ. tñ multũ refert in quibus errat̄.
Nã in aliquibꝰ errare ẽ ꝑiculoſum. In alijs aũt ẽ me
lius errare q̄ nõ errare. q2 errare in aliquibꝰ q̄nq3
ꝓdeſt. Ultimo querit. vtrũ Iacob dicendo ego ſum
Eſau mentitus fuit. Et rñdet mgr̄ ſḿ. b. Augꝰ. ꝙ
non q2 nõ intendebat fallere. Itẽ nõ fuit mendatiũ
ſꝫ myſteriũ ꝙ matri impanti ꝑ ſpũſctm̃ eſt reuelatũ
Et tm̃ in ſpeciali ſnĩa huius diſtinctionis.

De periurio. a

Hinc de piu
rio videamus. Periuriũ eſt
mendacium iuramẽto firma D. XXXIX
tum Hic querit̄ vtrũ ſit per-
iuriũ vbi nõ eſt mendatium? Qḋ quibuſ-
dam videt̄ ex autoritate Hieronymi dicẽ- Hierony. ſup Hieremy.
tis Aduertendum eſt ꝙ iuſiurandum tres
habet comites. veritatẽ. iudiciũ. ⁊ iuſticiã
Si iſta defuerit: nõ erit iuramentũ ſed per
iuriũ. Ubi aũt falſum iuratur: veritas de-
eſt. Si ergo falſum iuret̄. ⁊ ſi nõ ſit ibi intẽ-
tio fallendi: videt̄ eſſe ꝑiuriũ q2 deeſt veri
tas Quibuſdã placet nõ eſſe ꝑiurium vbi
nõ eſt mendatiũ. ⁊ ſicut dicit̄ aliquãdo fal
ſum ſine mendatio. ita iurat̄ falſum ſine ꝑ
iurio. Falſum forte dixit apl's cũ ſe ventu-
rũ ad corinthios ꝓmiſit. Nec tñ ſic ei im-
ponebatur culpã mendatij cõtraxit. q2 ſic
animo ſentiebat. etiã ſi iuramento illud fir
maſſet nõ ꝑiurium incurriſſet. q2 q̄tum in
ip̄o fuit verꝝ dixit. ⁊ ſi iurationem addidiſ
ſet q̄tum in ſe foret verũ iuraſſet. et ſi aliter
euenerit q̄ꝫ dixit. Ideo ſicut quis non eſt
mendax niſi aliter ſentiat animo q̄ꝫ dicit. ſi
ue ita ſit ſiue non. ita videtur quibuſdam
neminem ꝑiurum conſtitui. niſi aliter ſen-
tiat animo q̄ꝫ loquitur. ſiue ita ſit ſiue nõ.

De triplici modo periurij. b

Sed melius credi
tur et ille peierare qui falſum volũtate fal-
lendi iurat. et q̄ falum putans qḋ veruꝫ eſt
iurat. et qui verũ putans qḋ falſum eſt iu-
rat. Uñ Augꝰ. Homines falſum iurãt vel
cum fallũt vel cũ falluntur. Aut putat ho- Augꝰ. de ver bis apli ſmone. xxviij.
mo veruꝫ eſſe qḋ falſum eſt ⁊ temere iurat
aut ſcit vel putat falſum eſſe. ⁊ tñ ꝓ ṽo iu-
rat et nihilominus cũ ſcelere iurat. Diſtãt
aũt illa duo ꝑiuria que cõmemoraui. Fac
illũ iurare qui verum eſſe putat. Pro quo
iurat verũ putat eſſe et tñ falſum eſt. Non
ex animo iſte peierat ſed fallitur. Hoc pro
vero habet quod falſum eſt. non ꝓ falſa re
ſciens iurationẽ interponit. Da alium qui
ſcit falſum eſſe ⁊ iurat tanq̄ꝫ verũ ſit quod
ſcit falſum eſſe. Videtis q̄ꝫ iſta deteſtanda
ſit belua. Fac aliũ qui putat falſum eſſe et
iurat tanq̄ꝫ verũ ſit et forte verũ eſt. Ver-
bi gr̄a vt itelligatis. Pluit in illo loco. In
terrogas hoiem. et dicit pluiſſe. ⁊ tũc plu-
it ibi. ſed putat non pluiſſe: periurꝰ eſt. In

tereſt queãdmodum verbũ ꝓcedat ex aio
reã linguã non facit niſi rea mens ſit. His
euidenter tradit̃ ꝙ tripliciter peierat ho/
mo vt ſupra diximus. dũ vel ſciens falſum
iurat. vel putans falſum qđ verũ eſt iurat
vel eſtimãs veꝝ qđ falſum eſt iurat. Sed
hoc extremũ nõ videtur eſſe ꝑiuriũ. etiam
ſi ꝑiuriũ nominet̃. eo ꝙ falſuꝫ iurat̃. nõ vi
detur reus eſſe ꝑiurij qui ſic iurat. qꝛ nõ ē
mens eius rea ⁊ ideo nec lingua. imo eius
mens rea eſt dum iurare pꝛeſumit quod ꝑ
ſpicue verum non depꝛehẽdit. Nõ ğ om̄e
ꝑiuriũ mẽdaciũ eſt. nec omnis qui peierat
mentitur. ſed om̄is mentiendo iurans peie
rat. ⁊ omnis q̇ falſum iurat. ſiue mentiens
Queſtio. ſiue nõ peierat. Cum ṽo quis iurat qđ
verũ eſt eſtimens eſſe falſum. querit̃ q̇d ſit
ibi ꝑiuriũ. Ipa em̄ ſignificatio vocis vera
eſt. qꝛ veꝝ neſcienter loquit̃. Nõ ergo ipa
ſignificatio vel falſum vel mendatium eſt
qꝛ vera eſt. ⁊ quod verũ eſt: ꝑiuriũ nõ vi=
Solutio. detur eſſe. Ad hoc dicimus loqui ſic. ſ. cõ/
tra mentẽ ſub atteſtatione iuramenti eſſe ꝑ
iurium. Mentiri ergo adhibita iuratione
periuriũ eſt Periuriũ ergo eſt. vel iurãdo
loq̇ falſum cũ intentiõe fallẽdi vel iurãdo
loqui falſum ſine intẽtione fallendi. vel iu=
rando loqui verũ cum intentione fallendi
Oppoſitio Hic opponit̃. Si oĩs q̇ falſum iurat peie
rat. tunc qui alicui ꝓmittit dare ſub certo
termĩo aliq̇d qđ tamẽ nõ faciet. ex quo iu/
rauit peierauit. qꝛ falſum iurauit? Nõ em̄
Determinatio. ita futurum erat vt iurauit. Ad hoc dici/
põt. qꝛ nõ omnis qui iurat qđ falſum ē. ex
quo iurat ꝑiurus eſt. ſicut iſte de quo agi=
mus ſ; ex quo ꝓpoſitũ mutat vel terminũ
trãſgredit̃. iuratio talis fit ꝑiuriũ reatu.

An iuratio ſit malum. c

Si autez queritur

vtrũ iurare ſit malũ? Dicim᷒ aliq̄ñ malum
eſſe. aliq̄ñ nõ. Sponte em̄ ⁊ ſine neceſſitate
iurare vel falſum iurare pctm̄ grande eſt.
Ex neceſſitate autẽ iurare. ſ. vel ad aſſeren
dũ innocentiã vel ad federa pacis ꝯfirmã
da vel ad ꝑſuadendũ auditoꝛib᷒ qđ eſt eis
Aug⁹. de ſermone domini in monte. vtile. malũ nõ eſt. qꝛ neceſſariũ eis ē. Unđ
Aug᷒. Iuramentũ faciendũ eſt in neceſſa=
rijs cuꝫ pigri ſunt hoĩes credere quod eis
eſt vtile. Iuratio nõ eſt bona non tñ mala
cũ eſt neceſſaria. i. nõ eſt appetẽda ſicut bo/
Aug⁹. ſuper epiſtolam ad Galath. na. nõ tñ fugienda tanq̄ꝫ mala cũ eſt neceſ=
ſaria. Non eſt em̄ ꝯtra p̄ceptũ dei iuratio.
Sꝫ ita itelligit̃ dñs ꝓhibuiſſe a iuramẽto
vt q̄ꝫtũ in ipſo eſt q̇ſq̄ꝫ nõ iuret. Qđ multi
faciũt in ore habẽtes iurationẽ tanq̄ꝫ ma=
gnũ atq̄ꝫ ſuaue aliquid. Apl's em̄ nouit pꝛe
ceptũ dñi et tamen iurauit. Prohibemur
em̄ iurare cupiditate vel delectatiõe iuran
Aug⁹. de ſermone dñi. di. Ex ergo xp̄s ait in euangelio. Ego dico
vobis nõ iurare omnino. ita intelligitur p̄
cepiſſe ne q̇ſq̄ꝫ ſic̃ bonũ appetat iuramentũ
⁊ aſſiduitate iurãdi labatur in ꝑiuriũ. Qđ
ṽo addidit ſit ſermo veſter eſt eſt. nõ non.
bonũ ē ⁊ appetẽdũ. Quod aũt ampli᷒ eſt a
malo eſt. i. ſi iurare cogeris ſcias de neceſ=
ſitate venire infirmitatis eoꝛũ quibus ali=
quid ſuades. Que infirmitas vtiq̄ꝫ maluꝫ
eſt. Uñ nos quotidie liberari p̄camur di=
centes: libera nos a malo. Ideoq̄ꝫ non di=
xit qđ amplius eſt malum eſt. Tu em̄ non
facis malum qui bene vteris iuratione. ſ;
a malo eſt illius qui aliter nõ credit. i. ab in
firmitate que aliq̄ñ pena eſt. aliq̄ñ pena et
culpa. Ibi ergo dñs ꝓhibuit malũ. ſuaſit
bonum: indulſit neceſſarium.

De iuramento quod per creatu=
ras fit. d

Querit̃ etiã vtrũ

liceat iurare ꝑ creaturam? Quod nõ vide=
tur cũ in lege ſcriptum ſit. Reddes autem
dño iuramẽta tua. Et xp̄s in euãgelio pꝛe
cipit nõ iurare omnino nec ꝑ celũ. nec per
Hierony. ſuper mathe. terrã. nec ꝑ hieroſolymam. nec ꝑ caput tu/
um. Iudeis quaſi ꝑuulis eſt cõceſſum iu/
rare ꝑ creatoꝛem et p̄ceptũ. vt ſi iurare cõ=
tingeret. nõ niſi ꝑ creatoꝛẽ iurarẽt non per
creaturam. qꝛ iurantes ꝑ angelos ⁊ elemẽ
ta: creaturas venerabant̃ honoꝛe et meli᷒
erat hoc exhiberi deo q̄ꝫ creaturis. Infir/
mis ergo illud ꝓhibuit. ſanctis ṽo q̇ i crea
turis creatoꝛem venerabantur tm̄: nõ pro=
hibuit Unde Ioſeph ꝑ ſalutẽ pharaonis
iurauit: dei iudicium in eo veneratus quo
poſitus erat in infimis. Chꝛiſtus ṽo ita ꝑ
creaturas iurare ꝓhibuit. ne vel aliq̇d di/
uinum in eis crederetur ꝓ quo reuerentia
eis deberet̃ vel ne per ea iurãtes falſuꝫ ho
mines ſe iuramẽto teneri non putarent.

Que iuratio magis teneatur an
que fit per deũ. an que fit per euã
geliũ. vel per creaturas. e

Si autez queritur

quis magis teneatur an qui ꝑ deũ. an qui

ꝑ euangelium vel ꝑ creaturas iurat? Di
cimus qui per deū. qꝛ per deum hec facta
Chriſoſti. ſunt. Vn̄ Chriſo. Si qua cauſa fuerit mo=
dicum videtur facere qui iurat per deum.
Qui vo ꝑ euangeliū magis aliquid feciſſe
videtur. Quibus dicendū eſt. Stulti: ſcri
pture ſancte ꝓpter deū facte ſunt. nō deus
ꝓpter ſcripturas. ita et creature facte ſunt
propter deum.

Quid eſt dicere per deum. f

Hic queritur quid

ſit dicere ꝑ deū iuro? Hoc eſt teſtē adhibe
re deū. Iurauit eñ apl's dicens. Teſtis eſt
In ſermone d̄ mihi deus. ac ſi dixiſſet ꝑ deū ita eſt. Vn=
ꝑiurio. q̄ ſic i= de Aug. Ridiculū eſt putare hoc ſi dicas
cipit Quiſq̄s per deū iuras ſi dicas teſtis eſt mihi deus
eſt praui et ꝑ= non iuras. Quid eſt enim ꝑ deū. niſi teſtis
uerſi cordis. eſt deus. aut quid eſt teſtis eſt deus. niſi ꝑ
deū. Quid eſt autē iurare? niſi ius deo red
dere qn̄ per deum iuras. Ius. ſ. veritati et
non falſitatis. Itez ecce dico charitati ve/
ſtre et qui ꝑ lapidem iurat falſum ꝑiur9 eſt
qꝛ nō lapidē qui nō audit. ſed eius creato/
rem adhibet teſtem. Hoc eſt ergo iurare ꝑ
Aug9. ſuper qualibet creaturam. ſ. creatorem ei9 teſtem
pſal. vij. adhibere Eſt etiā quoddā genus iuramē=
ti grauiſſimū quod fit ꝑ execrationē vt cū
homo dicit: ſi illud feci illud patiar. vel il=
lud contingat filijs meis. Sm̄ quem modū
accipitur etiam interdum cum aliquis iu=
rando dicit. per ſalutem meam vel per fili=
In ſermone os meos ⁊ hmōi. Obligat enim hoc deo.
de ꝑiurio. Vn̄ Aug. Cū quis ait ꝑ ſalutem meā. ſalu
tem ſuam deo obligat. Cum dicit ꝑ filios
meos. oppignerat eos deo vt hoc eueniat i
caput eorum quod exit de ore ipſi9. Si ve
rum verum: ſi falſum falſum. Et ſicut per
hoc iurans aliquādo hoc deo obligat. ita
ꝑ deū iurans ipm adhibet teſtez. In omni
ergo iuratione aut deus teſtis adhibetur
aut creatura deo obligat̄. et oppigneratur
Vt hoc ſit iurare. ſ. deum teſtem adhibere
vel deo aliquid oppignerare. Hoc eſt ergo
iurare ꝑ qualibet creaturā. ſ. creatorē eius
teſtem adhibere.

De illis qui iurant per falſos de
os. g

Poſt hec queritur

vtrū fide eius vtendū ſit q̄ ꝑ demonia vel
Auguſti. ydola iurauerit? De hoc Augu. ſcribens
ad publicolam. ait. Te prius conſiderare
volo. vtrū ſi quiſpiam ꝑ deos falſos iura=
uerit. et fidē nō ſeruauerit non tibi videtur
bis peccaſſe. Bis vtiq3 peccauit. q̄a iura=
uit ꝑ quos nō debuit. et contra pollicitam
fecit fidē qd̄ nō debuit. Ideoq3 qui vtitur
fide illius quem ꝯſtat iuraſſe ꝑ deos falſos
⁊ vtit̄ fide illi9 nō ad malū ſ3 ad bonū: non
pctō illius ſe ſociat q̄ ꝑ demonia iurauit ſ3
bono pacto eius quo fidem ſeruauit. et ſi=
ne dubitatione minus malū eſt ꝑ deos fal/
ſos iurare veraciter. q̄3 ꝑ deū verū fallaci=
ter. Quanto eñ per qd̄ iuratur magis ſan=
ctum eſt. tanto magis eſt penale ꝑiurium.

Qd̄ iuramentū quo incaute iura=
tur nō eſt obſeruandū nec votum
nec promiſſio iniuſte facta. h

Nunc ſupeſt vide=

re. vtrū omne iuramentū implēdū ſit? Si
enim quis alicui iurauerit contra fidem et
charitatez quod obſeruatū peiorē vergat
in exitū. potius eſt mutandum q̄3 implen=
dum. Vnde Ambroſius. Eſt contra offi= In li. de offi.
cium dei nonnunq̄3 ꝓmiſſum ſoluere ſacra cijs.
mentū vt herodes fecit. Item Iſiderus In Sinoni=
In malis ꝓmiſſis reſcinde fidem. in turpi mis.
voto muta decretuz. Quod incaute voui=
ſti nō facias. impia eſt ꝓmiſſio que ſcelere
adimpletur. Idem Non eſt obſeruanduz In li. ſnīarū.
ſacramētum quo malum incaute promitti
tur. vt ſi quis adultere perpetuā fidem cuz
ea ꝑmanendi polliceat̄. Tolerabilius eñ
eſt nō implere ſacramentum q̄3 ꝑmanere in
ſtupro. Item Beda. Si quid nos incauti Beda in ome
us iurare contigerit quod obſeruatū peio lia. xlij.
rem vergat in exitū. libere illud ſalubriori
conſilio mutandū nouerimus ac magis in
ſtante neceſſitate peierandū eſſe nob q̄3 ꝑ
vitando ꝑiurio in aliud crimen grau9 eſſe
diuertendum. Deniq3 iurauit dauid ꝑ de=
um occidere Nabal virū ſtultū. ſed ad pri
mam interceſſionē abigail femine pruden/
tis remiſit minas. reuocauit enſem in vagi
nam. nec aliquid culpe ſe tali periurio con
traxiſſe doluit. Item Aug9. Ex dauid iura In ſermone
mentū ꝑ ſanguinis effuſionē non impleuit quodam.
maior pietas fuit. Iurauit dauid temere.
ſed non impleuit iurationē maiori pietate
Ex his alijſq3 pluribuſq3 oſtendit̄ quedaz
iuramenta nō eſſe obſeruanda. et qui ſic iu
rat vehementer peccat. Qui autem mutat
benefacit Qui aūt nō mutat duplicit̄ pec/
cat. et qꝛ iniuſte iurauit. ⁊ quia facit quod
non debet.

Si eſt periur⁹ qui non facit quod
incaute iurauit. l

Qui vero mutat
vtrũ piur⁹ debeat dici: ſolet queri: Beda
ſupra tale iuramentũ vocauit piuriũ. Jo-
hannes etiã apocriſarius orientaliũ ſediũ
dixit. Sermo pr̃is noſtri ſophronij ſignifi
cat. ꝙ melius eſt iurantẽ peierare ꝙ̃ ſerua/
re ſacramentũ in fractione ſanctaꝝ imagi/
num. Sed piuriũ dicit̃ tale iuramentũ nõ
obſeruatũ. et peierare dicit̃ qui nõ implet
qḋ falſuꝫ iurat. nõ q꞉ inde reus ſit ꝙ nõ ob
ſeruat. ſed q꞉ iurauit iniuſtum. ex quo reus
eſt. ſicut ille qui peierat.

De eo qui verborum calliditate
iurat. k

Hoc etiã ſciendum
eſt ꝙ quacunq; arte verboꝝ q̃s iuret. de⁹ (Iſidorus in li. ij. ſinarum)
tñ qui ꝯſcie teſtis eſt. ita hoc accipit ſic̃ ille
cui iurat̃ intelligit. Duplicit̃ aũt reus fit q̃
et nomen dei inuanuꝫ aſſumit. et ꝓximum
in dolo capit.

De illo qui cogit aliquē iurare. l

Queritur etiam ſi
peccat q̃ hoiem iurare cogit: De hoc Aug
ait. Qui exigit iurationẽ multũ intereſt ſi
neſcit illũ iuratuꝝ falſum an ſcit. Si eñ ne/
ſcit. et ideo dicit. iura mihi vt fides ei ſit. ñ
eſt pctm̃. tñ humana tẽptatio eſt. Si vero
ſcit eũ feciſſe et cogit eum iurare: homicida
eſt. Idẽ Qui ꝓuocat hoiem ad iurationẽ
et ſcit eũ falſuꝫ iurare vincit homicidã. q꞉
homicida corpus occiſur⁹ eſt. ille animam
imo duas animas, et eius quẽ iurare ꝓuo
cauit: et ſuam.

Ex concilio aurelianenſi. m

Sancta ſinodus d
creuit niſi ꝓ pace facienda vt oms̃ fideles
ieiuni ad ſacramenta accedant.

Iſta eſt diſtinctio. xxxix. huius
tertij libri. In qua mgr̃ poſtq̃ egit de mẽdatio Agit
de piurio. Et tria facit Nã pmo agit de piurio ſpãlr̃
Scdo de iuramẽto generalit̃. Tertio determinat q̃ſ
dã q̃ſtiões incidentalit̃. Primũ vſq; ibi. Si aũt q̃rit̃
Scdm vſq; ibi. Querit̃ etiã vtrũ. Tertiũ vſq; ad fi-
nẽ diſtin. In ſpãli ſñia mgr̃i ſtat in trib⁹ ꝓpoſitioni-
buſ quarũ pma eſt hec. Quãuis oẽ mendatiũ iura-
mẽto ꝯfirmatũ exiſtat piuriũ. Nõ tñ oẽ piuriũ ẽ men
datiũ. Primã h⁹ ꝯcluſionis ptẽ mgr̃ ꝓbat diffinitõ
ne piurij dicẽs. ꝙ piuriũ eſt mendatiũ iuramẽto ꝯfir
matũ. Scdam xo ptẽ eiuſdẽ. ſ. ꝙ nõ oẽ periuriũ ſit
mendatiũ ꝓbat mgr̃ tres ponẽs modos piurij quo
rũ pm⁹ modus ẽ. cũ aliq̃s ſcienter aliqḋ falſum fir-
mat iuramento qḋ tñ putat eſſe falſum. Scḋs eſt cũ
aliq̃s firmat aliqḋ falſum iuramento qḋ tñ putat eẽ
veꝝ. Et iſti duo modi peierãdi nũq̃ pñt eſſe ſine mẽ
datio. Terti⁹ mod⁹ eſt cũ aliq̃s firmat aliqḋ veꝝ iu-
ramento qḋ tñ putat eſſe falſum. ꝛ iſte piurandi mo
dus eſt ſine mendatio. eo ꝙ nõ iurat̃ falſum. lꝫ adeſt
intẽtio fallẽdi. nõ tñ eſt ſine pctõ. q꞉ non fuit adhibi
ta debita iurãdi cautela que ꝯſiſtit ĩ hoc vt bñ diſcu
tiat̃ res ſup quã q̃s iurare pſumit. Sed cõtra dicta
obijcit mgr̃ dupliciter. Nã videt̃ ꝙ nõ peierat q̃ veꝝ
quod falſum putat iuramento ꝯfirmat q꞉ veꝝ iurat
ꝛ etiã nõ abutit̃ xbis. q꞉ iurat illud quod ſignificat
Ad qḋ rñdens dicit ꝙ nõ tm̃ q̃ falſum iurat ſed etiã
q̃ veꝝ iurat quod falſum eſſe putat peierat. Qḋ ptꝫ
ex hoc ꝙ loq̃ ꝯtra mentẽ cũ atteſtatiõe iuramẽti piu
riũ eſt. ſiue illud ſit verũ qḋ dicit̃ ſiue falſum. Scdo
obijcit ſic. Dictũ eſt ꝙ q̃ falſuꝫ iurat peierat igit̃ vid꞉
ꝙ oĩs iurãs ſe aliq̃d certo tpe datuꝝ alicui qḋ tamẽ
nõ dabit ſtatim iurãdo piur⁹ fit vt ptꝫ q꞉ falſuꝫ iurat
Et rñdet mgr̃ ꝙ taliter iurans nõ incurrit periuriũ
niſi vel mutando ꝓpoſitũ. vel tranſgrediendo termi
num. Scda ꝓpoſitio eſt hec. Jurare nõ ſp eſt licitũ
neq; illicitũ. Hanc mgr̃ ponẽs querit. vtrum iurare
ſit malũ vel illicituꝫ. Et rñdet ꝙ ſicut iurare falſum
grande eſt pctm̃ ſic iurare ſine neceſſitate nõ eſt ſine
pctõ. Exemplũ hui⁹ eſt. vt ſi q̃s p iuramentũ confir
maret ꝙ deus nõ eſſet creator oim rerũ. talis falſuꝫ
iuraret ꝛ p ꝯſequens graue eſt pctm̃ ſꝫ iurare ex ne
ceſſitate ſup aliquo licito. ſ. ſup innocentia alicui⁹ cõ
firmanda. vel federa pacis ꝯfirmanda vel aliq̃d vti
le ſeruandum non eſt pctm̃. Tertia ꝓpoſitio eſt hec
Quãuis iurare p creaturas ipfectis nõ ſit pmiſſum
pfectis tñ nõ eſt illicitũ ſeu ꝓhibitũ. Hanc eñ ꝓpo-
ſitionẽ mgr̃ ꝓbans querit ſex queſtiones Quarum
queſtionũ pma eſt hec. Utrum liceat iurare p creatu
ras. Et ꝙ nõ licet arguit p illud. nolite iurare neq;
p celũ neq; etiã p terrã. Confirmatur hoc nullus hõ
nec perfectus nec iperfectus põt per creaturas iura
re. ergo dictũ mgr̃i eſt falſum. Rñcedẽs ꝓbat ꝙ oẽ
iuramentũ eſt ad ꝯfirmandũ veritatẽ ꝓponẽdũ ſed
ſolus ds̃ eſt veritas q̃ de ipſo dicit. Ego ſum via ve-
ritas et vita. ergo nullũ iuramentũ ſtabit niſi p deuꝫ
rerũ ꝯditorẽ. Ad qḋ rñdet ꝙ impfectis indictum fu
it p creatorẽ et nõ p creaturas iurare. Sed viris p-
fectis p creaturas nõ ẽ ꝓhibitũ iurare. eo ꝙ in crea
turis ſciũt creatorẽ venerari. Sicut patet de ioſeph
q̃ iurauit p ſalutẽ pharaonis. Subdit ꝙ xp̃us ꝓhi-
buit iurare p creaturas duplici de cã. Prima eſt ne
crederet̃ aliq̃d diuinũ eſſe in creaturis ꝓ quo eis re
uerentia deberet̃. Scda ne iurans falſum p creatu-
ras crederet ſe ñ peccare ſeu ne iurãtes p creaturaſ
crederent ſe nõ obligari ad iuramenti cõpletionem
Alia queſtio. Quis magis oblige̊t. vtrũ qui iurat p
deum vel q̃ iurat p creaturã Et rñdet ꝙ magis obli
gatur qui iurat per deũ. q꞉ per deum oĩa facta ſunt
et nõ econuerſo. Ubi ſubdit q̃d ſit iurare per deũ di
cẽs ꝙ iurare per deũ ẽ deũ adhibere teſtẽ illius rei q̃
iuratur Similit̃ iurare per creaturã eſt creatorẽ ei⁹
teſtem ſuum obligare. Unde ſm .b. Aug⁹. qui p la-
pidem iurat falſum periurus eſt. q꞉ nõ per lapidẽ iu
rat ſed p eius creatorẽ. Itẽ eſt aliud iuramentũ cre-
atiõe vel per creationẽ. vt cũ dicit̃. ſi feci illud hoc
veniat mihi aut filijs meis. et hoc eſt grauiſſimum,

Tertia q̄ſtio eſt. Utrū infideles peccent iurando per falſos deos. Et rn̄det ſm̄ be. Aug. ꝙ ſi infidelis iurat falſum ꝑ falſos deos peccat dupliciť. Primo q̇a iurauit per quos nō debuit iurare. Scḋo q꞉ iurauit ꝯtra fidem quā debuit ſeruare. Quarta queſtio eſt. Utr omneū iuramentū ſit implendū. Et rn̄det ꝙ iuramentū incautū. ſ. qḋ vergit in peiorē exitū non ſit implendū ſꝫ mutandū. ⁊ qui ip̄m nō mutaret peccat dupliciter. Primo q꞉ iniuſte iurauit. Scḋo q꞉ facit qḋ nō dꝫ. Ubi ſubdit ꝙ iuramentū ſit illicitū tripliciter. aut q꞉ iurat qḋ in ſe eſt vicioſum vt adulterium꞉ vel homicidiū. ⁊ tale iuramentū nō eſt ſeruādū. Secundo cum q̇s iurat qḋ nō eſt in ſe vicioſum. ſed ꝑ accidēs. vt ſi q̇s pꝰ votū caſtitatis iurat aliquā accipe ī vxorē. vel ꝙ iurat aliq̇d omittere qḋ in ſe ē bonū ſcꝫ nō dare elemoſinā alicui indigenti. Quinta q̄ſtio eſt Utrū iurās incaute debeat dici piurus. Et reſpōdet ꝙ ſic. et hoc ideo ꝙ nō ſeruat qḋ iurauit. q꞉ tenetur illud mutare vt dictū eſt in p̄cedentibus. ſed quia iurauit iniuſtū reus efficiť. ſicut ille q̇ peierat. Un̄ ſubdit ꝙ qualitercūqꝫ iureť iuramentū ſꝑ referť ad intētionē recipientis et nō iurātis. Un̄ qui fraudulēter iuramentū p̄ſtat duplr̄ peccat. Primo q꞉ nomen dei inuanū aſſumit. Scḋo q꞉ ꝓximū doloſe nitiť decipe Sexta queſtio eſt. Utrū peccet ille q̇ cōpellit aliū iurare. Et rn̄det ꝙ ſi exigiť iuramentū ſolū vt fides fiat de re ſuꝑ qua iurať. nō eſt pcm̄ ſed humana temptatio. Si aūt recipiēs iuramentū ſciēs aliū falſum iurare. tunc ſi cōpellit ip̄m iurare mortaliter peccat Et ſubdit ꝙ ſm̄ ordinationē ſinodi aurelianēſis ad iuramentū dn̄t hoīes ieiuni accedere niſi eſſet ꝓ pace firmāda. vel vniuerſaliter in quibus mora p̄ſtaret periculū. Et tm̄ in ſpeciali.

De ſexto ⁊ ſeptimo precepto ſecūde tabule.

a

DI. XL

s

Extū p̄ceptū

eſt. Nō deſiderabis vxorem ꝓximi tui. Septimū eſt. Nō ꝯcupiſces domuꝫ ꝓximi tui non ſuū꞉ nō ancillā ⁊c̄. Sed videť p̄ceptū de nō ꝯcupiſcendis rebus ꝓximi vnū eſſe cū eo. quo dꝛ nō furaberis. et p̄ceptū ḋ nō ꝯcupiſcenda vxore vnū eſſe cū eo quo dꝛ. Nō mechaberis Poterat em̄ p̄ceptū non furandi in illa generalitate intelligi. vbi de non ꝯcupiſcenda re ꝓximi p̄cipiť. et in eo qḋ dictū eſt nō mechaberis. poterat illud intelligi꞉ Non ꝯcupiſces vxorē ꝓximi tui. Sed in illis duobus p̄ceptis nō mechādi et nō furandi ip̄a oꝑa notata ſunt ⁊ prohibita. In his v̄o extremis ipſa cōcupiſcentia. multū ergo differūt illa ab iſtis. Unde illi p̄cepto non mechandi fit ſuꝑadditio in euāgelio. vbi omnis ꝯcupiſcentia mechādi ꝓhibetur. Sed cū hic ꝓhibeať cōcupiſcētia aliene vxoris et aliene rei. quare dicitur lex cōprimere manū ⁊ nō animū. euāgeliū v̄o et manū et animū. Illud de lege diciť ſm̄ cerimonialia nō ſm̄ moralia. Ut

Augu. ſuper Exodum.

Quaſ lex cōprimere dicitur nō animū ſed manum.

q꞉ in lege nō eſt generalis ꝓhibitio omnis mortifere ꝯcupiſcentie. vt in euangelio vel ſm̄ eorum carnalem indulgentiam.

Quid ſit littera occidens.

b

Si vero queritur

quā dicat apl's litterā occidentē꞉ Ea certe eſt decalogus qui nō diciť littera occidēs eo ꝙ mala ſit lex. ſed q꞉ ꝓhibens pcm̄ auget ꝯcupiſcentiā ⁊ addit preuaricationem niſi liberet gratia. Que gratia nō ſic abundat in lege vt in euangelio. Lex ergo bona eſt ⁊ tm̄ occidit ſine gratia cū ſit virtus peccati que iubet qḋ ſine gratia īpleri nō pōt. Gratia aūt deerat. et ideo littera occidens erat. Diſtat aūt euāgelij lr̄ā a legis lr̄ā꞉ q꞉ diuerſa ſunt ꝓmiſſa. ibi terrena. hic celeſtia ꝓmittunť. Diuerſa etiā ſacramenta q꞉ illa tm̄ ſignificabant. hec ꝯferūt gratiā. Precepta etiā diuerſa q̄tuꝫ ad cerimonialia. Nā q̄tū ad moralia ſunt eadē. ſed plenius in euangelio cōtinentur. Audiſtis decem cordas pſalterij vtriꝗ ſexui impoſitas. que charitate tangēde ſunt vt viciorum fere occidantur.

De legis ⁊ euangelij diſtantia.

Iſta eſt diſtictio. xl. ⁊ vltima huius tertij libri. In qua magiſter poſtq̄ egit de peccatis ad octauū preceptū pertinentibꝰ ꝓſequiť ſuū tractatū de p̄ceptis. ⁊ agit de duobus p̄ceptis reſiduis Et tria facit. Primo em̄ ponit ſextū ⁊ ſeptimū preceptū ſcḋe tabule. Scḋo ꝛmouet quaſdā dubitatōnes ḋ lege. Tertio aſſerit dr̄iam legū. ſcꝫ moſayce ⁊ euāgelice. Primū vſqꝫ ibi. Si v̄o queriť Secundū vſqꝫ ibi. Diſtat euangelij littera. Tertium vſqꝫ ad finē diſtin. In ſpāli ſentētia magiſtri ſtat in tribꝰ ꝓpoſitiōibus quarū prima eſt hec. Sextū p̄ceptū ſcḋe tabule ꝓhibet appetitum mechandi. ⁊ ſeptimum volūtatē furandi Hāc magiſter ponēs dicit ꝙ ſextū p̄ceptum ſcḋe tabule eſt. Nō ꝯcupiſces vxorē ꝓximi tui. Sed contra illud replicat dicens ꝙ alicui poſſit videri. ꝙ iſtud ſextū p̄ceptū de nō cōcupiſcendo vxorē ꝓximi ſit idē cū tertio p̄cepto ſcḋe tabule de mechando. et ꝙ ſeptimū ſit idē cū quarto de non faciendo furtum Et rn̄det ꝙ non ſunt idem. ſed in tertio et quarto ꝓhibenť actus exteriores tm̄. In iſtis aūt duobꝰ p̄ceptis ꝓhibenť etiā actꝰ interiores Sed ꝯtra iſtud adhuc replicat di. Ex iſta ſolutione habeť ꝙ in lege veteri ꝓhibenť tam actꝰ exterior q̄ etiā interior. quomodo ergo verū eſſe pōt quod cōmuniter dicitur ꝙ lex cōprimat manū nō animū. Et rn̄det ꝙ lex vetus ⁊ manū ⁊ animū cōprimit q̄tum ad precepta moralia. Sed diciť tm̄ cōprimere manū q̄tum ad cerimonialia. vel pōt dici ꝙ in lege veteri nō ſic exprimitur generalis ꝓhibitio cuiuſlibet cōcupiſcentie ſicut fit in euāgelio. iō diciť lex manum cōprimēs. Euāgelium v̄o vtrūqꝫ. ſ. tā manum q̄ animum cōprimit. Secunda ꝓpoſitio eſt hec. Littera legis dꝛ occidēs nō q꞉ inſufficienter ꝓhibuit. ſed q꞉ non ſicut euangeliū gratiam p̄buit Hanc magiſter ponēs querit de qua littera intelligiť illud aplī. Littera occidit ſpiritus viuificat. Et reſpondet ꝙ intelligitur de lr̄a decalogi.

vel legis veteris. que dicitur occidere. nõ ideo ꝙ lex mala ſit. ſed dicitur occidere occaſionaliter qꝛ ponẽdo mandata ſeu ꝓhibendo peccata augebat concupiſcentiã ⁊ addebat ꝑuaricationẽ ꝑcipiendo ea que nõ poſſint impleri ſine gratia que tꝑe legis veteris ſicut tꝑe euangelij non abundabat. iõ littera. i. ipſa lex moyſi ea occaſionaliť occidere dicebať. qꝛ ille eſt intellectus autoritatis apl̃i. Tertia ꝓpoſitio ẽ hec. Lex moſayca multipliciť differt ab euangelica. Hãc magiſter inſinuãs aſſerit triplicem differentiam legis antique et noue. quarũ prima eſt. ꝙ in antiqua lege tm̃ ꝓmittebanť temporalia ⁊ terrena. In euangelio autem terrena et celeſtia. Secunda eſt. qꝛ ſacramenta veteris legis tm̃ ſignificabãt gratiam. ſacramenta ꝟo noue legis et ſignificant et iuſtificant. ſcꝫ conferendo gratiaꝫ. Tertia eſt. ꝙ in veteri lege fuerunt quedam cerimonialia et in nouo non ſunt. licet precepta moralia ſunt eadẽ vtrobiqꝫ. ⁊ ſic ỹponit magiſter fineꝫ huic tertio libro.

Explicit liber tertius. Sequuntur tituli ſeu rubrice libri Quarti

Tituli

His tractatis que

ad doctrinā rerū ꝑtinent quib⁹ fruendum eſt ⁊ quibus vtendū. ⁊ que fruunt̄ ⁊ vtuntur: ad doctrinā ſignorū accedamus.

DI. I De ſacramentis.
Quid ſit ſacramentū.
Quid ſit ſignum.
Quo differant ſignum ⁊ ſacramentū
Quare inſtituta ſunt ſacramenta.
De dr̄ia ſacramentoꝝ veterū ⁊ nouorum.
De circumciſione.
Quod remediuꝫ illi habuerunt qui fuerūt ante circumciſionem.
De inſtitutione circūciſionis ⁊ de cauſa.
De paruulis defunctis ante diē octauum quo fiebat circumciſio.

DI. II De ſacramentis noue legis
De baptiſmo.
De dr̄ia baptiſmi Johis ⁊ xp̄i.
Quid vtilitatis baptiſmus iohis habuit.
Si fuit ſacramentū baptiſmus ille.
De forma baptiſmi Johannis.

DI. III Quid ſit baptiſmus.
De forma baptiſmi.
Ꝙ apl̄i in noie xp̄i baptiſauerunt.
Si in noie patris tātum vel ſpirituſſancti poſſit tradi baptiſmus.
De inſtitutione baptiſmi.
Quare in aqua tantū fiat.
De immerſione quotiens fieri debeat.
Qn̄ circumciſio amiſit vim ſuam.
De cauſa inſtitutionis baptiſmi.

DI. IIII De illis qui ſuſcipiunt ſacramentū et rem. ⁊ rē ⁊ nō ſacramentū. ⁊ ſacramentū ⁊ non rem.
De ficte accedentibus.
Quō intelligat̄ illud quotquot in xp̄o baptizati eſtis xp̄m induiſtis.
Ꝙ paſſio ſupplet vicem baptiſmi ⁊ fides ⁊ contritio.
Quid ꝓſit baptiſmus cū fide accedentib⁹
Quid dimittitur in baptiſmo iuſtis.
Cuius rei ſit ſacramentū baptiſmus queꝫ recipit iuſtus.

DI. V Ꝙ baptiſm⁹ eque bon⁹ eſt a bono vel a malo. datus bono vel malo.
De ptāte baptiſmi ⁊ miniſterio.
Que fuit poteſtas baptiſmi quā xp̄us potuit dare ſeruis. ⁊ non dedit.

DI VI Quib⁹ liceat baptiſare.
Si rebaptizādi ſunt ab hereticis baptizati
Ꝙ nullus in materno vtero baptiſatur.
Utꝝ baptiſm⁹ ſit cū ꝟba corrupte ꝓferūt
De illo qui ꝑludo immergitur.
De reſponſione patrinoꝝ
De cathecismo ⁊ exorciſmo.

DI. VII De ſacramento confirmationis qd̄ non niſi a ſummis ſacerdotib⁹ tradi poteſt.
Que ſit virtus huius ſacramenti.
Utrū hoc ſacr̄m dignius ſit baptiſmo.
Utrum poſſit iterari.

DI. VIII De ſacramento altaris.
Ꝙ huius ſacramēti in veteri teſtamento figura preceſſit ſicut ⁊ baptiſmi.
De inſtitutione huius ſacramenti.
De forma.
Quare xp̄s poſt aliū cibū dedit hoc ſacramentum diſcipulis.
De ſacramento ⁊ re.
Ꝙ res ſacramenti duplex eſt.

DI. IX De duob⁹ mānducādi modis
De errore illoꝝ qui dicūt xp̄m tantū a bonis ſumi.
De intelligētia q̄rundā ꝟboꝝ ambiguoꝝ

DI. X De hereſi illoꝝ q̄ dicūt corpus xp̄i nō eſſe i altari niſi i figura vl̄ in ſigno.
De ſanctoꝝ teſtimonijs quib⁹ ꝓbat̄ verū corpus xp̄i eſſe in altari.

DI. XI De modo conuerſionis.
Quō d̄r corp⁹ xp̄i ꝯfici de ſubſtātia panis
Quare ſub alia ſpecie ſumatur.
Quare ſub duplici ſpecie.
Quare aqua miſceatur vino.
Quale corp⁹ dedit xp̄s diſcipulis in cena

DI. XII Ubi illa accidentia fundēt̄
De fractione ⁊ partibus.
De confeſſione berengarij.
Quid ille partes ſignificent.
Si xp̄us imolat̄ in altari quotidie et an ſit ſacrificiū qd̄ a ſacerdote gerit̄.
De cauſa inſtitutionis.

DI. XIII Si hoc ſacramentū conficiatur ab hereticis vel excōmunicatis.
Quid facit hereticū ⁊ quid ſit hereticus.

DI. XIIII De penitentia.
Unde dicitur penitentia.
Quid ſit penitentia.
Quid ſit penitere.
De ſolenni ⁊ vnica penitentia.
Ꝙ pctā ſepe dimittunt̄ per penitentiam.

DI. XV Ꝙ plurib⁹ irretit⁹ pctis non pt̄ ꝟe d̄ vno penitere niſi d̄ oib⁹ peniteat.
Quibus de cauſis ꝯtingunt flagella.
De egiptijs ⁊ ʒodomitis q̄ dicunt̄ temporaliter puniti ne in eternū perirent.
De generibus elemoſyne.
Quid ſit elemoſyna.
Utrū in mortali pctō ꝑmanētes et largas

eleemoſynas faciētes debeāt dici ſatiſfacē
Utrū bona q̄ fiūt ab aliquib⁹ malis valeāt ad meritū vite cū fuerint ꝯverſi ad bonū
DI. XVI De tribus in penitentia conſiderandis .ſ. compunctione. confeſſione et ſatiſfactione.
Que ſit vera ſatiſfactio.
Que ſit ſatiſfactio falſa.
De tribus actionibus penitentie.
De multitudine venialium que grauāt vt vnum grande peccatum.
De ſatiſfactione venialium.
DI. XVII Utrum ſine confeſſione dimittantur peccata.
Si ſufficit ſoli deo confiteri.
Q nō ſufficit ſoli deo ꝯfiteri. ſi poſſit ſacerdoti confiteri.
An ſufficiat confiteri laico.
Ad quid valeat confeſſio.
DI. XVIII De remiſſione quam p̄ſtat ſacerdos.
De clauibus.
De vſu clauium.
Si ſacerdos poteſt dimittere peccata vel retinere.
Quomodo ſacerdotes dimittunt peccata vel retinent.
Quō ſacerdotes ligāt vel ſoluūt a pctīs.
Quō intelligendū ſit illud. qđcunq̄ ſolueris ſuper terram ⁊c̄.
Que ſunt interiores tenebre ⁊ interior macula.
DI. XIX Qn̄ hee claues danť: ⁊ q̄b⁹
Utrū p indignos traſſundať gr̄a dignis.
Quō intelligendū ſit maledicā benedictionibus veſtris.
Qualis eſſe debeat iudex eccleſiaſticus.
DI. XX De his q̄ in fine penitent.
De his qui penitētiā non complent.
De illo cui ſacerdos indiſcret⁹ iniūgit penitentiam.
Q morientibus non eſt imponenda ſatiſfactio ſed innoteſcenda.
Q non eſt penitentia neganda vel reconciliatio in neceſſitate.
Q preſbyteri nō recōciliēt aliquē incōſulto ep̄o niſi in neceſſitate.
An oblatio eius ſit recipiēda q̄ currēs ad penitentiā preueniť morte.
DI. XXI De peccatis que poſt hāc vitam dimittunť.
De his qui edificant aurū. argentū. lapidem. lignum. fenum ſtipulam.
De igne purgatorio quo aliȷ̄ citius aliȷ̄ tardius purgantur.
Quid ſit edificare lignū. fe. aut ſtipu.
Quid ſit edificare au. argen. la. pre.
Q aliquē de penitet ⁊ ſi de nō oi veniali.
Quid ſit generalis confeſſio.
Q nemo d₃ ꝯfiteri pctā q̄ non fecit.
De pena ſacerdotis qui peccata confitentis publicat.
DI. XXII Si pctā dimiſſa redeant
Quid ſit ſacramentū et res.
DI. XXIII De ſacr̄o vnctōis extreme
De tribus generibus vnctionis.
A quibus fuerit hoc ſacr̄m inſtitutum.
De iteratione huius ſacramenti.
DI. XXIIII De ordinibus eccleſiaſticis. ⁊ quot ſint.
Quare ſunt ſeptem.
Quales aſſumendi ſint ad clerum.
De corona ⁊ tonſura.
De hoſtiariȷ̄s.
De lectoribus.
De exorciſtis.
De acolitis.
De ſubdyaconibus.
De dyaconibus.
De preſbiteris.
Qui dicuntur ordines ſacri.
Quid appelletur ordo.
De nominibus dignitatis ⁊ officiȷ̄.
De epiſcopo.
De pontifice.
De quadripartito ep̄orum ordine.
De vate.
De cantore.
DI. XXV De ordinatis hereticis.
De ſymonia vnde diciť ⁊ quid ſit.
De his qui a ſymoniacis ordinanť ſcienť vel non.
De his qui dicunt ſe emere corporalia et non ſpiritualia.
De diſtinctione ſymoniacorum.
De his qui violenter ab hereticis vel aliis ſymoniacis ordinantur.
DI. XXVI De ſacramento ꝯiugiȷ̄.
De inſtitutōne ⁊ eius cauſa.
Qn̄ ſm p̄ceptum ⁊ ſm indulgentiam contractum ſit coniugium.
Quibus modis accipiť indulgentia.
Q nuptie bone ſint.
Cuius rei ſacramentū ſit coniugium.
DI. XXVII Que ſunt conſideranda in coniugio.
Quid ſit coniugium.
De conſenſu qui efficit coniugium.
Quando incipit eſſe coniugium.
De opinione quorundam qui dicūt coiu

gium nõ eſſe ante carnalem copulam.
Ꝙ ſponſa põt eligere monaſteriũ ſine con-
ſenſu ſponſi.
Ꝙ ꝯiugatus ſine coniugis cõſenſu nequit
ꝓfiteri continentiam.
De adulterinis coniugijs.
Ꝙ multipliciter ſponſus ⁊ ſponſa accipit̄.
Que ſpõſa ſit vidua mortuo ſpõſo ⁊ q̄ non
DI. XXVIII Si conſenſus de futuro
etiã iuramento firmatus faciat coniugiũ
De his que ꝑtinent ad ſubſtantiã ⁊ ad de
corem ſacramenti.
Utrum ꝯſenſus ille qui facit matrimoniũ
ſit de carnali copula. an de cohabitatiõe
an de alio.
Quare de latere viri formata eſt mulier.
DI. XXIX Ꝙ non eſt conſenſus legit-
timus vbi eſt coactio.
DI. XXX De errore q̄ euacuat con
ſenſum.
De coniugio Marie ⁊ Joſeph.
De finali cauſa coniugij.
Ꝙ malus finis nõ ꝯtaminat ſacramentũ.
DI. XXXI De tribus bonis ꝯiugij.
De duplici ſeꝑatione.
De his q̄ ꝓcurant venena ſterilitatis.
Qñ ſint homicide q̄ ꝓcurant abortum.
De excuſatõne coitus. q̄ fit ꝑ bona ꝯiugij.
De indulgentia quã fecit aplus.
De malo incontinentie.
De carnis delectatione q̄ pctm̄ ſit vel nõ.
DI. XXXII De ſolutione carnalis
debiti.
De ꝯtinentia ex cõmuni cõſenſu ſeruanda
Qñ ceſſandum ſit a coitu.
Quib⁹ tꝑibus nõ ſint celebrande nuptie.
DI. XXXIII De diuerſis legibus
coniugij.
Utrum Johis virginitas ſit preferẽda ca
ſtitati abrae.
Que erat conſuetudo coniugij ſub lege.
Cui licebat tunc plures habere vel non.
DI. XXXIIII De ꝑſonis legittimis
De frigidis ſeparandis vel non.
De his q̄ maleficijs ĩpediti coire nequeũt
De furioſis.
De his q̄ dormiunt cũ duab⁹ ſororibus.
Ꝙ non eſt dimittenda vxor pro aliqua ma
cula corporis.
DI. XXXV De iure viri ⁊ mulieris.
Ꝙ fornicariam nequit dimittere vir niſi
Solet etia3 q̄ri vtrum praui ſacerdotes h3 ſacramētū ↄficere queāt: Ad qđ dici poteſt q̄ aliq̄ lic3 ſint praui ↄſecrant ỽe. ſ. q̄ itus ſūt noīe et ſacro ⁊ ſi nō vita. q3 nō in merito ↄſecrantis ſ3 in ỽbo efficit creatoris. Uñ Augu. Intra catholicā eccl̄iam i miſterio corpis et ſanguinis dñi nihil a bono mai⁹. nihil a malo minus pficit̄ ſacerdote. q3 nō i merito ↄſecrātis ſ3 in ỽbo pficit̄ creatoris ⁊ ỽtute ſpiritusſancti. Credendū eſt eni q̄ in ỽbis chriſti ſacra ↄficiāt̄ Sicut ipe ē q̄ baptizat. ita ipſe ē q̄ p ſpiritūſāctū ſuā efficit carnē ⁊ ſāguinē. Itē Greg. Putāt q̄dā cōmunionē corpis min⁹ eſſe ſanctificatā. ſi illoꝝ fiat officio quoꝝ vita coꝝ oculis videt̄ ignobil̄. Heu inq̄ magnū laqueū icidunt. vt diuina ⁊ occulta myſteria pl⁹ ab alijs ſanctificata poſſe fieri credāt. cū vn⁹ idemq3 ſpiritus ſanctus in tota eccleſia inuiſibilit̄ ea myſteria ⁊ opando ſanctificet. et ſanctificādo benedicat. Myſteriū ideo d3 q̄ ſecretā et recōditā habeat diſpēſationē. Sacrificiū ỽo q̄ſi ſacrū factū. q3 p̄ce myſtica conſecratur ꝓ nobis i memoriā dñice paſſiōis. Sacramentum eſt in aliqua celebratiōe cū res ita fit vt aliquid ſignificate rei accipiam⁹. Sacramēta ſunt baptiſma. chriſma. corp⁹ q̄ idō ſacr̄a dicunt̄ q3 ſub tegumēto viſibilium rerū: diuina ỽtus ſecreti⁹ ſalutē eorūdem ſacramentoru3 opatur. Uñ a ſecretis virtutibus vel ſacris ſacr̄a dicuntur. Panis ⁊ calicis ſacr̄m. grece euchariſtia dicit̄ latine bona gr̄a iterpretat̄. ⁊ quid melius corpe ⁊ ſanguine xp̄i: Siue ergo p bonos ſiue p malos miniſtros intra eccl̄iam diſpēſetur: ſacramentū tñ eſt. q3 ſpiritusſanctus viuificat. Nec bonoꝝ diſpēſatoꝝ meritis ampliatur. nec malorum attenuatur. Hoc de corpore domini. hoc ⁊ de baptiſmate et criſmate dicendu3 eſt et tenendū. quia virtus diuina ſecretius operatur i eis. ⁊ diuina ſolummodo ē hec virtus ſiue poteſtas nō humane efficacie. Illi vero qui excommunicati ſunt vel de hereſi manifeſte notati non videntur hoc ſacramentū poſſe conficere. licet ſacerdotes ſint. q3 nemo dicit i ipſa conſecratione. offero. ſed offerimus q̄ſi ex perſona eccleſie. Et ideo cum alia ſacramenta extra eccleſiam poſſint celebrari

DI. XIII

Aug. in li. de corpe dñi.

Aug. i ſmõe de corpe xpi.

de hoc nõ videt̃. Qđ etiã Aug. tradere vi
detur dicens. Recolite nomen ⁊ aduertite

Unde dicat̃ miſſa

veritatẽ Miſſa eñ dicit̃ eo ꝙ celeſtis miſ
ſus ad cõſecrandũ viuificum corpus ad/
ueniat iuxta dictũ ſacerdotis dicẽtis. Om
nipotens deus iube hec perferri per man⁹
ſancti angeli tui in ſublime altare tuum ⁊c̃
Jdcirco niſi angelus venerit: miſſa nequa

Greg. maledicã bñdictiõi: b⁹ vr̃is. id eſt. bis q̃ ieis bñdictõib⁹ poſſidetis vł q̃c q̃d a voƀ bñdicet̃ vł q̃m ñ bñdicũt ſctis ex ꝟo corde. vł q: q̃ iniq̃ agunt bñdicũt ab eis adulãt ꝙ petõib⁹ dñi mõ diuites ſit. Hieronym⁹. maledicã bñdictib⁹ vos. id eſt. q̃cq̃d a vobis benedicet̃: p me erit maledictum. Greg⁹. ſuper ezech. Qui i expoſitiõe ſacri eloquij vt auditoribus placeat aliq̃d fingit ſua verba loq̃tur nõ dei q̃ aũt i ꝟbis dñicis aliter q̃is q̃ ꝑtulit ſẽſerit ⁊ ſi ſub alio intellectũ tñ ad edificationẽ charitatis tendit dñi ſũt verba q̃ dicit.

q̃ iure vocari poteſt Nunq̃d eñ ſi hoc mi
ſteriũ hereticus auſus fuerit vſurpare. an
gelũ de celis mittit de⁹ oblationẽ ei⁹ conſe
crare. maxie cũ eiſdẽ ꝑ ꝓphetã cõminatus
ſit dicẽs. maledicã benedictionib⁹ veſtris
Et ſi benedictiõib⁹ eoꝝ ſe aſſerit maledictu
rũ veritas. Quid erit de hoſtia: ğ dicem⁹
illã poſſe bñdici ab illo quẽ ſcim⁹ a deo fo/
re maledictũ cũ ſua bñdictiõe Si eñ deus
maledixerit bñdictionib⁹ hereticorũ et ſy/
moniac⁹ bñdixerit: q̃s eoꝝ ꝑualebit: Nũ
q̃d bñdictio maledicti ad nihilũ poterit re
digere ꝟba veriſſima cõminãtis dei. ¶ Ex
his colligit̃ ꝙ heretic⁹ a catholica eccł'ia ꝑ
ciſus nequeat hoc ſacr̃m ꝯficere q: ſãcti ãgeli
q̃ hui⁹ myſterij celebratiõi aſſiſtunt tũc nõ
aſſunt qñ heretic⁹ vł ſimoniac⁹ hoc miſte-
riũ temerarie ꝑſumit. Non eñ dubitari lʒ
vbi corpis dñici ⁊ ſanguis miſteria gerũt̃.
ſupnoꝝ ciuiũ adeſſe ꝯuẽt⁹. Jn hui⁹ autẽ
miſterij expletiõe ſicut formã ſuari. ita or/
dinẽ hr̃i. ſ. vt ſit ſacerdos ⁊ intẽtionẽ adhi
beri optet vt illud facere intẽdat. Sʒ ſi nõ
credit de illo miſterio ſicͭ veritas hʒ nũq̃d
põt intẽdere illud ꝯficere: ⁊ ſi nõ intendit.
nũq̃d ꝯficit: Aliq̃ dicũt etiã nõ recte ꝺ illo
miſterio ſentiẽtẽ: poſſe itẽdere. nõ q̃dẽ illꝺ
ꝯficere. qđ iã eẽt recte credere. ſʒ id agẽ qđ
gerit̃ ab alijs dũ ꝯficit̃. ⁊ ſic ahibet̃ inten/
tio. ⁊ ſi intẽtio dicat̃ deeſſe ꝯficiẽdi illꝺ mi-
ſteriũ. tñ ex quo intẽdit ea dicere ⁊ agere q̃
ab alijs gerunt̃. implet̃ miſteriũ. Jllud
etiã ſane dici põt. ꝙ a brutis aĩalib⁹ corp⁹
xp̃i nõ ſumit̃. ⁊ ſi videatur. Quid ğ ſumit

A brutis animalib⁹ eucha riſtia nõ ſumitur.

mus, vł q̃d mãducat: De⁹ nouit h̃ De h̃ ce
leſti miſterio aliq̃ ꝑſtrinxim⁹ a catholicis
fideliter tenẽda Qui eñ his ꝯtradicit: he/
reticus iudicatur.

Quid faciat hereticuʒ ⁊ quid ſit
hereticus. b

Ne autez ignores
q̃d faciat hereticũ. vel q̃d ſit heretic⁹. audi
breuit̃ q̃d inde ſcti doctores tradãt. Hyla.
ait extiterũt plures q̃ celeſtiũ ꝟborũ ſim/
plicitatẽ non veritatis ipſius abſolutioneʒ
ſuſceperũt. alit̃ interꝑtantes q̃ dictoꝝ ꝟt⁹
poſtularet. De intelligẽtia eñ hereſis nõ
de ſcriptura eſt. ⁊ ſenſus nõ ſermo fit crimẽ

Hyla. in li. de trinitate.

Jdẽ in. viij. Jntelligẽtie ſenſus i crimie eſt

Hierony. ſup Oſee.

Hiero. dic̃. ꝙ ex ꝟbis inordinate ꝓlatis i-
currit̃ hereſis. Aug. diffiniẽs q̃d ſit hereti

Aug de vtilitate credẽdi.

cus ait heretic⁹ eſt q̃ ꝓ alicui⁹ tpalis como
di ⁊ maxie gl'ie ꝑncipatuſq; ſui gr̃a: falſas
ac nouas opiniones gignit vel ſequit̃.

Jſta eſt diſtinctio. xiij. hui⁹ quar
ti libri. Jn qua mgr̃ poſtq̃ egit ſup⁹ de ſacro eucha
riſtie q̃tũ ad eſſe ⁊ fieri. Hic agit de eius miniſtro. ⁊
tria facit. Primo eñ inquirit an mal⁹ ſacerdos poſ-
ſit ꝯſecrare. Scđo hereticũ ſeu ſciſmaticũ non poſſe
ꝯficere nitit̃ determinare Tertio oñdit aĩalia bruta
nullaten⁹ poſſe mãducare. Primũ a ꝑncipio vſq; ibi
Jlli ꝟo q̃ excõicati ſunt. Scđm vſq; ibi. Jllud ꝟo ſa
ne dici ꝑt. Tertiũ vſq; ad finẽ diſ. Jn ſpãli ſnĩa mgr̃i
⁊c̃. A malo ſacerdote vex ſacr̃m ꝯficit̃. q: nõ i meri
to ſꝑius. ſʒ in ꝟbo creatoris efficit̃. Hãc mgr̃ inſinu
ans querit ꝑmo vtruʒ hoc ſacr̃m mal⁹ ſacerdos põt
cõficere. Et rñdet ꝙ bonitas vel malicia ſacerdotis
nihil facit ad cõſecrationẽ. q: cõſecratio nõ i merito
cõſecrãtis ſʒ in verbo efficit̃ creatoris. Jn hoc enim
ſacro ſub tegimẽto rex viſibiliũ diuina ꝟtus ſecreti
us opat̃ ſalutẽ. qđ autoritatib⁹ ꝯfirmat. Scđa pro-
poſitio eſt hec. Sciſmaticũ ⁊ hereticũ non poſſe ꝯſe
crare ꝑ magiſtrũ aſſerit̃ ⁊ intẽtio in ipo cõſecrãte ne
ceſſario exigit̃. Hanc mgr̃ ponens dicit ꝙ ab eccl'is
dei ꝑ excõicationẽ vel hereſim ꝑciſi nõ videtur hoc
ſacr̃m poſſe ꝯficere q̃uis ſint ſacerdotes. tũ q: obla
tio hui⁹ hoſtie fit ex ꝑſona totius eccl'ie ipi aũt extra
eccl'iam ſũt. Tũ q: hmõi ſacri celebratiõe nũcius ce
leſtis mittit̃ ad bñdicendũ. Nõ eſt aũt ꝑſumenduʒ ꝙ
de⁹ bñdicat bñdictionib⁹ ꝑciſoꝝ ab eccleſia. Poſtea
dicit ꝙ ad ſacri hui⁹ ꝑfectionẽ duo req̃runt̃. ſ. ordo
miniſtri. ſ. ꝙ ſit ſacerdos ⁊ intentio. Subdit ꝙ ille q̃
non credit etiã põt intẽtionẽ habere ⁊ ꝑ ꝯſequẽs cõ
ſecrare dũmõ intendit agere ⁊ facere qđ facit eccl'ia
Tertia ꝓpoſitio eſt hec Magiſter videt̃ dogmatiza
re bruta aĩalia nullatenus chriſti corpus mãducare
Hãc mgr̃ inſinuãs dic̃ ꝙ bruta aĩalia corpus xp̃i nõ
ſumũt. q̃d aũt ſumãt dũ hoſtiã mãducãt dicit ꝙ de⁹
nouit Poſtea epilogãdo dicit ſe de hoc myſterio bre
uiter dixiſſe a fidelib⁹ catholicis fidelit̃ tenenda q̃b⁹
ſi q̃s cõtradicit heretic⁹ videt̃. Ultimo quaſi incidẽ-
talit̃ dicit ꝙ hereticũ facit intelligẽtia praua ſm be-
Aug. ꝺ vtilitate credẽdi. aut heretic⁹ eſt q̃ cã cõmo-
di tpalis ⁊ glorie vel falſum vel nouas opiniones gi
gnit aut ſequit̃. Et tñ in ſpeciali.

De penitentia. a

Poſt hec ꝺ pe-
nitẽtia agẽdũ eſt. Pnĩa lõge
poſitis a deo neceſſaria eſt vt
appropiquẽt. Eſt enim vt ait

DI. XIIII prima tabula

Hiero. ſcđa tabula poſt naufragiũ q: ſi q̃s
veſtẽ inocẽtie in baptiſmo ꝑceptã peccan/
do corrupit: pnĩe remedio repare ꝑt. Pri-
ma tabula eſt baptiſm⁹ vbi deponit̃ vetus
hõ ⁊ induit̃ nou⁹. Scđa pnĩa: qua poſt la
pſum reſurgimus. dũ vetuſtas reuerſa re-
pellit̃. ⁊ nouitas ꝑdita reſumit̃. Poſt ba/
ptiſmũ ꝓlapſi ꝑ pnĩam renouari valent. ſʒ

Hierony ſup Daniel.

ſecunda tabula

Duplex ē penitentia

nõ ꝑ baptiſmũ. licet hoi ſepi⁹ penitere ſed nõ baptizari. Baptiſm⁹ tm̃ ẽ ſacramẽtũ ſ; pnia dr̃ ⁊ ſacramẽtũ ⁊ ỽtus mẽtis. ¶ Eſt eñ pnia interior. ⁊ eſt pnia exterior. Exterior ſacramẽtũ ẽ. interior ỽtus mẽtis eſt. ⁊ vtraq; cã ſalutis eſt ⁊ iuſtificationis. Utrũ ỽo ois exterior pnia ſit ſacramẽtũ: vl' ſi nõ omnis: que hoc noie cenſenda ſit cõſequẽter inueſtigabimus. A pnia cepit iohis ꝓdicatio dicentis: Penitentiã agite appropinquabit eñ regnũ celorũ. Qđ aũt preco docuit. illud poſt veritas ꝓdicauit exordium ſumens ſmonis a pnia. Pnia dr̃ a puniendo. q̃ q̃s punit illicita q̃ cõmiſit. Penitẽtie ỽt⁹ timore ꝯcipit̃ Uñ Eſa. A timore tuo dñe concepim⁹ ⁊ peꝑim⁹ ſpm̃ ſalutis.

¶ Uñ. dr̃ pnia.

Ambro. ĩ ſermone quadrageſimali.

Eſt autẽ pnia vt ait Amb. Mala p̃terita plangere. ⁊ plangenda iterũ nõ cõmittere. Itẽ Greg. Penitere ẽ ante acta pctã deflere. ⁊ flẽda nõ cõmittere. Nã qui ſic alia deplorat vt alia tñ committat. adhuc pniam agere aut ignorat aut diſſimulat Quid eñ prodeſt ſi pctã luxurie q̃s defleat ⁊ adhuc auaricie eſtib⁹ anhelat. ¶ His verbis quidam vehementius inherentes ꝯtendũt vere penitẽtẽ vltra nõ poſſe peccare damnabiliter. ⁊ ſi grauiter peccauerit: verã nõ ꝑceſſiſſe pniã Qđ etiã alijs muniũt teſtimonijs. Ait eñ Iſi. Irriſor eſt ⁊ nõ penitẽs qui adhuc agit qđ penitet Nec videt̃ deũ poſcere ſubditus ſed ſubſannare ſuperbus Canis reuerſus ad vomitum: et penitens ad pctm̃. Multi lachrimas indeſinenter fundunt. ⁊ peccare nõ deſinunt. quoſdam accipe lachrymas ad pniam cerno. ⁊ affectum pnie nõ hr̃e. q: inconſtantia mentis nunc recordatione peccati lachrymas fundunt. nũc reuiuiſcẽte vſu ea que fleuerunt iterãdo cõmittũt. Eſa. d' peccatorib⁹ dicit Lauamini mundi eſtote Lauat̃ ⁊ mũdus eſt q̃ ⁊ p̃terita plãgit ⁊ flenda iterum nõ cõmittit. Lauat̃ ⁊ nõ eſt mũdus q̃ plangit q̃ geſſit nec deſerit et poſt lachrymas ea que defleuerat repetit. Item Aug. Inanis eſt pnia quã ſequẽs culpa coinq̃nat. Nihil ꝓſunt lamẽta ſi replicant̃ pctã. Nihil valet veniã a malis poſcere ⁊ mala denuo iterare. Item. Greg Qui cõmiſſa plãgit nec tamen deſerit: pene grauiori ſe ſubijcit. Itẽ Ambro. Repiunt̃ qui ſepius agendã penitentiam putant qui luxuriantur in xp̃o. Nã ſi vere pniam in xp̃o agerẽt: iterandã poſtea nõ putarẽt. q: ſicut vnũ baptiſma ita eſt vna pnia. ¶ His alijſq; plurib⁹ vtũtur in aſſertione ſue opinionis. Sed Ambroſius dicit Hec vera penitentia eſt ceſſare a peccato Et iterũ Magni ꝑfect⁹ ẽ renũciaſſe errori. imbutos enim vicijs animos exuere atq; emẽdare ỽtutis eſt ꝑfecte et celeſtis gr̃e. ⁊ ideo ſane ita diffiniri põt. Penitentia eſt ỽtus q̃ cõmiſſa mala cum emẽdationis ꝓpoſito plangimus ⁊ odimus ⁊ plangenda vlteri⁹ cõmittere nolum⁹: quia pnia vera ẽ in animo dolere ⁊ odire vitia. Uñ illa verba p̃miſſa. penitere ẽ ante acta deflere ⁊ flenda non cõmittere. recte ſic accipi pñt vt non ad diuerſa tpa ſed ad idem referant̃. vt ſcz tpe quo deflet cõmiſſa mala nõ cõmittat volũtate vel ope flenda. qđ innuit̃ ex verbis cõſequẽtib⁹. Naz qui ſic alia deplorat ⁊c. Hinc Aug. ait. Cauẽduz eſt ne quis exiſtimet nephanda illa crimina qualia qui agũt regnũ dei non poſſidebunt quotidie perpetranda. ⁊ elemoſynis redimenda. In melius eſt enim vita mutanda. et per elemoſynas de peccatis preteritis ꝓpiciand⁹ eſt deus. nõ ad hoc emẽdus quodammodo vt ea ſemp licea impune cõmittere. Nemini eni dedit laxamẽtũ peccãdi. ⁊ ſi miſerando deleat cõmiſſa peccata. ſi nõ ſatiſfactio cõgrua negligat̃. Itẽ Pius papa. Nihil ꝓdeſt homini ieiunare et orare et alia religionis opa agere niſi mens ab iniquitate reuocetur. Qui ergo a malis ſic mentem reuocat vt commiſſa plãgat ⁊ plangẽda committere non velit nec ſatiſfacere negligit: vere penitet. Nec ideo nõ ẽ vera pnia. q: forte p⁹ nõ de ꝓpoſito ſ; caſu vel infirmitate peccabit. Ille autez irriſor eſt ⁊ non penitens qui ſic cõmiſſa plãgit vt plangenda voluntate vel ope cõmittere nõ deſinat. Ille etiam qui poſt lachrymas repetit que fleuit lauat̃ ad tempus. ſ; mũdus nõ eſt. i. illa mũdicia non eſt ei ſufficiẽs ad ſalutẽ. q: eſt momẽtanea nõ ꝑſeuerans. ¶ Itẽ illud. Inanis eſt pnia quã ſequẽs culpa coinquinat. ſic intelligẽdũ eſt Inanis eſt. i. carẽs fructu illius pnie quaz ſequens culpa nõ inq̃nat. Illi⁹ eniz fruct⁹ eſt vitatio gehenne et adeptio glorie. mortificat̃ eñ illa pnia et alia antea acta bona ꝑ ſequẽs pctm̃. vt nõ ſortiant̃ mercedẽ quaz meruerũt cũ fierẽt. et quã haberẽt ſi pctm̃ nõ ſuccederet. Sed ⁊ ſi de pctõ ſuccedenti pnia agatur ⁊ pnia que preceſſit. et alia ante acta bona reuiuiſcunt. ſed illa tm̃ q̃ ex charitate ꝓdierunt. Illa eñ ſola viua ſũt que ex charitate fiunt. Ideoq; ſi ꝑ ſeq̃ntia pctã mortificant̃. ꝑ ſubſequentẽ pniam reuiuiſcere poſſunt. Que vero ſine charitate fiũt

Iſi. in li. de ſũmo bono.

Aug. in li. ſoliloquiorũ.

Gregori⁹.

Ambro. in li. d' vnica pnia.

Ambro. ſuꝑ epiſtolam ad corinth.

Augu. ſuper octonarium. xxij.

Quid ſit penitentia.

Determiatio ꝓmiſſorũ ỽborum.

Aug. ĩ ench.

Pius papa.

moꝛtua ⁊ inania generantur. et ideo ꝑ penitentiam reuiuiſcere nõ valent. ¶ Similiter intelligendum eſt illud. Nihil ꝓſunt lamenta ⁊c̃. Et illud. Nihil valet ⁊c̃. Si ei replicentur peccata nihil valet ad ſalutem vel ad veniam in fine p̃cedens lamentum: q: nihil relinquitur de vite mũdicia. quia aut peccata dimiſſa redeunt vt quibuſdaȝ placet cum replicanꝶ vl' ſi non redeunt. eis tñ deletis ꝓpter ingratitudinem ita re⁹ et immundus conſtituitur cum adhuc in expiandis implicaꝶ. vt ſi iam deleta redirent De hoc tñ ſcȝ an peccata redeant poſt plenius agemus. Similiter nihil valet ad ſaluteȝ obtinendam. vel ad mũdiciam vite habendã. veniaȝ de malefactis poſcere. et malefacta denuo iterare. ¶ Ita etiaȝ intelligendum eſt illud quod idem Auguſ. alibi ait.

Aug. in li. de vnica pnia.

Penitentia eſt quedam dolẽtis vindicta ſemꝑ puniens in ſe qđ dolet cõmiſiſſe ⁊ infra. Quottidie dolendum eſt de peccato qđ declarat ipſa dilectiõis virt⁹. Penitere eñ eſt penaȝ tenere. vt ſemꝑ puniat in ſe vlciſcendo. quod cõmiſit peccãdo. Ille penã tenet. qui ſemꝑ vindicat qđ cõmiſiſſe dolet. Penitentia ergo eſt vindicta ſꝑ puniẽs in ſe quod dolet cõmiſiſſe. Quid reſtat nobis niſi dolere in vita. vbi eñ doloꝛ finitur: deficit et pnia. Si ṽo penitẽtia finiꝶ. quid relinquetur de venia? Tamdiu gaudeat et ſperet de gratia. q̃ȝ diu ſuſtentatur a penitentia Dicit enim dominus Vade et amplius noli peccare. non dixit: Ne pecces. ſed ne voluntas peccandi i te oriatur. Quod quomõ ſeruabitur niſi doloꝛ in penitentia continue cuſtodiatur. ſed ſemꝑ doleat. et de doloꝛe gaudeat et non ſit ſatiſ ꝙ doleat. ſed ex fide doleat. et non ſemper doluiſſe doleat.

Determinatio intelligentie dictoꝛum. b

De penitentia perfectoꝝ vel ad ſalutẽ ſufficiẽti intelligendũ eſt. qđ ſupꝛa dixit ſcȝ Penitẽtia eſt vindicta ſemꝑ puniens qđ cõmiſit. et alia hmõi Illud ṽo. Si penitẽtia finiꝶ nihil đ venia relinquiꝶ: dupliciter accipi põt. Si eñ iuxta quoꝛundã intelligẽtiã pctã dimiſſa redeũt. facile eſt intelligere nihil de venia relinqui. q: pctã dimiſſa iterum replicantur Sicut eñ ille qui ex ſeruitute in libertateȝ manumittiꝶ. iterum vere liber eſt. ⁊ tñ ꝓpter offenſam in ſeruituteȝ poſtea reuocaꝶ Sic et penitẽti peccata vere dimittunꝶ. et tñ ꝓpter offenſam que replicaꝶ iteꝝ redeunt. Si ṽo nõ redire dicanꝶ: ſane põt dici etiam ſic nihil de venia relinqui non ꝙ dimiſſa pctã iterũ imputentur. ſꝫ q: ꝓpter ingratitudinem ita reus ⁊ immundus conſtituitur. ac ſi illa redirent.

De ſolenni ⁊ vnica penitentia. c

Illud auteȝ quod Ambꝛo. ait. Repiunꝶ ⁊c̃. Et ſicut vnũ baptiſma ita ⁊ vna pnia. non ſꝫm generalem ſed ſꝫm ſpecialem moꝛem eccleſie de ſolẽni pnia dictũ intelligitur. que apud quoſdaȝ ſemel celebꝛata nõ iteratur. Itẽ illud aliud Ambꝛoſij. Penitentia ſemel vſurpata nec vere celebꝛata. et fructum pꝛioꝛis aufert ⁊ vſum ſequẽtis amittit. de ſolenni intelligitur. Solẽnis ergo penitẽtia vt Amb. i eodem ait: eſt que fit extra eccleſiam in manifeſto in cinere ⁊ cilicio que ꝓ grauioꝛibus hoꝛrendiſq; ac manifeſtis delictis tñ imponitur. ⁊ illa non eſt iteranda ꝓ reuerentia ſacramenti. et ne vileſcat et cõtemptibilis fiat hoĩbus. Vñ Aug⁹. Quãuis caute et ſalubꝛiter ꝓuiſum ſit. vt locus illius humilime pnie ſemel in eccleſia cõcedatur: ne medicina vilis minus vtilis eſſet egrotis: q̃ tantomagis ſalubꝛis eſt quãtominus cõtemptibilis fuerit Quis tamẽ audeat deo dicere. Quare huic homini qui poſt penitentiam pꝛimã rurſus ſe laqueis iniquitatis obſtringit adhuc iteruȝ parcis? Origenes quoq; de hac ſolẽni pnia que pꝛo grauioꝛibus criminib⁹ iniungitur ait: Si nos aliqua culpa moꝛtalis inuenerit que nõ in crimine moꝛtali. vel in blaſphemia fidei. ſꝫ in ſermonis vel in moꝛum vicio conſiſtat. hec culpa ſemper repari poteſt. Nec interdicitur aliquando de huiuſmodi penitentiam agere. Sȝ nõ ita de grauioꝛib⁹ criminibus. In grauioꝛibus enim criminib⁹ ſemel tñ penitentie conceditur locus. Communia que frequenter incurrimus ſemper penitentiam recipiunt et ſemper redimuntur. Communia dicit venialia peccata et foꝛte moꝛtalia quedaȝ alijs minus grauia. Que ſicut ſepe committuntur. ita frequenter per penitentiã redimuntur Sed de grauioꝛibus criminibus ſemel tantum agitur penitentia ſcilicet ſolẽnis. Nam et de illis ſi iterentur iteratur penitẽtia ſed non ſolennis. quod tamẽ in quibuſdam eccleſijs nõ ſeruatur.

Aug. ad macedoniũ.

Origenes ſuper leuiticũ.

Autoritatib⁹ probat ꝙ non ſemel tantum ſed frequenter pctã dimittant̄ per penitentiam. d

Qꝺ vo penitentia non ſemel tm̄ agat̄. ſed frequenter iteretur. ⁊ p eã frequenter iteruȝ venia pſtet̄ pluribus ſanctoꝶ teſtimonijs probatur Ait em̄

Augu. in li. ꝺ penitentia.

Aug. ſcribens contra quoſdã hereticos q̄ peccantibus poſt baptiſmũ ſemel tm̄ dicebant vtilem eſſe penitentiaȝ. ita: Adhuc inſtant pſidi qui ſapiunt pluſꝙ̄ optet. nõ ſobrij: ſed excedentes menſuram: dicunt. ⁊ ſi ſemel peccantibus poſt baptiſmuȝ valeat penitentia. nõ tm̄ ſepe peccantibus ꝓderit iterata. alioquin remiſſio ad peccanduȝ eſſet incitatio. Dicunt eni. Quis non ſp peccaret ſi ſemp redire poſſet. Dicũt eni dn̄m incitatorem mali ſi ſemp peccantibus ſubuenit. ⁊ ei peccata placere quibus ſemper pſto eſt gratia. Errant aũt. Conſtat eni ei peccata diſplicere. qui ſemp preſto ẽ ea deſtruere. ſi ea amaret: nõ ſemp ea deſtrueret

Aug⁹. ad macedoniũ.

Perpulchra verba

Idem ad macedoniũ Intantũ hoīum iniquitas aliqñ ꝓgreditur. vt etiaȝ poſt peractam penitentiam: poſt altaris reconciliationem vel ſimilia vel grauiora cõmittant ⁊ tm̄ deus facit etiã ſup taleſ oriri ſollẽ ſuuȝ nec minus tribuit ꝙ̄ ante tribuerat largiſſima munera vite et ſalutis. et ꝙ̄uis eis in eccleſia locus ille patientie non concedat̄. deus tm̄ ſup eos ſue patientie non obliuiſcit̄. Ex quoꝶ numero ſi quis nobiſ dicat dicite mihi vtꝶ aliq̄d ꝓſit ad vitã futuraȝ ſi in iſta vita illecebroſiſſime voluptati blãdimenta contempſero. ſi me penitendo vehemẽtius ꝙ̄ prius excruciauero. ſi vberi⁹ fleuero. ſi melius vixero. ſi paupes largi⁹ ſuſtentauero: ſi charitate ardentius flagrauero. quis veſtꝶ ita deſipit. vt huic homini dicat. nihil tibi iſta in poſterũ ꝓderũt. Uade ſaltem huius vite ſuauitate fruere. Auertat deus tam immaneȝ ſacrilegamꝙ̄ dementiã.

Joh. chriſ.

Iteȝ Johes chriſto. de repatione lapſi. Talis mihi crede: talis ẽ erga homines pietas dei. Nunꝙ̄ ſpernit pniam ſi ei ſincere ⁊ ſimpliciter offerat̄ etiã ſi ad ſummũ q̄s pueniat malorum ⁊ inde tm̄ velit reuerti ad virtutis viã. ſuſcipit libent̄ ⁊ amplectitur. ⁊ facit oīa quatin⁹ ad p̄oreȝ reuocet ſtatũ. Quodꝙ̄ eſt adhuc pſtantius et eminenti⁹ etiã ſi nõ potuerit q̄s explere omnem ſatiſfaciendi ordinẽ. quãtulãcunꝙ̄ tamen ⁊ q̄libet breui tpe geſtã non reſpuit pniaȝ. ſuſcipit etiam ipſam nec patit̄ ꝙ̄uis exigue cõuerſionis pdere mercedẽ. Exemplis etiam hoc idẽ aſtrui pt. Dauid em̄ p pniam adulterij ſimul ⁊ homicidij veniam ipetrauit. ⁊ grauiter tm̄ poſtea delīq̄t i ꝑplī enumeratione. qꝺ populi mltitudo ꝓſtrata oſtẽdit. Illud aũt mirabile eſt ꝙ angelo ferienti plebẽ. ſe obtulit dicens. Ego ſum qui peccaui. Grex

Ambroſi⁹. in apologia dauid.

iſte q̄d fecit. fiat man⁹ tua in me ⁊ in domũ patris mei. Quo facto ſtatim ſacrificio dignus iudicat̄. qui abſolutione eſtimabat̄ indignus. Nec mirũ ſi tali ſua oblatiõe ꝓ ꝑplo. peccati ſui adeptus eſt veniã. cũ moyſes offerendo ſe ꝓ plebis errore. pctã dilueri t. His alijſꝙ̄ teſtimonijs pluribus euidenter oſtendit̄ p pniam non ſemel tm̄ ſ ſepius nos a peccatis ſurgere. ⁊ verã pniaȝ ſepi⁹ agi. Uoluntarie eni peccantibus nobis: vt ait apl's ꝓ pctis nõ reliquit̄ hoſtia ſcꝺa. ſ. q: ſemel tm̄ xp̄m oportuit pati: nec relinquit̄ ſcꝺs baptiſmus. Relinq̄tur ꝟo

Jo. chriſ.

ſcꝺa pnia ⁊ tertia ⁊ deinceps vt Joh. chriſoſto. ſup hũc locũ ait. Sciendu ȝ inq̄t ꝙ h quidã exurgũt hoꝶ verboꝶ occaſiõe penitentiam auferentes. quaſi per pniam non valeat pctõr poſt lapſum reſurgere ſcꝺo et tertio ⁊ deinceps. Uex etiã in hoc pniam nõ excludit nec ꝓpitiationeȝ que ſepe fit p pniam ſed ſcꝺm baptiſmũ ⁊ hoſtiam.

Iſta eſt diſtinctio. xiiij. hui⁹ quarti libri. In q̄ mgr̄ poſtꝙ̄ determinauit de ſacramentis. ſ. cõfirmatione et euchariſtia que ſunt ſacra progredientiũ ordinata ad pfectionẽ in bono. Hic determinat de pnia que ordinat̄ ad amotionẽ mali. Et diuidit̄ tractatus iſte in quattuor ptes. In p̄ma determinat de pnia in ſe. Scꝺo ꝺ ptib⁹ pnie. Tertio de iſtrumẽtis. Quarto de tpe Scꝺa ps icipit i. xvj. diſ. Tertia i diſtinctõe. xviij. Quarta i diſtinctiõe. xxj. Prima ps diuidit̄ adhuc in duas ptes. In p̄ma pte determinat quidditatẽ pnie. ⁊ excludit quẽdã errorem. Scꝺo determinat de integritate. ſcilȝ in diſ. xv In pñti autẽ diſ. facit tria. Primo em̄ determinat q̄ ſit pnie diffinitio. Scꝺo quõ bona opa ⁊ p cõſequẽs pctm̄ mortificata p pniam reuiuiſcunt. Tertio quomodo publica pnia ꝓ eodem peccato nõ ſit reiterãda. Primum facit a p̄ncipio diſtin. vſꝙ̄ ibi. Itẽ illud inanis eſt penitentia. Scꝺm vſꝙ̄ ibi. Illud autẽ qꝺ Ambroſius. Tertiuȝ vſꝙ̄ ad finẽ diſtin. In ſpeciali ſnīa magiſtri ſtat in trib⁹ ꝓpoſitionibus. quaruȝ prima eſt hec Penitentia eſt virtus qua noſtra peccata voluntate deplangimus. et ea vltra committere nõ ꝓponimus. Hanc magiſter inſinuans ꝓponit p̄mo pniam neceſſariã eſſe. Eſt em̄ ſm̄ Hierony. ſcꝺa tabula poſt naufragiũ ex eo qui veſtem innocentie in baptiſmo pceptam peccando deſtruxit. poteſt eam penitentie remedio reparare Baptiſmus autẽ dicit̄ p̄ma tabula. vnde pnia ſepe reiterari põt baptiſm⁹ aũt nõ. Poſtea volens pniam diffinire p̄mittit quattuor. Primo em̄ p̄mittit eius genus qꝺ eſt ſacr̄m et virtus mentis. ſed baptiſmus eſt ſacr̄m tm̄. Eſt em̄ duplex pnia. interior. ſ. ⁊ exterior Interior eſt habi

tus exterior eſt ſacramẽtũ. Scḋo eiꝰ differentiã ꝓpter vtilitatẽ: q2 tã xp̃s ꝙ̃ Johes baptiſta p̃dicatio nẽ ſuã a pnĩa īceperũt dicẽtes. Penitentiã agite appropinquabit vobis regnũ celoꝝ. Tertio eiꝰ actum dicit̃ eñ pnĩa a puniẽdo: q2 ꝑ pnĩam illicita puniunt̃ Quarto eiꝰ originẽ: q2 pnĩe virtus timore cõcipit̃. Quibus p̃miſſis diffinit pniam ſc̃m b. Ambro. dicẽs ꝙ pnĩa eſt mala p̃terita deplangere ⁊ deplangenda iterũ nõ cõmittere. Poſtea dicit ꝙ ex hac diffinitõe aliqui moti fuerunt dicere ꝙ non ſit vera pnĩa q̃ peccato ſequenti maculat̃: vere eñ penitentẽ dicunt vltra mortaliter nõ peccare qḋ etiã ꝯfirmant autoritate beati Jſidori. q̃ dicit talẽ pnĩaꝫ eſſe irriſoriã: ⁊ autoritate b. Aug. qui dicit eã eſſe inanẽ: ⁊ b. Grego. qui dicit eã eſſe grauioris pene. Quarto Ambroſij qui dicit verã pnĩaꝫ iterandã non eſſe. Autoritates oẽs patent in lr̃a. Poſtea mgr̃ determinando veritatẽ excludit dictũ errorẽ: dicens ꝙ ceſſatio a peccatis p̃teritis ⁊ dolor de eis cum ꝓpoſito cauendi futura ad verã pnĩaꝫ ſufficit. Et ex hoc ſoluit pnĩe diffinitionẽ ſupradictã in qua dicit ꝙ ad pnĩam peragendã ꝑtinet pctã iteruꝫ nõ cõmittere dicens. Sufficit pro vera pnĩa ꝙ penitens plangenda iteꝝ non cõmittat ꝓpoſito volũtatis. Et ex hoc etiam ſoluit autoritatẽ Jſidori dicẽtis: ille irriſor eſt q̃ cũ ꝓpoſito cõmittẽ di penitet. Scḋa ꝓpoſitio ẽ hec. Viatoris bona opa q̃ ꝑ ꝯñs pctm̃ deficiũt ꝑ verã pnĩam iterũ reuiuiſcũt Hãc mgr̃ īſinuãs ſoluit autoritates quaſdã p̃dictas ⁊ p̃mo Aug. dicẽtis ꝙ pnĩa quã ꝯſequẽs coinq̃nat culpa: dicit̃ eñ ſanis: q2 ſine pnĩe caret q̃ ẽ vitatio gehenne: ⁊ adeptio glorie. Caret aũt fructu pnĩe: q2 ꝑ ꝯñs pctm̃ iſta pñia ⁊ etiã alia acta bona mortificant̃ vt. ſ. nõ ſortiant̃ mercedẽ quã meruerũt cũ fierẽt: ſi tñ de pctõ ſuccedẽte agat̃ pnĩa bona q̃ p̃ceſſerũt nõ reuiuiſcunt niſi dũtaxat illa q̃ ex charitate ꝓdiert q2 q̃ viua nõ fuerunt reuiuiſcere nõ pñt: que aũt fuerũt viua reuiuiſcere pñt. Qḋ aũt Aug. dicit: nihil ꝓſũt lamenta ſi replicant̃ pctã ſic intelligendum eſt: vel ꝙ pctã redeũt queadmodũ quidã dicũt ꝙ nihil relinq̃tur de vite mũdicia eo ꝙ poſt pctm̃ iterũ peccat: vel ſi nõ redeũt ſaltẽ ꝓpter ingratitudinẽ ita reꝰ ⁊ imũdus ꝯſtituit̃ ac ſi pctã dimiſſa redirent. Addit etiaꝫ duo dicta ab Aug. que videnẗ facere in cõfirmationem erroris: vnũ eſt. q2 Augꝰ. dicit ꝙ penitẽs ſꝑ dꝫ pnĩaꝫ tenere ita tñ ꝙ dolere gaudeat. Soluẽdo iſtḋ dicit: ꝙ intelligitur de pnĩa perfectorum qui penitẽtiam vſq3 in finẽ vite ſue ꝯtinuãt. Aliud eſt ꝙ Aug. dicit ꝙ nihil de venia relinquit̃ qñ hõ poſt penitentiam in pctm̃ relabit̃. Reſpondendo dicit veruꝫ eſſe q̃tũ ad reditũ pctõꝝ ſimpliciter vel q̃tũ ad ingratitudineꝫ vt dictũ eſt. Tertia ꝓpoſitio eſt. Quamuis publica pnĩa ꝓ grauioribus inflicta nõ eſt ꝓ eodeꝫ reiteranda cõmunis tñ cõfeſſio ⁊ pnĩa eſt nobis frequentius ꝑagenda. Hanc magiſter inſinuans ſoluit autoritatẽ beati Ambro. qua dicit pnĩam nõ eſſe iterandã ꝓpter reuerentiã ſacramenti. Reſpondendo dicit hanc eſſe intelligendã de pnĩa ſolenni que pro grauioribus criminibus infligit̃ que nõ iterat̃ ne vilis reputet̃ qḋ autoritatibus cõfirmat. Ultimo q2 q̃dã dixerũt. Q2 pnĩe nõ deberent iterari q2 facilitas penitentie eſſet incitatio ad peccandũ. Jdeo probat ꝑ plures autoritates ꝙ pnĩa ſemꝑ iterari debet ⁊ poteſt: qḋ confirmat exemplo Dauid qui bis veniã impetrauit: ſemel de commiſſione adulterij et homicidij: ⁊ poſtea de numeratiõe populi ex quo patet veram penitentiã ſepius agi poſſe. Et q2 predicti qui ſic errauerunt circa penitentiam innitebantur quibuſdam verbis apoſtoli in epiſtola ad hebreos. Jḋ dicit magiſter ꝙ apl̃us ibi non negat illam penitentiam. Et tñ in ſpeciali.

Qḋ pluribus irretitus peccatis nõ põt penitere ḋ vno vere niſi de omnibꝰ peniteat. a

T ſicut predictis autoritatibꝰ: illoꝝ error ꝯuincit̃: qui penitentiã ſepiꝰ agẽdã ñ putãt ⁊ ꝑ eã a lapſu peccãtes frequẽter ſurgere diffitent̃: ita eiſdem illoꝝ opinio elidit̃ qui pluribus irretitum peccatis aſſerunt de vno vere penitere eiuſdem q3 veniam a dño cõſequi poſſe ſine alterius penitentia. Quod etiam autoritatibus aſtruere conantur. Ait eñ ꝓpheta. Nõ iudicabit deus bis in idipſum vel vt alij tranſtulerunt. Non conſurget duplex tribulatio. Si ergo inquiunt illi: aliquis ſacerdoti fuerit confeſſus vnuꝫ de duobus vel pluribus peccatis: ⁊ de illo iniunctam ſibi a ſacerdote ſatiſfactionem expleuerit: ceteris tacitis: non ꝓ illo peccato amplius iudicandus eſt: de quo ſatiſfecit ad arbitrium ſacerdotis: qui vicem chriſti in eccleſia gerit. Jdeo q3 ſi de eo iterum iudicetur: bis in idipſum iudicat deus ⁊ conſurget duplex tribulatio. ¶ Sed de his q̃ oportet illud tm̃ intelligi qui p̃cedentibus ſupplicijs commutant̃ in bonũ ⁊ ſic perſeuerant: ſuper quos non conſurget duplex tribulatio: qui vero int̃ flagella duriores ⁊ deteriores fiunt vt Pharao: preſentibꝰ eterna connectunt: vt temporale ſuppliciũ ſit eis eterne pene initiũ. Unde Augꝰ. Jgnis ſuccẽſus eſt ⁊c̃. i. vindicta dei h̃ incipiet ⁊ ardebit vſq3 ad extremã damnationẽ. Hoc ꝯtra illos notanduꝫ eſt qui dicunt illud. ſ. non iudicabit deus bis in idipm̃. ad omnia ꝑtinere flagella: quia quidã hic flagellis emẽdant̃: alij hic ⁊ in eternũ puniũtur. ¶ Quinq3 eñ modis flagella contingunt: vel vt iuſtis per patientiã merita augeant̃: vt Job: vel ad cuſtodiam virtutuꝫ ne ſuꝑbia tẽptet vt Paulo: vel ad corrigẽda peccata vt Marie lepra: vel ad gloriã dei vt de ceco nato: vel ad initium pene vt Herodi: quatenꝰ hic videatur quid in inferno ſequatur ſc̃m illud. Duplici cõtritione contere eos dñe. Jlla ẽ autoritas Naũ non cogit nos ſentire omnia que temporaliter puniuntur non vlterius a deo puniẽda. Nam ⁊ ſi ſuꝑ eundem locum Hieronymus dicat egyptios ⁊ iſraelitas a deo temporaliter punitos ne in eternũ punirẽtur. non eſt tamen de omnibꝰ generaliter intel-

DI.XV.

Naum. j.

Determinatio p̃cedentiũ.

Augꝰ. ſuper canticũ Deut.

Beda quot modis contingũt flagella.

Hiero de egyptijs ⁊ iſraelitiſ ⁊ ſodomitis

ligendū. Ait eñ ſic. Ex gen⁹ humanū dilu
uio. ſodomitas igne: egyptios mari: ⁊ iſra
elitas in heremo pdidit. ſcitote ideo tpali/
ter p peccatis puniſſe: ne in eternū puniret
q2 nō iudicabit deus bis in idipm. Qui ḡ
puniti ſunt poſtea nō punient. alioqn mē-
tit ſcriptura: qd nefas eſt dicere.

Que ſit intelligentia premiſſo-
rum. b

Attende lector his
verbis et caue ne de omnibus generaliter
intelligas: ſed de his tm̄ q inter ipſa flagel
la penitentiā egerunt: credentes in deū he
breoꝝ: quā ⁊ ſi breuē et momentaneam ta
men nō reſpuit deus. Ex autē qui p tempo
rale flagellū non corrigunt poſt eternalit
puniant: ibidē oſtendit agens de fideli de
prehenſo in adulterio q decollat vbi oſtē-
dit leuia peccata breui et temporali ſuppli/
tio purgari: magna vo diuturnis eťniſq3
ſupplicijs reſeruari ita inquiens. Querat h
aliquis ſi fidelis deprehenſus in adulterio
decollet. quid de eo poſtea fiat? Aut enim
puniet ⁊ falſum eſt qd dicit non iudicabit
deus bis in idipm: aut nō puniet: ⁊ optan
dum eſt adulteris vt hic breui pena puni-
antur vt fruſtrētur ibi cruciatus eternos.

Ad qd reſpondemus deū vt omniū re/
rum ita ſuppliciorꝝ quoq3 ſcire menſuras.
⁊ nō preueniri ſniam iudicis: nec illi in pec
catorē exercende de hinc pene auferri po/
teſtatē: ⁊ magnū peccatū magnis diutur
niſq3 lui cruciatibus. Si quis vero puni/
tus ſit tpalr vt ille q iſraelite maledixerat:
⁊ qui in ſabbato ligna collegerat: tales po
ſtea nō puniri: q2 culpa leuis pñti ſupplicio
cōpenſata ſit: leuis eñ culpa leui ſupplicio
cōpēſat. His ſatis innuit Hierony. grauia
peccata ⁊ hic puniri graui ſupplicio: ⁊ in fu
turo punienda eternaliter: de quibus peni
tentia nō agitur inter flagella. Leuia vero
que hic puniunt. leui pena cōpenſationē
recipe: qd in bonis fieri nō ambigimus: et
in malis forte etiā fit ita. Satis iā apparet
qd illi de pphetia induxerūt non facere p
eis qui dicunt ei q crimen ſibi reſeruat: de
alio veniā preſtari p penitentiā. Alias
quoq3 autoritates inducūt. Ait eñ Greg.

Greg⁹. ſup Ezech.

Pluit dñs ſup vnā ciuitatē ⁊ ſup alteram
nō pluit: ⁊ eandē ciuitatē ex pte cōpluit: ⁊
ex pte aridā reliquit. Cū ille qui primum
odit ab alijs vitijs ſe corrigit: vna eadēq3
ciuitas ex pte cōpluitur ⁊ ex pte arida re-
manet: q2 ſunt quidā cū quedā vitia reſe-
cēt: in alijs grauiter pdurāt. Idē Ambro.

Amb. ſup octonariū. xv.

Prima cōſolatio eſt q2 nō obliuiſcit miſe-
reri de⁹. Scda p punitionē: vbi et ſi fides
deſit: pena ſatiſfacit et releuat. Ratione q3
vtunt dicentes. Si quis vnū peccatū con
fiteret altero tacito: ſatiſfactionē a ſacerdo
te iniunctā expleuerit: nūquid ſi ⁊ peccatū
tacitū cōuerſus fuerit confeſſus p vtroq3
ei penitentia imponet? Longe hoc videt
a ratione et eccleſie conſuetudine que pro
eodē pctō niſi reiteret nulli bis penitētiā
imponit. Fuit ḡ illa peccati cōdigna ſatiſ-
factio vñ ⁊ pctm̄ deletū videt.

Quō accipienda ſint pmiſſa. c

His reſponderi po
teſt ſic. Illud Grego. pluit dñs ⁊c. Nō ad
criminis veniā: ſ ad operis praui deſertio
nem referendū eſt: vt ideo ps ciuitatis di-
catur cōplui: q2 ab actu ⁊ delectatione pec
cati cui ante ſeruiebat mō ceſſat: nō q eius
veniā habeat. Vocaturq3 pluuia illa talis
continentia qua ab ope peccati reuocatur
q2 ex fonte gratie dei id cordi iſtillat vt vel
ſic paulatim ad pniam veniat: vel eo min⁹
a deo puniat q diuturniori delectatione ⁊
actu peccati mai⁹ ſibi accumulaſſet tormen
tū. Si vero ad indulgentiā reat⁹ pluuia re
feratur: euangelice ſententie ɔtraire vide-
bit. Si eñ ppter miſericordiā qua quis
primo ſuo non miſeret etiam que dimiſſa
ſunt replicant ad penā: multo magis que
nōdū ſunt dimiſſa ppter odiū fraternū ad
penam reſeruari pbant. Et ſi ille q arbiter
ſue volūtatis ɔſtitut⁹ eſt: nō pōt inchoare
nouā vitā vt ait Aug⁹. niſi peniteat eū ve
teris vite: quō ad nouitatē indulgentie p/
ueniet q odij vetuſtatē nō depoſuit. Il
lud etiā qd Amb. ait. et ſi fides deſit pena
ſatiſfacit ⁊c. Nō de fide intelligit q credit
in deū: ſed de ɔſcia delicti. Deeſt eñ fides
cū ɔſcientia pcti non ſubeſt. Nā cū delicta
omnia nemo intelligat: eſt aliqñ in homie
peccatū cui⁹ non habet ɔſcientiā. Vñ apo
ſtolus: Nihil mihi cōſcius ſum ſed non in
hoc iuſtificatus ſū. Cum ergo qs flagella
tur pro peccato cuius nō eſt cōſcius: ſi pa-
tienter fert penā ⁊ humiliter amplectitur:
cogitās ſe forte pctm̄ habere qd nō intelli/
git ⁊ p eo puniri a deo pena illa ſatiſfacit ⁊
releuat grauatū. Ad hoc aūt qd obijci-
tur de ſatiſfactione illā: ſi ſatiſfactio non fu
it iterū imponēda eſt. Si vero iterū impo-

nenda nō eſt: ſatiſfactio fuit: ⁊ ſi ſatiſfactio
Aug. in li. de penitentia. Auguſti. in ench.
fuit: veniam impetrauit. Reſponderi pōt
ſatiſfactionē ideo nō fuiſſe: q̄ȝ ille dignos
fructus pn̄ie nō fecit. Eſt eñ ſatiſfactio pe=
nitētie. vt ait Augu. peccatoꝝ cās excide/
re nec ſuggeſtionib⁹ earum aditū indulge=
re. Idem Sane qui ſcelerate viuūt nec cu
rant talem vitā moreſq̄ꝫ corrigere et inter
ipſa facinora ſua elemoſynas freq̄ntare nō
ceſſant: fruſtra ideo ſibi blandiuntur quia
dn̄s ait: Date elemoſynā: ⁊ ecce oīa mūda
ſūt vobis. Hoc eñ q̄ꝫ laute pateat nō intel
De generib⁹ elemoſynarū.
ligunt. Multa eñ ſunt genera elemoſyna
rū: que cū facimus adiuuamur: nō ſolū q̄
dat eſurienti cibū ſitienti potū ⁊ hmōi: ſed
etiā qui dat veniā petenti: elemoſinā dat:
⁊ qui emēdat verbere in quē poteſtas daṫ
vel cohercet aliq̄ diſciplina: vel orat vt ei
peccatū dimittaṫ: elemoſynā dat: q̄ȝ miſe
ricordiā p̄ſtat. Multa eñ bona p̄ſtan=
tur inuitis: qn̄ eoꝝ ꝯſulitur vtilitati et nō
volūtati: ſed eo maior eſt qua ex corde di/
mittim⁹ qđ in nobis quiſq̄ꝫ peccauit. Mi
nus eñ magnum eſt erga eum eſſe beniuo/
lū q̄ tibi nihil mali fecit. Illud multo grā/
dius vt tuū etiā inimicū diligas: et ei qui
tibi malū vult et ſi pōt facit: ſemꝑ bonum
velis faciaſq̄ꝫ qđ poſſis. Qđ ergo domin⁹
ait date ele. ⁊ o. m. ſ. v. ita ne intellecturi ſu
mus vt nō credentibus in chriſtū munda
ſint oīa ſi elemoſynas iſtas dederint. Qui
vult ordinate elemoſinam dare a ſe debet
primū incipere ⁊ eā primum ſibi dare. Eſt
enim elemoſina opus miſericordie: veriſſi/
Quid ſit elemoſyna.
meq̄ꝫ dictum eſt. Miſerere anime tue pla
cēs deo. Nō ergo ſe fallunt qui ꝑ elemoſi=
nas largiſſimas fructuū ſuoꝝ vel pecunie
impunitatē ſe emere eſtimāt in peccatis ꝑ=
manētes que ita diligunt vt in eis optent
verſari. Qui vero diligit iniquitatē odit
animam ſuam ⁊ qui odit animā ſuam non
eſt miſericors ei ſ; crudelis. Diligēdo ꝗp/
pe eam ſm̄ ſeculū: odit eam ſm̄ deum. Si
ergo vult ei dare elemoſinam per quam ſit
munda: odiat eam ſm̄ ſeculum: et diligat
ſm̄ deū: hac elemoſina quā ſibi homo pri/
mit⁹ debet mundanṫ interiora. Ad qđ hor
tans chriſtus ait: Mundate que int⁹ ſunt
immūdis eñ nihil eſt mundū: ſed polluta
ſunt eoꝝ mēs ⁊ ꝯſcientia vt ait apl̄us. Im
mundi vero ſunt oēs quos non mundat ſi
des: qua crediṫ in chriſtū de qua ſcrptū
eſt. Mundās fide corda eoꝝ. Sȝ ne iſtas
elemoſinas que ſiunt de fructibus terre re
ſpuere chriſtus videreṫ. Hec inq̄t oꝑtuit

facere. ſ. iudiciū ⁊ charitatē dei: et illa non
omittere. id eſt elemoſinas fructuū terre=
noꝝ. Ex his daṫ itelligi q̄ in peccato mor
tali ꝑmanentes ⁊ ſi elemoſinas largas fa=
ciāt: nō tñ ꝑ eas ſatiſfaciunt: q̄ȝ inordinate
agunt dū a ſe non incipiunt: nec ꝓprie dici
tur elemoſina tale opus: dū ſibiipſis crude
les exiſtūt: nō placentes deo. Non ergo di
cenda eſt illa peccati ſatiſfactio: quā quis
agit ꝓ vno peccato: dū ꝑdurat in altero:
q̄ȝ nihil ꝓdeſt ieiunare ⁊ orare: et alia bo/
na agere niſi mēs reuoceṫ a peccato ⁊ ſi ali
qn̄ conuerſus tacitū peccatum ſacerdoti
fuerit confeſſus: de vtroq̄ꝫ imponēda ē ei
ſatiſfactio: q̄ȝ de p̄mo ꝯdigne nō ſatiſfecit.

Scđm quoſdā fuit ſatiſfactio. d

Quibuſdā tamen

videṫ fuiſſe ſatiſfactio ſed infructuoſa dū
in pctō altero perſiſtit: ꝑcipieṫ tñ fructus
eius: incipietq̄ꝫ ꝓficere cum pcti alteri⁹ pe
nituerit. Tunc eñ vtrūq̄ꝫ dimittiṫ pctm̄: ⁊
ſatiſfactio p̄cedens viuificaṫ q̄ fuerat mor=
tua: ſicut baptiſmus illi q̄ ficte accedit. tūc
primitus valet cū fictio a mente recedit ꝑ
pn̄iam. Et in hui⁹ opinionis munimentū
autoritates inducunt. Ait eñ Aug⁹. Piū — Aug. in li. de penitentia autoritates inducunt.
eſt credere ⁊ noſtra fides expoſtulat vt cū
gratia chriſti in hoīe deſtruxerit mala pri/
ora: etiā remuneret bona: ⁊ cū deſtruxerit
qđ ſuū nō iuenit: diligit bonū qđ in peccā= — Hiero.
te plantauit. Itē Hiero. Si qn̄ videris in
ter multa pctā quemq̄ꝫ facere aliqua iuſta
opa: nō eſt tā iniuſtus deus vt ꝓpter mul
ta mala obliuiſcaṫ paucoꝝ bonoꝝ: ſ; faci=
⁊ ea metere ⁊ in horrea cōgregare que i bo
na terra ſeminauit. Sȝ hec dicta intelligi=
mus de illo qui in charitate quodā tpe bo
na facit ⁊ bonus eſt: alio ṽo tpe malus eſt
⁊ multa pctā facit. Nō ergo intelligendū
eſt cū inter multa pctā iuſta opa feciſſe: q̄ſi
ſimul eodemq̄ꝫ tpe pctā fecerit ⁊ iuſta ope
ra: ſed diuerſis tpibus vtraq̄ꝫ feciſſe. Niſi
eñ bonus foret qn̄ bona fecit: nō ſeminaſ/
ſe diceret in terra bona. Deſtructis ḡ ma/
lis poſt opera bona cōmiſſis: priora bona
in charitate. ſ. facta q̄ ſequentia mala mor/
tificauerant: penitentia de illis malis ha=
bita viuificanṫ ⁊ remuneranṫ. Vñ aplus
Iacientes fundamentū penitentie ab ope — Aplus in epiſtola ad heb.
ribus mortuis: opera mortua nominās p̄=
ora bona ſignificat: que ꝑ ſequēs peccatū
erant mortua: q̄ȝ hi peccando priora bona
irrita fecerunt. Hec ſic peccādo irrita ſiūt

ſta p penitentiā reuiuiſcunt ⁊ ad meritum
eternitatis ꝓdeſſe incipiūt. Similiter et il-
lud: Bonū amat deus qđ plātauit in pec/
cante: in illo. ſ. qui poſt illud bonum pecca
uit: non ſimul peccans ⁊ bonū opans exti
tit: qꝛ talis hominis opus nō diligeret de-
us ad remunerationē. ¶ Poteſt etiā acci
pi de opibus bonis que ab aliquo fiūt dū
malus ē: ⁊ in pctō mortali pſiſtit vel ad tē
pus vel vſqꝫ in finez. Que dicuntur a deo
remunerari ⁊ nō dari obliuioni: non quia
pficiant ad vitam eternam obtinendā: ſed
ad tolerabilius extremi iudicij ſupplicium
ſentiendum: ſicut de fide ⁊ ceteris que ſine
charitate habētur. Auguſtinus ait Si qs
non habens charitatem que ptinet ad vni
tatem ſpiritus et vinculuz pacis quo eccle
ſia connectitur in aliquo ſciſmate conſtitu
tus: nec chriſtuz neget patitur tribulatio/
nes: famem: pſecutionē: vel flammas: vel
beſtias: vel ipam crucez: timore gehenne:
nullo mō iſta culpāda ſunt: imo ⁊ hec lau-
dāda eſt patiētia. Nō em̄ dicere poterimꝰ
melius ei fuiſſe: vt chriſtuz negando nihil
horum pateretur que paſſus eſt confiten/
do: ſed eſtimandum eſt fortaſſe tolerabiliꝰ
ei eſſe futurū iudicium q̄ ſi xp̄m negando
nihil horum pateretur: vt illud qđ ait apo
ſtolus: Si tradidero corpus meū ita vt ar
deā: charitatē aūt nō habuero nihil mihi
ꝓdeſt. Nihil ꝓdeſſe itelligaꝶ ad regnū ob
tinendū: niſi ad extremi iudicij tolerabiliꝰ
ſubeundū ſupplicium. ⁊ ifra. Hec ꝓpter cha
ritatem dicta ſunt: ſine qua in nobis nō po
teſt eſſe vera penitētia: qm̄ in bonis chari-
tas dei eſt que tolerat omnia.

De operibus bonis.

Aug. in li. de penitentia.

Perſtringit dictorum ſummam vt alia addat. e

Ex his oſtēdit bo-
na que ſine charitate fiunt ꝓdeſſe qdem ad
tolerabiliorem penā ſentiendā: ſed non ad
vitā obtinendā. Illa etiā que in charitate
qs facit: ſi poſtea ꝓlapſus fuerit nec exur/
rexerit nō eſſe in memoria dei Ezechiel di
cit. Si auerterit ſe iuſtuſ a iuſticia ⁊ fecerit
iniquitatē nūqd viuet? omnes iuſticie eiꝰ
quas fecerat non recordabunꝶ: in peccato
ſuo morietur: et non erunt in memoria iu/
ſticie quas fecit. In cuius loci expoſitiōe
Grego. ait. Hic nobis maxime cōſideran-
dum eſt quia cuz mala committimus ſine
cauſa ad memoriam tranſacta bona reuo-
camus: quoniam in perpetratione maloꝝ
nulla debet eſſe fiducia bonoꝝ p̄teritoꝝ.
Intelligendū eſt hoc ad viam pcipiendaz
bona p̄terita non dare fiduciā: ⁊ ſi ad miti
orem penā: alioquin p̄miſſe autoritati Au
guſtini obuiaret. Et bona ergo ſine chari-
tate facta ⁊ bona in charitate facta que cō
comitaꝶ mortalis culpa: quā non delet ſe/
quens penitentia: ad ſenſum mitioris pe-
ne pficiunt nō ad vite fructū.

Grego.

Autoritates alias inducit contra eos qui dicūt de vno pctō penitē-tiā agi altero tacito. f

Satis arbitror il-
lis eſſe reſponſum qui aſſerunt de vno cri-
mine penitentiā agi et veniam p̄ſtari: alio
in delectatione retento vel per confeſſionē
nō expoſito qui non modo p̄miſſis autori
tatibus confutantur: ſed etiam ſubditis.
Ait enim Augꝰ. Sunt plures quos peni-
tet peccaſſe: ſꝫ tn̄ oīno reſeruantes ſibi que
dam in quibus delectētur: nō animaduer
tētes dominū ſimul mutum ⁊ ſurduz a de/
monio liberaſſe. p hoc docet nos nunq̄ ni
ſi de omnibꝰ ſanari. Si eniz vellet peccata
ex parte reſeruari: habentez ſeptem demo-
nia pficere potuit ſex expulſis: expulit au-
tem ſeptē: vt omnia crimina ſimul eijcien-
da doceret. Legionē xo demonuz ab alio
eijciēs nullum reliquit de omnibus qui li-
beratum poſſideret: oſtendens ꝙ ſi etiam
peccata ſint mille: oportet de omnibus pe/
nitere. Nunq̄ aliquē ſanauit dominꝰ quē
non omnino liberauit. Totum em̄ homi/
nē ſanauit in ſabbato: qꝛ ⁊ corpus ab om-
ni infirmitate: ⁊ animam ab omni contagi
one: indicās penitētem oportere ſimul do
lere de omni crimine. Scio em̄ dominum
inimicū omni crimino ſo. Quō ergo q̄ cri/
men reſeruat: de alio reciperet veniā: ſine
amore dei cōſequereꝶ veniam: ſine quo ne
mo vnq̄ inuenit gratiam. Hoſtis em̄ dei ē
dum offendit pſeueranter. Quedā em̄ im-
pietas infidelitatis eſt: ab illo qui iuſtus ⁊
iuſticia eſt dimidiā ſperare veniā. Iaz em̄
ſine vera pnīa inueniret gratiā. Peniten/
tia enim vera ad baptiſmi puritatem cona
tur ducere. Recte em̄ penitens quicquid
ſordis poſt purificationē baptiſmi contra
xit: oportet vt abluat ſaltē lachrymis men
tis. Sed ſatis durus eſt cuius mentis do/
lorem oculi non declarant: ſed ſciat ſe cul-

pabiliter durum qui deflet damna temporis vel mortem amici: ⁊ dolorē peccati nō oſtēdit in lachrymis. Quem ergo penitet: omnino peniteat. Idē. Penitentes ſi vere eſtis penitentes ⁊ non eſtis irridentes mutate vitam: reconciliamini deo. Penitentiam agis: genua figis ⁊ rides: ſubſannas dei patientiam. Si penitentiā agis penitet: ſi non penitet: non es penitēs. Si ergo penitet: cur facis que male feciſti? Si feciſſe penitet: noli facere: ſi adhuc facis: certe non es penitēs. Item Innocentius ſecundus.

Innocētꝰ. ij.

Ammonemus fratres noſtros ne falſis penitentijs laicorū animas decipi et in infernū ꝑtrahi patiantur. Falſam aūt penitentiā eſſe conſtat: cū ſpretis pluribꝰ de vno ſolo penitentia agiť: vel cū ſic agiť de vno: vt nō diſcedať ab alio.

Repetit de vera penitentia vt addat. G

Ex ꝓ̄miſſis perſpicua fit noticia penitentie vel ſatiſfactionis Illa enī vera eſt penitentia que pctm̄ abolet: qđ illa ſola facit que ſcelus corrigit. Illa vero ſcelus corrigit: que odium cōmiſſi criminis ⁊ committendi cum deſiderio ſatiſfaciendi affert. Iudas enim penituiſſe legitur ſine aſſecutione venie: qꝛ tali penitētia non correxit crimen. Unde Hiero. Nihil Iude ꝓfuit egiſſe penitentiā ꝑ quā ſcelus corrigere nō potuit.

Hierony. ſup Matth.

Sic quādo frater peccat in fratrem vt emendare non valeat quod peccauit: poteſt ei dimitti. Si autem permanēt opera: fruſtra voce aſſumiť penitentia: hoc eſt qđ đ eo diciť: ⁊ oratio eiꝰ fiat in peccatum: vt nō ſolum emēdare nequiuerit ꝓditionis nefas. ſed ꝓprij homicidij ſcelus addiderit. Caue qualiter intelligas illud: vt emendare non valeat quod peccauit ⁊c. Non enim emendatio hic intelligenda eſt rei dempte recompenſatio: ſed delicti exprobratio ⁊ abominatio cum ſatiſfactionis deſiderio. Demit enim iniuſte quiſ alicui quod reſtituere nō valet: vt oculum vel vitā ⁊ hmōi. ⁊ tn̄ ſi penituerit peccati cum amore condigne ſatiſfactiōis veniā habet. Nec ideo quiſq̄ putet q̄ rem alienam iniuſte abſtulerit quā reddere poteſt: de illo pctō penitere ac veniā ꝯſeq̄ niſi reſtituat ablatū. Quādiu enī res ꝓpter quā pctm̄ eſt non reddiť ſi reddi pōt: non agiť penitētia ſed fingiť.

Iſta eſt diſtinctio. xv. huiꝰ quarti libri. In qua magiſter poſtq̄ determinauit de penitentia q̄ntum ad ſui quiditatē. Hic determinat de ea q̄ntū ad eius integritatē. Et tria facit. Primo enī tangit quoſdā errores ⁊ eos ſoluit. Scđo quid elemoſyne in peccato facte valeāt ſubiūgit. Tertio penitentiā factā de vno peccato ⁊ nō de oībus nō valere adiungit. Primū facit a ꝓ̄cipio diſtinctōis vſq̄ ibi. Ad hoc aūt qđ obijcitur. Scđm vſq̄ ibi. Satis arbitror illis eſſe reſponſum. Tertiū vſq̄ ad finē diſtinctionis. In ſpeciali ſnīa magiſtri ſtatꝰ in tribus ꝓpoſitionibꝰ quarū prima eſt hec. Quinq̄ modis īfligunť flagella ⁊ tribulationes et liberanť a pena patienter ſuſtinentes ſeu punitiones tolerantes Hanc magiſter inſinuans ꝓponit primo q̄ ſicut erroneū eſt dicere pniam non poſſe iterari vt ſupra ꝑ autoritates ꝓbatū eſt: ita erroneū eſt dicere q̄ de vno peccato ſine alijs pōt pnīa agi: quod quidā dixerūt cōfirmātes errorē ſuū ꝑ ꝓphetā Naum. ca. j. qui dicit Non iudicabit deus bis in idipm̄. Ex qua autoritate arguunt ſic. Si quis vnū peccatum ſacerdoti ꝯfiteatur tacitis alijs: ⁊ pniam ſibi iniunctā ꝓ illo ꝑferat non debet ꝓ illo vlterius ſatiſfacere nec pniam agere. Alioquin deus bis in idipſum iudicaret dū ſacerdos qui vicē xpi in eccleſia gerit bis ꝓ eodem peccato pniam imponeret ergo de vno peccato ſolo ſine alio pōt pnīa agi. Poſtea ſoluit ⁊ dicit q̄ hec autoritas non cogit: intelligiť enī de illis ſolū qui ꝑ flagella ꝑ̄ſentia corrigunť ⁊ cōmutanť ⁊ ꝑſeuerāt in bono. Tales enī iterū nō iudicanť. Secus aūt eſt de illis qui ꝑ flagella nō corrigunť. vt Pharo. Exo. vij. Talibus enī videť iudiciū incipi in ꝑ̄ſenti ⁊ terminari in futuro ſcđm b. Aug. Unde incidentaliter adiungit magiſter quandam vtilē diſtinctionem dicens q̄ flagella infligunť vel ad augmenta meritoꝝ ſicut factum eſt in Iob vel ad cuſtodiā virtutis vt pꝫ ī paulo cui datus eſt ſtimulus carnis ad Corinth. xij. vel ad corrigenda peccata. vt Marie Numeri. xij. inflicta eſt lepra: vel ad gloriam dei vt patet in ceco nato vel ad initiū pene future vt patet in Herode qui ſcaturiuit vermibus vt patet Actuum. xv. Poſtea exponit quaſdam autoritates Hieronymi ſuper dicto ꝟbo Naū. qui dicit genꝰ humanū diluuio Gen̄. vij. zodomitas igne. Gen̄. xx. Egyptios mari. Exodi. xiiij. ⁊ iſraelitas in heremo temꝑaliter punitos ne in eternum punirenť. vt habeť de pnīa diſ. ij. quia nō punit deus bis in idipm̄: non eſt generaliter intelligendū: ſed de illis tm̄ qui inter flagella penituerunt qui enī ꝑ flagella tꝑalia puniuntur ⁊ non corrigunť cum hoc poſtea eternaliter puniunť. quod cōfirmat autoritate b. Iob. qui dicit leuia peccata leui ⁊ temporali ſupplicio puniri. ꝓ leuibus enī non puniť q̄s eternaliter. Grauia vero ⁊ hic purgari graui ſupplicio ⁊ in futuro eternaliter punienda illa. ſ. de quibꝰ pniam inť flagella nō egerūt. Et ſubdit q̄ illđ fieri ī bonis n̄ ē dubiū: qꝛ. ſ. leuia leuiť remuneranť h bona Hic maiora ⁊ hic ī futuro remunerabunť. In malis q̄dem idē fit. ſ. id q̄ boni ꝓ leuibus culpis leuiť puniunť vel hic vel in purgatorio. Mali ꝟo ꝓ leui culpa etiā leuiť puniunť eternaliter ꝑ accidens ratione pctī mortalis annexi. Ex quo ꝯcludit q̄ dicta autoritas nihil ꝓ dicta opiniōe facit. Poſtea īroducit autoritates ſanctoꝝ ꝓ confirmatione ꝑ̄dicti erroris. ⁊ ꝑ̄mo ponit autoritatem Grego. q̄ dicit vnā ciuitatē ꝯplui ⁊ aliā nō: ſicut dicit Amos. iiij. ⁊ eſt qn̄ hō de vno pctō pniam agit ⁊ de alio non. Poſtea ponit autoritatē Amb. q̄ dicit q̄ ſi fides deſit pena ſatiſfacit vt poſſit de aliquo pctō ſatiſfacere Poſtea ponit ad idē rationē ipoꝝ q̄ talis eſt. Aliquis qui de vno peccato ſatiſfecit ⁊ penitet alijs pctis tacitis de quibus

Sed forte dices illud eſſe accipiendum de pena peccati: non de ipſo peccato. quod Gregorius dicit: q̃dam leuia in futuro dimittenda. Si enim veram penitentiaz habuerit quis peccata omnia dimiſſa ſunt ei: ſed pena forte remãſit. Ideoq; ſi vere penitens obijt: ſine peccato tranſijt. Si autem vere penitens nõ eſt in obitu: maculam portat que nunq̃ delebitur. Qui vero edificat lignuz: fenũ ſtipulam vere penitet: quia bonus eſt ꝛ charitatem habet: et in charitate de hac vita trãſit: ergo ſine peccato tranſit: non ſequitur. Verũ quidẽ eſt quia bonus eſt ꝛ charitatem habet ꝛ vere penitet: ꝛ tamen cum veniali peccato tranſit quod nõ deleuit penitentia. Penitentia eñ non delet niſi peccatum illud quod deſerit homo. Tale aũt peccatum ſepe in hac vita nõ relinquitur ab homine: ꝛ tamen vere penitens eſt: ꝛ ſi nõ de omnibus venialibus peniteat. Põt enim quis de omni mortali ꝛ de omni veniali penitere: excepto vno vel plurib᷒ venialibus quidem. Sicut habet quis charitatem ꝛ vnuz vel plura venialia. Quod de criminalibus nullatenus eẽ poteſt. Eſt enim aliquis bonus charitatẽ habens: ſ adhuc quodã cupiditatis affectu amans hec ſecularia. Talis exiſtens ſubita morte opprimit̃. In illo terreno affectu mortuus eſt: ꝛ tamẽ ſaluabit̃: a quo nõ ſeb abſolutt ergo poſt hãc vitã ab illo purgabit̃. Conſtat ergo q̃dã peccata ſ leuia poſt hanc vitam dimitti. Si vo de pena peccati illud intelligi voluiſſent autores: cur magis cõmemoraſſent leuia q̃ grauia: cũ etiã grauiuz pena hic inexpleta p᷒ hãc vitã reſtet.

Q; aliq̃s vere penitet ꝛ ſi nõ de oĩ veniali.

De generali confeſſione quid proſit. e

Poſt hec cōſiderādum eſt quid ꝓſit cōfeſſio illa vbi ſingula peccata que quiſꝙ fecit non exprimūtur? Sane dici pōt: ꝙ omnia criminalia ſemel ſaltē oportet in cōfeſſione exprimi niſi aliq̄ a mente exciderint. Sꝫ quia nemo delicta intelligit omnia: generalit̄ ſaltē ea cōfitere quorum memoriā non habes: ⁊ ſic nihil celaſti de ſcelerib⁹ tuis. Venialia vero quia innumerabilia ſunt ſufficit generaliter confiteri: niſi aliqua ſint frequēter iterata: ꝑfectius eſt tamen etiā illa exprimere ſi vales Ideoꝗ quotidie generaliter fit cōfeſſio in eccleſia ꝓ venialibus ſcꝫ peccatis que quotidie admittimus: ⁊ ꝓ illis mortiferis q̄rū noticiā nō habem⁹. Vñ Aug. Veritatem dicit deo penitens qñ nihil illi de commiſſis ſceleribus celat: niſi qđ ⁊ ſi volūtate celauerit: deus ignoret: ſed veritatem ſibi dici vult ab eo vt veniā ꝯſequat̄. Si vͦ o mēte aliqua exciderint: ꝯfitetur veritatē deo cū generaliter dixerit. Deus q̄ noſti occulta cordis ⁊ opa mea ⁊ delicta a te non ſunt abſcōdita q̄b⁹ veniā largiaris ꝑcoꝝ: ⁊ hec eſt veritas cōfitentis quā diligit de⁹. Vñ Ecce eñ veritatē dilexiſti. Hic inſinuatur ꝙ generał cōfeſſio etiā mortalia delet quorū intelligentia nō habet̄.

Aug. in ẽnta rñſione cõtra pelagianos.

Nemo confiteatur peccata que non fecit. f

Sicut autem penitens celare nō debet peccatū ſuum q̄ꝛ ſupbia ē: ita nec humilitatis cauſa fateri ſe reū illius qđ ſe nō ꝯmiſiſſe noſcit: q̄ꝛ incauta ē talis hūilitas ⁊ peccatorē cōſtituit. Unde Aug⁹. Cum humilitatis cauſa mentiris ſi nō eras peccator anteꝗ̄ mētireris mentiēdo efficieris qđ vitaras. Veritas in te nō eſt niſi ita te dixeris peccatorē vt etiā eſſe cognoſcas. Veritas autē ipſa eſt vt quod es dicas. Nam quomō eſt veritas vbi regnat falſitas.

Aug⁹. de verbis aplī.

De penis ſacerdotis q̄ peccatū publicat cōfitentis. g

Caueat autē ſacerdos ne peccata ꝯfitentiū alij ꝓdat alioq̄n deponat̄. Vñ Greg. Sacerdos añ omnia caueat ne de his que ei ꝯfitent̄ peccata alicui recitet: nō ꝓpinquis: nō extraneis: nec qđ abſit ꝓ aliquo ſcandalo. Nā ſi hoc fecerit deponat̄ ⁊ oībus diebus vite ſue ignominioſus ꝑegrinando ꝑgat. Qđ vͦ o dictum eſt vt penitens eligat ſacerdotē ſcientem ligare ⁊ ſoluere: videtur contrariū ei qđ in canonibus reperit̄: vt nemo ſcꝫ alterius parrochianū iudicare ꝓ̄ſumat. Sꝫ aliud eſt fauore vel odio ꝓpꝛium ſacerdotem contemnere qđ canones ꝓhibent: aliud cecum vitare: quod Urbanus facere monet ne ſi cecus cecū ducat ambo in foueam cadant. Ait eñ Urbanus ſcđs. Placuit vt nulli ſacerdotū deinceps liceat quēlibet cōmiſſum alteri ſacerdoti ad penitentiā ſuſcipere: ſine ei⁹ ꝯſenſu cui ſe prius cōmiſit niſi ꝓ ignorantia illi⁹ cui prius cōfeſſus eſt. Qui vero cōtra hoc facere tēptauerit gradus ſui periculo ſubiacebit.

Greg.

Iſta eſt diſtinctio. xxj. hui⁹ quarti libri. In qua magiſter poſtꝗ̄ egit de tpe penitētie Hic mouet quaſdā queſtiones circa determinata et ſoluit. Et circa hoc duo facit. Primo eniꝫ querit an etiam aliqua peccata dimittant̄ poſt hāc vitā. Secūdo oñdit quō mortale remittat̄ cui⁹ noticia nō habetur. Primū facit vſꝗ ibi. Poſt hec conſiderandū eſt Scđm vſꝗ ad finē diſtin. In ſpāli ſnīa magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionib⁹ quarū prima eſt hec. Magiſter hoc atteſtat̄ ꝙ pctm̄ veniale etiā poſt hāc vitā remittatur. Hanc magiſter inſinuans q̄rit. Utrū poſt hanc vitā etiā aliqua peccata dimittant̄. Et rñdet ꝙ ſic ꝑ autoritatē dñi dicentis aliqua peccata nec hic nec in futuro remitti. Et ꝑ autoritatē Gregorij dicētis quaſdā culpas in futuro remitti q̄buſdā ſi tamen hoc meruerint in hac vita. Et ꝑ autoritatē Auguſ. dicentis eos qui edificāt lignū fenū ⁊ ſtipulā: ⁊ q̄ venialia peccata ſecū portant: ꝑ ignē purgatorij ſaluari quo iſta peccata cremabunt̄. Poſtea dicit ꝙ ille ignis purgatorij quoſdā tardi⁹ quoſdā citius purgat ſꝫm ꝙ aliqui magis vel minus bona corporalia ī hac vita dilexerunt. vñ gradus dilectionis notant̄ ꝑ hec tria. ſ. lignū fenū ⁊ ſtipulā. Illi tñ qui ſupedificāt aurū argentū et lapides ꝓ̄cioſos: tā ab igne eterno ꝗ̄ purgatorij ſecuri ſunt. Poſtea obijcit ꝯtra predicta hoc mō. Si ꝑ lignū fenū ⁊ ſtipulā intelligunt̄ venialia: cū nullus ſit ſine venialibus: ergo nullus eſt qui iſta nō edificet: ⁊ ita etiā viri ꝑfecti q̄ edificant aurū argētū ⁊ lapides ꝓ̄cioſos: edificabūt lignū fenum et ſtipulā. Et ꝙ alij ſunt qui edificant lignū fenū et ſtipulam ſicut imꝑfecti: qui ꝗuis deū contemplant̄ et ꝓximū diligant ⁊ bona opa faciūt tñ nō dicunt̄ ſupedificare aurū argentū ⁊ lapides ꝓ̄cioſos ꝑ q̄ predicta tria intelligunt̄: q̄ꝛ nō habent hec tria excellēter ſed cū aliquo inordinato amore rerum tpaliū. Alij vͦ o ſunt qui edificant aurū argentum ⁊ lapides ꝓ̄cioſos: ſicut ꝑfecti q̄ q̄dem intenti ſunt cōtemplationi dei q̄ intelligit̄ ꝑ aurū: ⁊ dilectioni ꝓximi que intelligitur per argentum: ⁊ ceteris bonis operibus que intelliguntur ꝑ lapides ꝓ̄cioſos. Iſti edificare dicūtur nō lignum fenum ⁊ ſtipulam: ſed imperfecti qui ſimul cum deo cogitant que ſunt mundi edificant lignum fenū ⁊ ſtipulā. ⁊ cū talibus edificijs tranſeunt

⁊ cremabuntur igne purgatorij. Licet trāſitorie ta=
men grauiter puniunt̄. Hic eñ miſericordia exhibe
tur: illic iuſticia exercebitur. Scđa ꝓpoſitio eſt hec.
Sicut ꝑ generalē confeſſionē ⁊ verā contritionē ve=
niale delet̄ ſic etiam mortale cuius nō habetur noti=
cia etiamſi non recitet̄. Hanc magiſter inſinuās que
rit: ſi confeſſio ꝓſit ſiīn ea ſingula peccata expriman
tur. Et reſpondet ꝙ ſingula peccata mortalia quo=
rum quis memoriā habet debet ſingulatim ſimul in
ↄfeſſione exꝑmere: ſed quorū memoriā nō hꝫ opor=
tet ſaltem generaliter confiteri: venialia autē quia
innumerabilia ſunt oportet ⁊ ſufficit ea generaliter
confiteri. Vñ ſubdit ꝙ confeſſio generalis fit in eccle
ſia per quā remittunt̄ peccata venialia ⁊ etiam mor
talia quorum memoriam non habemus. Addit eti=
am ꝙ ſicut penitens non debet peccata celare que fe
cit quorum ſcꝫ habet memoriam: ita debet attēdere
vt peccatū non confiteat̄ quod nō fecit: quia ſic men
tiretur ⁊ peccaret. Vltimo dicit ꝙ ſacerdos debet oī
bus modis peccata confitentiū celare: quod ſi nō fe
cerit deponendus eſt: addit etiā ꝙ penitens nūq̄ dꝫ
ꝓprium ſacerdotē dimittere nec ſacerdos quicunq̄
aliquem alteri ſacerdoti commiſſum ad penitentiā
ſuſcipere debet: tñ ꝓpter ignorantiam ꝓprij ſacer=
dotis poteſt penitens querere diſcretū ſacerdotem.
Et tñ in ſpeciali.

Si peccata dimiſſa redeant. a

DI. XXII

c Vnqꝫ mul=
tis autoritatibus ſupra ſit aſ=
ſertū in vera cordis contritio
ne pctā dimitti añ cōfeſſionē
vel ſatiſfactionē ei etiā q̄ aliqñ in crimē re=
lapſurus eſt: q̄rit̄. Si poſt cordis cōtritio
nem cōfiteri ↄtēpſerit: vel in pctm̄ idē vel
ſīle ceciderit: an peccata dimiſſa redeant?
Cuiꝰ queſtionis ſolutio obſcura eſt ⁊ per/
plexa: alijs aſſerētibꝰ alijs ecōtra negātibꝰ
pctā ſemel dimiſſa vlteriꝰ replicari ad penā
Autoritatibꝰ aſtruit peccata redire. Qui vo dicūt pctā dimiſſa redire: ſubditꝭ
ſe muniunt teſtimonijs. Amb. ait Donate
inuicē ſi alter in alterum peccat: alioq̄n de
us repetit dimiſſa. Si eñ in his cōtēptus
fuerit ſine dubio reuocabit ſniam ꝑ quam
miſericordiā dederat: ſic in euāgelio de ſer
uo nequā legit̄. qui in cōſeruū ſuū impius
deprehēſus eſt. Item Raba. Nequā ſuū
tradidit deus tortoribus quoaduſq̄ red/
deret vniuerſum debitum: q2 nō ſoluꝫ pec
cata que poſt baptiſmū homo egit reputa/
buntur ei ad penā: ſed etiā originalia que
in baptiſmo ſunt ei dimiſſa. Item Grego.
Greg. in omelia quadam. Ex dictis euangelicis conſtat: q2 ſi ex cor/
de nō dimittimus: quod in nos delinquit̄
⁊ hoc rurſum exigit̄ qđ iam nobis ꝑ peni
tentiā dimiſſum fuiſſe gaudebamus. Itē
Augꝰ. Dicit deus: dimitte ⁊ dimittet̄ tibi
ſ ego prius dimiſi: dimitte vel poſtea. Nā
ſi non dimiſeris reuocabo te: ⁊ quicq̄d di/
miſeram replicabo tibi. Item Qui diuini
beneficij oblitus ſuas vult vindicare iniu/
rias: non ſolū de futuris peccatis veniam
non merebitur: ſed etiā ꝑterita que iam ſi
bi dimiſſa credebat: ad vindictā ei replica/
bunt̄. Itē Beda. Reuertar in domū meā *Beda ſup. Lucam.*
⁊c̄. Timendus eſt ille verſiculus nō expo=
nendus: ne culpa quā in nobis extinctam
credebamus: ꝑ incautelā nos vacātes op=
primat. Itē. Quecunq̄ eñ poſt baptiſma
ſiue prauitas heretica ſeu cupiditas mun=
dana arripuerit: mox oīm ꝓſternet in ima *Oppoſitio cōtra eos.*
vitiorꝫ. Item Augꝰ. Redire dimiſſa pctā:
vbi fraterna charitas nō eſt: aptiſſime do/
minus in euāgelio docet: in illo ſuo a quo
dimiſſum dñs debitū petijt: eo ꝙ ille cōſer
uo ſuo debitū nollet dimittere. His auto=
ritatibꝰ innitunt̄ q̄ dicūt pctā dimiſſa ſi re=
plicant̄ redire ſimplr̄. Quibus opponitur *Augu. in lib. de baptiſmo.*
Si q̄s ꝓ pctō de quo penituit ⁊ indulgen
tiam accepit iterū punit̄: nō videt̄ iuſtum
Si punitur ꝓ eo qđ peccauit ⁊ nō emēda=
uit: iuſticia eſt apta. Si vero req̄rit̄ qđ fu
erat cōdonatum: vel iniuſticia eſt. vel iu=
ſticia occulta. Videtur etiam deus bis in
idipſum iudicare: ⁊ duplex tribulatio con
ſurgere quod ſcriptura negat. Sed ad hoc
poteſt dici: ꝙ neq̄ duplex tribulatio ↄſur
git: neq̄ iudicat deus bis in idipſuꝫ. Hoc
eñ fieret ſi poſt condignam ſatiſfactionem
et ſufficientem penam iterum puniret: ſed
non ſatiſfecit digne et ſufficienter: qui nō ꝑ
ſeuerauit. Debuit enim iugem peccati ha
bere memoriā: non ad faciendum: ſed ad
cauendū: debuit non obliuiſci oēs retribu
tiones dei: q̄ tot ſunt quot ſūt peccatorum
remiſſiones. Tot ḡ debuit cogitare dona
dei: quot mala ſua: ac ꝓ illis vſq̄ in finem
grās agere. Sed q2 ingratus ad vomitū
ſicut canis redijt: anteacta bona mortifica
uit: ⁊ peccatuꝫ dimiſſum reuocauit: vt cui
hūiliato añ deus pctm̄ dimiſerat: eidē po=
ſtea elato ⁊ ingrato imputet.

Aliorum ſententia. b

Sed quia abſonū
videt̄ vt pctā dimiſſa iterū imputent̄: pla=
cet quibuſdam neminem ꝓ peccatis ſemel
dimiſſis iterum a deo puniri. Sed ideo di/
cunt̄ dimiſſa redire ⁊ iputari: quia ꝓpter
ingratitudinē ita reus ⁊ peccator cōſtitui
tur: vt ante fuerat. Si eñ quod dimiſſum
fuerat dicit̄ exigi: quia remiſſiōis ꝑcepte
ingratus: ita reus fit: vt ante fuerat. Vtri/

ꝙ ꝑti queſtionis probati fauent doctores Ideoq̃ alicui ꝑti non preiudicans ſtudioſo lectori iudicium relinquo: addens mihi tutū fore: ac ſaluti ꝓpinquū: ſub menſa dominorū micas edere.

Quid ſit hic ſacr̄m ⁊ res. c

Poſt p̄dicta reſtat inueſtigare q̄d in actiõe pn̄ie ſit ſacr̄m ⁊ res Sacr̄m em̄ ſignū eſt ſacre rei. Quid ḡ hic ſignū ē: ⁊ q̄ ē res ſacra hui⁹ ſigni? Quidaꝫ dicūt ſacr̄m h̄ eſſe qḋ exteri⁹ tm̄ gerit̄.ſ. exterior pn̄ia que eſt ſignū interioris pn̄ie.ſ. ꝯtritionis cordis ⁊ humiliatiõis. Qḋ ſi ē: nõ omne ſacr̄m euãgelicū id efficit qḋ figurat. Exterior em̄ pn̄ia nõ efficit interiorem potius interior cauſa eſt exterioris. Sꝫ ad hoc inquiunt illi hoc eſſe intelligenduꝫ de illis ſacramētis q̄ in nouo teſtamēto inſtituta ſūt: vt ē ſacr̄m baptiſmi: ꝯfirmationis ⁊ corpis xp̄i. Sacr̄m vero pn̄ie ſicut ⁊ coniugij ante tp̄us gratie etiam a primordio humani generis fuit. Utrūq̃ em̄ inſtitutū fuit in primis parētibus. Itē Si exterior pn̄ia ſacr̄m eſt: ⁊ iterior res ſacramēti: ſepius p̄cedit res ſacr̄m q̃ ſacr̄m rē. Sꝫ nec hoc incõueniēs eſt. Nā ⁊ in alijs ſacramentis que efficiunt qḋ figurant: hoc ſepe ꝯtingit.

Alioꝝ ſn̄ia. Quidā aūt dicūt exteriorē penitētiā ⁊ interiorē eſſe ſacr̄m nec duo ſacramēta: ſed vnū: vt ſpecies panis ⁊ vini: nõ duo ſunt ſacramēta ſed vnum. Et ſicut in ſacr̄o corpis: ita etiā in hoc ſacr̄o dicūt aliud eē tm̄ ſacr̄m: ſcꝫ exteriorē pn̄iam aliud ſacr̄m ⁊ rē.ſ. interiorē pn̄iaꝫ: aliud rē ⁊ nõ ſacr̄m: ſcꝫ remiſſionē peccatoꝝ. Interior.n. pn̄ia ⁊ res ē ſacr̄i.i. exterioris penitētie: ⁊ ſacr̄m remiſſionis pc̄ti: qḋ ⁊ ſignat ⁊ facit. Exterior quoq̃ pn̄ia ⁊ interioris ſignū eſt: ⁊ remiſſionis peccatorū.

Iſta eſt diſtinctio. xxij. hui⁹ quarti libri. In qua magiſter poſtq̄ egit de tp̄e pn̄ie Hic determinat quedā que ꝑtinent ad effectū ei⁹ que eſt remiſſio peccatoꝝ. Et tria circa hoc fac̄. Primo.n. inquirit vtrū peccata in cõtritiõe dimiſſa cõfeſſione ſequenti omiſſa vel cõtempta redeāt. Sc̄do quid in hoc ſacr̄o ſit res ⁊ q̄d ſacr̄m ſm̄ quoſdā manifeſtat. Tertio quõ pn̄ia exterior ⁊ iterior vnū ſit ſacramētū ſm̄ alios inſinuat. Primū facit a p̄ncipio diſ. vſq̃ ibi. Poſt predicta. Secūdū vſq̃ ibi. Quidam autē dicūt. Tertiū vſq̃ ad finē diſtinctionis. In ſpāli ſententia magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionibus quarū prima eſt hec. Quidaꝫ dicunt peccata ſemel dimiſſa ꝑ gratie ꝑditionē iterū ad penam replicari: ſed alijs placet hm̄õi pc̄tm̄ iterū a deo nõ imputari. Hāc magiſter inſinuans ꝓponit p̄mo vtrū dimiſſis peccatis in cõtritione ſi hõ poſtmodū ꝯfiteri cõtemnat vel in p̄ſtina pc̄tā vel in cõſimilia pc̄tā incidat: an pc̄tā pri⁹ dimiſſa redeāt. Poſtea tãgit circa hoc diuerſas opiniones. Quidā em̄ dicūt ea redire ⁊ adducūt parabolā de ſeruo nequā a quo videtur vniuerſuꝫ debitū etiā pri⁹ dimiſſum exactū eſſe: tangunt̄ etiā in littera plureſ autoritates que faciūt ad ꝓpoſitū. Sed ꝯtra hoc opponit: nõ em̄ videt̄ iuſtum vt ꝓ peccato quo q̄s ſemel iudicat⁹ ē: iteꝝ iudicet̄. Et reſpondet ꝙ ꝓpter hoc nõ bis ſuꝑ eodē pc̄tõ iudicat̄: q̄ nõ ꝑfecte penituit cū nõ indigne ꝑſoluit̄ ⁊ ingratus fuerit Alioꝝ opinio eſt ꝙ pc̄tā dimiſſa an̄ nõ redeāt iteruꝫ niſi ꝓpter igratitudinē: ꝓpt̄ igratitudinē em̄ q̄s reus conſtituit̄ ſicut an̄ fuerat ac ſi peccata redirēt priſtina. Poſtea magiſter a determinatiõe hui⁹ queſtionis ceſſat ⁊ ſe excuſat relinquēs ſtudiū eius ſtudioſo lectori: eo ꝙ vtraq̃ opinionū doctores fauentes habet. Sc̄da ꝓpoſitio eſt hec. In ſacr̄o penitentie penitentia exterior eſt ſacr̄m: interior aūt res ſacramenti. Hanc magiſter inſinuans querit cū ſacramētum ſit ſacre rei ſignum: quid in pn̄ia ſit ſacramētū ⁊ quid res. Poſtea ſoluit ſm̄ opinionē aliquoꝝ dicētium exteriorem eſſe ſacramētuꝫ interiorē eſſe rem ſacramēti. Contra qḋ ſtatim opponit ꝙ ſacramēta noue legis efficiūt qḋ figurant: exterior aūt pn̄ia nõ efficit interiorē ergo non eſt ſacr̄m. Et ſm̄ opinionē eorum r̄ndet dicens ꝙ verū ſit de illis ſacramētis q̄ i noua lege inſtituta ſunt: vt baptiſmus ꝯfirmatio ⁊ corpus xp̄i: pn̄ia aūt non eſt talis q̄ in primis parētibus fuit: ⁊ temporibus eoꝝ inſtituta ſicut ⁊ matrimonium. Obijcit etiā alio modo q̄ ſacramentuꝫ debet p̄cedere rē: pn̄ia aūt exterior non p̄cedit interiorē vt ſepius. Et reſpondet ꝙ etiā in alis ſacramētis ſepe p̄cedit res ſacramentū ſicut econuerſo vt in adultis contritis gratia ante baptiſmū cõfert̄. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Alij dicunt tā exteriorē penitētiam eſſe ſacr̄m q̄ interiorē: tn̄ nõ eſſe duo ſacramēta: ſed vnum completū. Hanc em̄ ꝓpoſitionem ꝓponens ſoluit queſtionē p̄miſſam ſm̄ aliorū opinioneꝫ qui dicunt tā exteriorē q̄ interiorē vnū eſſe ſacramētū ſicut ſpecies panis ⁊ vini non duo ſunt ſacr̄a ſed vnum. Exterior aūt pn̄ia eſt tm̄ ſacr̄m. Interior aūt eſt res ⁊ ſacr̄m remiſſio aūt peccatoꝝ ē tm̄ res: et ſic tria ſunt in hoc ſacr̄o ſicut ſunt in alijs ſacramētis. Et tm̄ in ſpeciali.

De ſacr̄o vnctiõis extreme. a

Preter p̄miſſa eſt etiā aliud ſacramentuꝫ ſcꝫ vnctio infirmoꝝ que fit in extremis oleo ꝑ pc̄tm̄ ꝯſecrato. DI. XXIII. Et ſunt tria genera vnctiõis. Eſt enim vnctio que fit criſmate: q̄ dicit̄ principalis vnctio: q̄ in ea principaliter paraclit⁹ datur. Unde et ꝓpter abundantiam gr̄e duos liquores mixtos habet oleū ſcꝫ ⁊ balſamum: oleum conſcientie: balſamum fame. Criſma v̄o grece vnctio latine dicit̄. Nec tn̄ omne oleū ad vnctionem ſanctificatum criſma vocatur: ſed illud ſolum qḋ miſcet̄ cum balſamo: quo capita regum ⁊ pontificum vngunt̄: quo etiam baptizatos ſacerdos vngit in vertice: ⁊ pontifex ꝑ impoſi-

De trib⁹ generib⁹ vnctiõis.

tionem manus confirmandos vngit in frõte. Eſt ⁊ alia vnctio qua cathecumini ⁊ neophiti vnguntur in pectore ⁊ inter ſcapulas: in perceptione baptiſmi. Tertia vero vnctio eſt que dicitur oleum infirmorum: de qua nunc agitur.

A quibus inſtitutum ſit hoc ſacramentum. b

Hoc ſacramẽtum vnctionis infirmoꝝ ab apoſtolis inſtitutum legiť. Ait enĩ Jacobus: Infirmatur aliquis ĩ vobis inducat preſbyteros eccleſie: et orent ſuper eum: vngentes eũ oleo in nomĩe domini ⁊ alleuiabit eum dominus: ⁊ ſi in peccatis fuerit: dimittenť ei In quo oſtenditur duplici ex cauſa ſacramentũ hoc inſtitutum. ſ. ad peccatorum remiſſionẽ et ad corporalis infirmitatis alleuiationem. Unde conſtat eum qui hanc vnctionem fideliter deuoteꝗ ꝑcipit. ⁊ in corꝑe ⁊ in anima alleuiari. ſi tamen expedit vt in vtroꝗ alleuietur. Q̃ ſi forte corporis valitudinẽ illi habere non expedit. illã que eſt anime ſanitatem in hoc ſacramento acquirit. Et ſicut in alijs ſacramentis ita ⁊ in iſto. aliud eſt ſacr̃m. aliud res ſacr̃i. Sacr̃m ẽ ipſa vnctio exterior. res ſacramenti vnctio interior que peccatorum remiſſione ⁊ virtutum ampliatione ꝑficitur. Et ſi ex ꝯtemptu vł negligentia ſacramentũ hoc ꝑtermittitur periculoſum eſt ⁊ damnabile.

De iteratione hui⁹ ſacramenti. c

Querunt aliqui ſi hoc ſacramentum iterari poſſit. cũ baptiſmus ⁊ alia quedã ſacramenta ſemel ſuſcepta non iterenť: Aug⁹. dicit. ſacramentũ non iterandum et ſacramento non faciendã eſſe iniuriã. ſꝫ hoc dicit vbi ait de ſacr̃o baptiſmi et ꝯfirmatiõis ⁊ ordinatiõis. Uñ nõ videť illud generaliter accipiendũ. ſed de ſacramento baptiſmi et ꝯfirmationis et ordinationis. que nullatenus ſunt repetẽda. q: ſemel tñ ⁊. nõ ſepius dať baptiſmus confirmatio ⁊ ordinatio. Sacramentũ vero altaris ⁊ penitentie et coniugij ſepe iterari videtur. quia ſepe ſacramentũ corporis percipitur. frequenter penitentia agiť: coniugium ſepe contrahitur. Quare ergo vnctio ſimiliter nõ poteſt iterari: Si morbus nõ reuertiť. medicina nõ iteretur. Si vero morbus non poteſt cohiberi. quare medicina debet ꝓhiberi. Sicut oratio iterari poteſt: ita ⁊ vnctio iterari poſſe videť vtraꝗ enĩ illic commemorat Jacobus et vtrũꝗ illic cooperať ad ꝯferẽdam alleuiationem corporis et anime. Cur ergo negatur vnctionẽ ſuper infirmum poſſe iterari ad impetrandam ſepius ſanitatem mentis et corporis. cum propter idem ſepe iteranda ſit oratio: Quidam autem de om̃i ſacramento intelligi volunt ꝙ non ſit iterandum. ſcꝫ ſm totum illud quod ꝑtinet ad ſacramentum. dicentes quedam ſacramenta ſepius poſſe ſuſcipi. quedã vero non. Nec tñ que ſepius ſumunť. totaliter iterantur: vt ſacramentum altaris et vnctionis. que licet ſumanť ſepius. tamen q: non iterũ benedicitur eadem hoſtia vel idẽ oleum. nõ iteratur ſacramentũ cum iniuria. Sꝫ dicet quis ſic ⁊ baptiſmus nõ iterať. ⁊ ſi aliquis frequenter babptizetur dum eadem aqua nõ iterum benedicať: Sed aliud eſt inquiunt illi de benedictione aque qua fit baptiſmus. aliud de benedictione panis ⁊ olei. Poteſt enĩ baptiſmus celebrari in aq̃ etiam nõ benedicta. quia illa benedictio ꝓ reuerentia tantũ fit ⁊ decore. nõ virtute ſacramenti. Sed corpus chriſti nõ poteſt cõfici niſi de pane conſecrato: nec vnctio illa fieri poteſt niſi de oleo ab epiſcopo conſecrato. Ideoꝗ illa ſanctificatio ad virtutẽ ſacramenti ꝑtinere videtur. In coniugio quoꝗ ſemel tñ benedicitur quiſꝗ non ſepius. Benedicitur enĩ. vt ait Ambro. cum prima ⁊ non ſecunda vxore. Si ergo cum dicitur ſacramentũ nõ eſſe iterandum. nec iniuria ei eſſe facienda. rationem dicti referas ad ſãctificationem rei qua ſacramentũ expletur. de omni ſacramento generaliter id verum eſt. Si vero ad ſuſceptionẽ ſacramenti. de quibuſdam verũ eſt ꝙ nõ iterantur crebra ſuſceptione. de alijs vero quibuſdam non q: frequẽter ſumunť. vt hoc vnctionis ſacramentũ quod in omni pene eccleſia ſepe repetitur.

Alioꝝ opĩo.

Iſta eſt diſtĩctio. xxiij. hui⁹ quarti libri. In qua magiſter poſtꝙ determinauit de baptiſmo qđ eſt ſacr̃m intrãtiũ. ⁊ de ꝯfirmatiõe eucharistia ⁊ pñia que ſunt ſacr̃a ꝓgredientiũ Hic vero determinat de extrema vnctiõe q̃ eſt ſacr̃m exeuntium Et tria circa hoc facit. Primo enĩ q̃d ſit hoc ſacr̃m manifeſtat. Scđo oñdit q̃d efficiat Tertio ſuadet ne quis ipm ex ꝯtemptu ⁊ negligentia ꝑtermittat. Primum facit a principio diſtin. vſꝗ ibi. Hoc ſacr̃m vnctionis. Scđm vſꝗ ibi. Querunt aliq̃ ſi hoc ſacr̃m Tertiũ vſꝗ ad finẽ diſ. In ſpãli ſnĩa mgr̃i ſtat in tribus ꝓpoſitionib⁹ quarũ prima eſt hec. Extreme vnctionis infirmoꝝ q̃ fit in oleo ꝯſecrato ꝑ man⁹ epoꝝ

ſunt tria genera iuxta dicta magiſtroꝝ. Hãc mgr̃ inſinuans dicit p̄mo ꝙ ſacr̄m extreme vnctõis fit oleo ꝑ ep̄m ꝯſecrato. Et tangit triplex genus vnctionis. Eſt em̄ quedam vnctio principalis que fit chriſmate ⁊ oleo. ſ. mixto balſamo. ⁊ tali vnctione vngunt̃ reges ⁊ põtifices in capite. ꝯfirmãdi autẽ in fronte. baptizandi aũt in vertice. Alia eſt vnctio qua vngũtur cathecumini inter ſcapulas. Tertia ẽ vnctio qua vnguntur infirmi. ⁊ de hac ad p̄ns agitur. et he due fiunt ſimplici oleo bn̄dicto. Poſtea dicit hoc ſacr̄m inſtitutũ fuiſſe ab ap̄lis vt dicit. b. Jacob⁹ in canonica ſua. c. ij. Sc̄da ꝓpõ eſt hec. Hoc ſacr̄m duplici d̃ cã ab ap̄lis eſt inſtitutũ. ſ. ad pctõꝝ remiſſionẽ ⁊ ad corporalis infirmitatis alleuiationẽ. Hanc mgr̃ inſinuans dicit hoc ſacr̄m inſtitutũ fuiſſe ad duplicem effectũ. ad ſanitatẽ aĩe, ⁊ corpis. qꝛ tñ nõ expedit hoĩ vt ſꝑ alleuiet̃ corꝑaliter. ideo nõ ſꝑ hoc ſacr̄m ſanitatẽ acquirit qñ hoc ſacr̄m deuote ⁊ fideliter recipit. Poſtea ponit hui⁹ ſacri ꝯformitatẽ ad alia Nã in hoc ſacramẽto eſt aliquid qδ eſt ſacr̄m tm̄. vt eſt extrema vnctio. ⁊ aliq̃d qδ res ſacri. vt interior vnctio. i. peccatoꝝ remiſſio. ⁊ virtutũ appoſitio. ⁊ ideo hoc ſacramentũ cõtemnere vel negligere ꝑiculoſum eſt. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Hoc ſacramentũ ex ꝯtemptu et negligentia nõ ꝑtermittat̃ nec ip̄m reiterat̃ niſi morb⁹ reuertat̃. Huius ꝓpoſitiõis p̄ma ꝑs patet ex premiſſis. ſc̄dam magiſter inſinuãs querit. Utrum hoc ſacr̄m poſſit reiterari. Et oñdit ꝑ. b. Aug. ꝙ nõ. q̃a iniuriam facit ſacr̄o q̃ reiterat ſacr̄m. et ſic rñdet ꝙ Aug. loquit̃ tm̄ de tribus ſacr̄is. ſ. de baptiſmo confirmatione ⁊ ordine que nullo mõ iterãda ſunt. Alia vo ſepi⁹ iterari p̄nt. vt eucbariſtia. p̄nia. ⁊ matrimoniũ. quare etiã vnctio iterat̃. ſi em̄ morbus iteratur ⁊ vnctio q̃ eſt medicina morbi iterat̃. Et tm̄ ĩ ſpãli.

De ordinibus eccleſiaſticis. a

DI. XX IIII

n

Hinc ad conſiderationẽ ſacre ordinatiõis accedamus. Septẽ ſunt ſpiritualium officioꝝ gradus ſiue ordines ſicut ex ſanctoꝝ patrum dictis apte tradit̃. et capitis noſtri. ſ. ieſu xp̄i exemplo monſtratur. qui omniũ officia in ſemetipſo exhibuit. et corꝑi ſuo qδ eſt eccl̃ia eoſdem ordines obſeruãdos reliquit. Septem autẽ ſunt ꝓpter ſeptiformẽ gratiam ſanctiſpiritus. cuius qui nõ ſunt ꝑticipes ad gradus eccleſiaſticos indigne accedũt. Illi vo in quoꝝ mentibus diffuſa eſt ſeptiformis gratia ſpiritusſancti. cum ad eccleſiaſticos ordines accedũt. in ipſa ſpiritualis gradus promotione ampliorẽ gratiam percipere creduntur.

Quare ſeptẽ ſunt.

Quales aſſumendi ſunt ad clerum. b

Clemẽs papa

Tales autẽ ad miniſteriũ ſpirituale eligendi ſunt clerici. qui digne poſſint dominica ſacramẽta tractare. Melius eſt em̄ domini ſacerdoti paucos habere miniſtros qui poſſunt digne opus dei exercere ꝙ multos inutiles q̃ ordinatori graue onus inducãt. Tales eni decet eſſe miniſtros chriſti qui ſeptiformis gratia ſpiritusſancti ſint decori. ex quoruꝫ doctrina ⁊ ꝯuerſationis forma eadem gratia in aliĳs transfundat̃: ne celeſtes margaritas ſpiritualium verboruꝫ officiorum ꝙ diuinorum ſordide vite pedibus conculcent. In ſacramento ergo ſeptiformis ſpiritus ſeptẽ ſunt gradus eccleſiaſtici. ſcilicet hoſtiarĳ: lectores: exorciſte: acoliti: ſubdyaconi: dyaconi: ſacerdotes. Oẽs tm̄ clerici vocant̃. i. ſortiti. Corona em̄ ſignaculum eſt q̃ ſignant̃ in ꝑtẽ ſortis miniſterĳ diuini Corona regale decus ſignificat: ⁊ ſeruire deo regnare eſt. Uñ miniſtri eccleſie reges eſſe debent. vt ſe et alios regant. Quibus petr⁹ ait. Uos eſtis gen⁹ electũ. regale ſacerdotiũ ⁊c̃. Summitas capitis deſuꝑ nudatur. vt eorum mens ad dñm libera monſtret̃. que reuelata facie gloriam dei completur. Summitas em̄ capitis eſt eminentia mentis. denudatio capitis eſt reuelatiõ mentis. Clericus em̄ ſecretoꝝ dei nõ ignarus eſſe debet. Tondent̃ etiam capilli vſqꝫ ad reuelationẽ ſenſuum ſcꝫ oculorum ⁊ aurium. vt vicia ĩ corde ⁊ oꝑe pullulãtia doceant̃ p̄cidenda. ne ad audiendũ ⁊ intelligendum verbum dei prepediatur mẽs. Ꝑ quo ſeruato. reddetur in excelſis corona. Tonſure autem eccleſiaſtice vſus a nazareis exortus videtur. q̃ prius crine ſeruato. deinde ob vite continẽtiam caput radebant: ⁊ capillos in igne ſacrificĳ ponebant Hinc vſus inoleuit vt qui diuinis cultib⁹ mãcipantur. quaſi nazarei id eſt ſancti crine poſito inueniantur. Sicut ad ezechielẽ dicitur. Fili hominis ſume gladium acutum ⁊ duc ſuper caput tuuꝫ ⁊ barbam. In actibus etiam apoſtoloꝝ priſcillã ⁊ aquilam hoc feciſſe legimus. Paulus quoqꝫ et alĳ quidam diſcipuli chriſti hoc fecerunt. Recte ergo in quibuſlibet gradibus conſtituti clerici vocantur. quorum nomina ⁊ rationes nominum Iſidorus exponẽs ait Cleros ⁊ clericos hinc appellatos eſſe credimus. quia Matthias electus eſt ſorte. quem primum per apoſtolos legimus ordinatum. Cleros em̄ grece. latine ſors vel hereditas dicitur. Ideo ergo dicti ſũt clerici. quia de ſorte ſunt domini. vl̃ quia deum partem habent. Generaliter vero clerici nuncupati ſunt omnes qui in eccleſia dei ſeruiunt. quoꝝ gradus ⁊ nomina ſunt

De corona et tonſura.

Iſi. in lib. vi. ethimo.

hec. hoſtiarius. lector ⁊c.

De hoſtiarijs. c

Iſidorus. **Hoſtiarij idē ⁊ ia**nitores ſunt qui in veteri teſtō electi ſūt ad
cuſtodiam templi vt nō ingrederet̄ in ill
immundus. Dicti aūt hoſtiarij eo ꝙ pre=
ſint hoſtijs templi. Ipſi eñ tenentes clauē
omnia intus ⁊ extra cuſtodiunt. atq; inter
bonos ⁊ malos habentes iudiciū. dignos
recipiunt. indignos reſpuunt. Vñ ⁊ eis cū
ordinant̄ claues eccleſie dant̄ ab epō. Et
dicitur eis: Sic agite tanq̄ rationem deo
reddituri pro rebus que clauibus iſtis re/
cludunt̄. Hoc officium dñs in ſua pſona ſu
ſcepit qñ flagello de funiculis facto vendē
tes et ementes eiecit de templo. Ipſe enim
ſe hoſtiarium ſignificans dicit: Ego ſum
hoſtium per me ſi quis introierit ſaluabit̄
et ingrediet̄ ⁊ egrediet̄ ⁊ paſca inueniet.

De lectoribus. d

Iſidorus. **Secundus eſt gra**dus lectoꝝ. lectores a legēdo ſicut pſalmi=
ſte a pſalmis canendis vocati ſunt. Illi eñ
predicant populis q̄d ſequant̄. iſti cantāt
vt excitent ad compunctionē animos au=
dientium. licet quidam lectores ita miſera=
biliter pnuncient. vt quoſdam ad luctū la
mentationemq; cōpellant. Idē etiā pnun
ciatores vocant̄ q̄ porro an̄ nunciāt. q2 tā
erit clara eoꝝ vox. vt etiā longe poſitoꝝ
aures adimpleat. Ad lectores autem pti=
net lectiones pnunciare. ⁊ ea que pphete
vaticinauerīt pplis p̄dicare. vt iā ex officio
in eccleſia legant pphetias ⁊ lectiōes. vñ
⁊ ei vidēte populo tradit̄ ab epō codex di
uinarū lectionum. ⁊ dicitur. Accipe ⁊ eſto
verbi dei relator. habiturus ſi fideliter im
pleueris officiū: ptem cum his q̄ bene ver
bum dei miniſtrauerunt. Qui ad hūc gra/
dum pueħit̄. litteraꝝ ſcientia debet eſſe in
ſtructus. vt ſenſum verborum intelligat.
vim accentuū ſciat. diſtincte legat. ne con
fuſione plationis intellectū auditorib9 au=
ferat. Attēdat quid indicatiue. quid inter/
rogatiue ſit legendū. vbi ſit in orōne faciē=
da diſtinctio. Hec eñ male ſeruata. intelle
ctū turbant ⁊ alios ad riſum prouocāt. au
ribus ⁊ cordi conſulere debet vox lectoris
Hoc officiū ipleuit xp̄s cū in medio ſenio=
rum librū Eſaie apiens. diſtincte ad intel/
ligendū legit. ſpiritus dñi ſup me ⁊c. Ex q̄
lectorib9 datur intelligi q2 gratia ſpiritua=
li clarere debent qui alijs verbū dei annū=
ciant. Hic ordo formā et initiū a pphetis
accepiſſe videt̄. quib9 dicit̄. Clama ne ceſ=
ſes quaſi tuba exalta vocem tuam.

De exorciſtis. e

Tertius ē ordo exorciſtarū. Exorciſte aūt ex greco in latinū Iſidorus.
adiurantes vel increpātes vocant̄. Inuo
cant eñ ſuper cathecuminos et ſuper eos
qui habent ſpiritum immundū nomē dñi
adiurantes p eum vt egrediat̄ ab eis. Ad
exorciſtaꝫ pertinet exorciſmos memoriter
retinere. manuſq; ſup energuminos et ca/
thecuminos in exorcizādo imponere. De=
bet aūt habere ſpiritum mundum qui ſpi=
ritibus immundis imperat. ⁊ malignū ex=
pellere de corde ſuo quem expellit de cor/
pore alieno. ne medicina quā alij facit ſibi
nō pſit. ⁊ dicat̄ ei. medice cura teipm̄. Hi
cū ordinātur accipiunt de manu epi librū
exorciſmorum ⁊ dicitur eis. Accipite ⁊ ha
betote poteſtatem imponendi manus ſup
energuminos vel cathecuminos. Hoc offi
cio vſus ē dñs qñ ſaliua ſua tetigit aures ⁊
linguam ſurdi ⁊ muti dicēs: Effeta. quod
eſt adapire. p hoc docēs nos ſpiritualiter
debere apire aures p̄cordioꝝ hoim ad in=
telligendum. et ora ad cōfitendū. vt pulſo
demone: ſpiritusſanctus vas ſuum recipi=
at. Hoc etiā officio vſus eſt xp̄s cū demo/
niacos multos ſanauit. Hic ordo a Salo=
mone videtur deſcendiſſe qui quendā mo=
dum exorcizandi inuenit quo demōes ad
iurati ex obſeſſis corporibus pellebantur.
Huic officio mācipati exorciſte vocati ſūt
De quibus chriſtus in euangelio. Si ego
in beelzebub eijcio demonia. filij veſtri. ſcꝫ
exorciſte in quo eijciunt.

De acolitis. f

Quarto loco ſuccedunt acoliti. Acoliti vo grece. latine cero=
ferarij dicuntur. a deportandis cereis qñ
legendū eſt euangelium vel ſacrificiū offe=
rendum. Tunc eñ accēduntur luminaria
et deportantur ab eis. nō ad effugādas ae/
ris tenebras cū ſol eo tēpe rutilet. ſed ad ſi
gnum leticie demonſtrandum. vt ſub tipo
luminis corpalis. illa lux oſtendat̄ de qua
legitur. Erat lux vera que illuminat oēm
ho. ve. in hūc mūdū. Ad acolitū ptinet p̄/

paratio luminarium in ſacrario. Jpſe cere-
um portat. ipſe vrceolū cum vino ⁊ aq̄ ſug-
geſta: ꝓ eucharistia ſubdiaconis ꝑparat.
Hij cum ordinantur cum edocti fuerint ab
ep̄o qualiť in officio ſuo agere debeāt. ab
archidiacono accipiunt candelabrum cuꝫ
cereo. et vrceolū vacuū. Hoc officium do/
minus ſe habere teſtatur dicens: Ego ſum
lux mundi. qui ſequitur me nō ambulat in
tenebris. Huius officij formā illi gerebant
in veteri teſtō q̄ lucernas candelabri com/
ponebant ⁊ accendebant igne celeſti. ad il/
luminandas tenebras aquilonares.

De ſubdyaconibus. g

Quint⁹ ē ordo ſub

diaconorum. Grece hipodiacones vocan
tur. Quos nos ſubdiacones dicim⁹. Qui
ideo ſic appellantur. q̄a ſubiacent p̄ceptis
⁊ officijs leuitarū. Oblationes em̄ in tem/
plo a fidelibus ſuſcipiunt. et leuitis ſuper-
ponendas altaribus deferunt. Hi apō he
breos nathinnei vocabanť. id ē. in humili
tate domino ſeruientes. Ad ſubdiaconuꝫ
pertinet calicem et patenam ad altare chri
ſti deferre et leuitis tradere eiſq̄ miniſtra-
re. Urceolum quoq̄ ⁊ aquamanile ⁊ ma/
nutergium tenere epiſcopo ⁊ preſbiteris ⁊
leuitis pro lauandis ante altare manibus
aquam p̄bere. His lex continentie imponi
tur. quia altari ꝓpinquantes vaſa corpo/
ris ⁊ ſanguinis chriſti portāt. Unde illud
implere debent. Mundamini q̄ fertis va/
ſa domini. Ad hos etiam pertinet tantum
de oblationibus ponere in altari: quantuꝫ
ſufficere poſſit populo. necnō corporales
⁊ pallas ⁊ ſubſtratoria lauare. Hij cū ordi
nantur accipiūt de manu epiſcopi patenā
⁊ calicem vacuū. ab archidiacono xᵒo vr/
ceolū cū aquamanili ⁊ manutergiuꝫ. Hoc
officio vſus eſt dn̄s quando lintheo ſe pre-
cinxit. ⁊ mittēs aquā in peluim. pedes di-
ſcipulorum lauit ⁊ lintheo terſit.

De dyaconibus. h

Dyaconorū ordo

ſextū tenet locuꝫ ꝓpter ſenarij ꝑfectionem
Hic ordo in veteri teſtamento a tribu leui
nomen accepit vel traxit. Dicunť enim et
leuite. Precepit quippe dn̄s moyſi vt poſt
ordinationem aaron ⁊ filiorum eius. pror-
ſus tribus leui ad diuini cultus miniſteria
ordinarentur et conſecrarentur domino ⁊
ſeruirent ꝓ iſrael coram aaron ⁊ filijs eius
in tabernaculo. Jpſiq̄ geſtarent arcam et
tabernaculum ⁊ omnia vaſa eius. ⁊ in cir-
cūitu tabernaculi excubarēt et in trāſpor-
tando tabernaculo ip̄i deponerēt rurſum/
q̄ cōponerent. A viginti vero annis ⁊ ſu-
pra iuſſi ſunt ſeruire in tabernaculo. quam
regulam in nouo teſtamento ſancti patres
conſtituerunt. qꝫ hec etas ad ferenda one-
ra eſt robuſta. Leuite ergo ex nomine au/
toris vocati ſunt. De leui em̄ leuite exorti
ſunt a quibus in templo miſtici ſacramen/
ti miſteria explebātur. Hij grece diacones
latine miniſtri dicuntur quia ſicut in ſacer
dote conſecratio. ita in diacono miniſterij
diſpenſatio habeť. Ad diaconum ꝑtinet
aſſiſtere ſacerdotibus et miniſtrare in om-
nibus que aguntur in ſacramentis chriſti
ſcꝫ in baptiſmo. in chriſmate. i patena ⁊ ca
lice oblationes quoq̄ inferre et diſponere
in altari. Compōnere etiaꝫ menſam domi-
ni ⁊ veſtire: crucem ferre. ⁊ predicare euā-
gelium ⁊ epiſtolam ad populum. Nam ſi-
cut lectoribus vetus teſtamentū. ita dia-
conib⁹ nouum p̄dicare preceptum eſt. Ad
ipſum etiam pertinet officium precum ⁊ re
citatio cathecuminorum nominum. Jpſe
premonet aures habere ad dominum. ipſe
donat pacem. ⁊ ipſe annunciat. Quod au
tem huic ordini a Moyſe ſtatutū eſt. hoc
etiam in nouo teſtamento repreſentať. cuꝫ
diacono ſuper leuum humerum ſtola po/
nitur. et caſula in diebus ieiunij complica
tur. quia quicquid laboris ⁊ ſuſtinentie in
hac vita toleratur. quaſi in leua portatur
donec in dextera. id eſt in eternitate requi-
es habeatur. Hic ordo ab apoſtolis cele-
bratus eſt. quādo vt legitur in actib⁹ apo-
ſtolorum ſeptem viros plenos ſpiritu ſan/
cto ad hoc officium elegerunt. et oratione
premiſſa manus eis impoſuerunt. Unde
et conſuetudo inoleuit vt in omni matrice
eccleſia ſeptem diacones circa chriſti araꝫ
quaſi ſeptem columne aſſiſtant. Hi ſunt ſe-
ptem angeli tuba canentes in apocalipſi.
Qui quales eſſe debeant apoſtolus docet
thimotheo ſcribens. Hi cum ordinanť ſo-
lus epiſcopus eis manū imponit. quia ad
miniſterium applicantur. ponit eis orariū.
id eſt. ſtolam ſuper leuum humerum. vt ꝑ
hoc intelligant ſe accepiſſe iugum domini
ſuaue. quod ad ſiniſtram pertinentia. diui
no timori ſubijciant. Accipiunt et textum
euangelij. vt intelligāt ſe eſſe p̄cones euan/

gelij chriſti. Ibi aūt anteq̄ ordinent̄ ꝓben
tur vt docet apoſtolus. et ſic miniſtrēt nul
lum crimen habentes. Hoc officio vſus eſt
chriſtus. quando poſt cenā ſacramentum
carnis ⁊ ſanguinis diſcipulis diſpenſauit
⁊ qñ apoſtolos dormientes ad orationem
excitauit dicens: Vigilate ⁊ orate vt non
intretis in temptationem.

De preſbyteris. i

Septimus ē ordo

preſbyterorū. Preſbyter grece ſenior inter
pretatur latine. Nō modo pro etate vł de/
crepita ſenectute. ſed ꝓpter honorem ⁊ di=
gnitatem quam acceperunt preſbyteri no=
minātur. qui morum prudentia et maturi=
tate conuerſationis precellere debēt in po=
pulo. vnde ſcriptum eſt. Senectus vene=
rabilis eſt non diuturna nec annorum nu=
mero computata. Cani enim ſunt ſenſus
hominis et etas ſenectutis vita immacu/
lata. Ideo aūt etiā p̄ſbyteri ſacerdotes vo
cantur. quia ſacrū dant. qui licet ſint ſacer
dotes tamen pontificatus apicem non ha=
bent ſicut epiſcopi. q2 ipi nec criſmate fron
tem ſignant nec paraclitum dant. quod ſo=
lis deberi epiſcopis lectō actuū apłoꝝ de=
monſtrat. Unde ⁊ apud veteres idem epi
ſcopi ⁊ preſbyteri fuerūt. q2 illud eſt nomē
dignitatis non etatis Sacerdos nomē ha
bet compoſituȝ ex greco ⁊ latino. quod eſt
ſacrum dans ſiue ſacer dux. Sicut eñ rex
a regendo. ita ſacerdos a ſanctificando di
ctus eſt. conſecrat enim ⁊ ſanctificat. Anti/
ſtes vero ſacerdos dictus eſt ab eo ꝙ an/
teſtat primus enim eſt in ordine eccleſie.
Ad preſbyterum autem pertinet ſacramē/
tum corporis ⁊ ſanguinis dñi in altari dei
cōficere. Orationes dicere. et dona dei be=
nedicere. Qui cum ordinantur inungūtur
eis manus vt intelligant ſe accepiſſe grati/
am conſecrandi. et charitatis opera debe=
re extendere ad omnes. Accipiunt ⁊ ſtolā
que vtrumq̄ tenet latus. quia debent eſſe
muniti armis iuſticie contra aduerſa ⁊ pro
ſpera. Accipiunt etiam calicem cum vino
et patenam cum hoſtijs. vt per hoc ſciant
ſe accepiſſe poteſtatem placabiles deo ho=
ſtias offerēdi Hic ordo a filijs Aaron ſum
pſit initiū. Summos enim pōtifices ⁊ mi=
nores ſacerdotes inſtituit deus per moy=
ſen q̄ ex precepto dei aaron in ſummum pō
tificem. filios vero eius vnxit in minores
ſacerdotes. Chriſtus quoq̄ duodecim ele
git diſcipulos prius quos ⁊ apoſtolos vo
cauit. quorum vicem gerunt in eccleſia ma
iores pontifices. deinde alios. lxx. et duos
diſcipulos deſignauit. quorum vicem in
eccleſia tenēt p̄ſbyteri. Unus autem inter
apoſtolos princeps extitit petrus. cuius
vicarius ⁊ ſucceſſor eſt pontifex ſummus.
Unde dicitur apoſtolicus qui et papa vo
catur ſcilicet pater patrum. Qualis autem
eligi debeat preſbyter. apoſtolus ſcribens
thimotheo oſtendit. vbi nomine epiſcopi
preſbyterum ſignificat. Hoc autem officio
vſus eſt chriſtus cum ſeipſuȝ in ara crucis
obtulit. idem ſacerdos ⁊ hoſtia. ⁊ quando
poſt cenam panem ⁊ vinum in corpus ſu=
um et ſanguineȝ commutauit Ecce de ſep=
tē eccleſie gradibus breuiter elocuti quid
ad quemq̄ pertineat inſinuauimus. Cū/
q̄ omnes ſint ſpirituales et ſacri excellen/
ter tamen canones duos tantum ſacros or
dines appellari cēſent. dyaconatus ſcilicet
⁊ preſbiteratus. quia hos ſolos primitiua
eccleſia legitur habuiſſe. et de his ſolis pre
ceptum apoſtoli habemus. Apoſtoli eniȝ
in ſingulis ciuitatibus epiſcopos ⁊ preſbi=
teros ordinauerūt. Leuitas etiam ab apo
ſtolis ordinatos legimus. quorum maxi/
mus fuit beatus ſtephanus. Subdyaco/
nos vero et acolitos procedente tempore
eccleſia ſibi conſtituit.

Quid ſit qđ hic dicitur ordo. k

Si auteȝ queritur

quid ſit qđ hic vocat̄ ordo? Sane dici pōt
ſignaculum eſſe. i. ſacrum quoddam. quo
ſpiritualis poteſtas tradit̄ ordinato et of=
ficium. Caracter ergo ſpiritualis vbi ſit ꝓ
motio poteſtatis: ordo vel gradus vocat̄
Et dicunt̄ hi ordines ſacramenta. quia in
eoꝝ perceptione res ſacra. id eſt gratia cō/
fertur quā figurant ea que ibi geruntur.

De nominibus dignitatum vel
officij. l

Sūt et alia quedā

non ordinum ſed dignitatum vel officiorū
nomina. Dignitatis ſimul vel offico nomē
eſt epiſcopus. Epiſcopatus autē vocabu=
lum inde dictum eſt. ꝙ ille qui epiſcopus
efficitur ſuperintendat. curam. ſ. ſubditoꝝ
gerens. Scopin eñ grece. latine intende=
re dicitur. Epi autem grece. latine ſpecula
tores interpretantur. Nam ſpeculator eſt

prepoſitus in eccleſia, dictus eo ꝙ ſpecule tur atq; pſpiciat populorum infra ſe poſitorum mores et vitam. Pontifex eſt princeps ſacerdotum quaſi via ſequentiū ipſe ⁊ ſummus ſacerdos nuncupatur. ipſe eniꝫ leuitas ⁊ ſacerdotes efficit. ipſe omnes eccleſiaſticos ordines diſponit.

De quadripartito ordine epiſcoporum. n

Ordo aūt epiſcoporum quadripartitus eſt. ſ. in patriarchis. archiepiſcopis. metropolitanis. et epiſcopis. Patriarcha grece. ſummus patrū interpretatur. quia primum. i. apoſtolicū tenet locum. vt romanus. anthiocenus. alexandrinus. ſed omniū ſummus eſt romanus. Archiepūs princeps epiſcopoꝝ. Archos eñ grece. latine princeps dicit. Metropolite autē a menſura ciuitatū dicūtur Singulis eñ puincijs ꝑeminent quorum autoritati ⁊ doctrine ceteri ſacerdotes ſubiecti ſūt Solicitudo eñ toti⁹ puincie. ipis epis commiſſa eſt. Omnes autem ſupius deſignati ordines epi nūcupant. Nota ꝙ archiepoꝝ nomine ꝑmates ſupius ſignificaſſe videt. ⁊ metropolitanorum q̄s nunc archiepos dicimus. Horum aūt diſcretio a gētilib⁹ introducta videt. qui ſuos flamines. alios ſimpliciter flamines alios archiflamines. alios prothoflamines appellabāt Sacerdotes enim gentilium flamines dicebantur. qui habebant in capite pilleum in quo erat breuis virga. deſup habēs aliquid lane. quod cū peſtū ferre nō poſſent filum tm̄ in capite ligare ceperūt. Nudis enim capitibus eis incedere nephas erat. Unde et a filo quo vtebant flamines dicti ſunt. quaſi filamines Sed feſtis diebus filo depoſito pileum imponebant p ſacerdotij eminentia. Uates a vi mentis appellati ſunt. cuius ſignificatio multiplex eſt. Modo eñ ſacerdotē. modo pphetā. modo poetam ſignificat. Cantor vō vocatur qui vocem modulat in cantu Huius ſunt duo genera. pcentor ⁊ ſuccentor. Precentor q̄ vocē ꝑmittit in cantu. ſuccētor q̄ ſub ſequenter canendo rñdet. Concētor auteꝫ dicit q: ꝯſonat. Qui aūt nō conſonat nec concinit. ꝯcentor nō erit. His breuiter tractatis ammonēdi ſunt xp̄i miniſtri. quatenus ſicut excellunt ordinis dignitate ita ꝑcellant vite ſanctitate. vt plebs eis commiſſa eorūq; diſciplinis edocta. gratanter eis obediat. ⁊ eoꝝ imitatione de die in diem pficiat. a quibus diuina ſacramenta pcipiunt ⁊ miſſarū ſolennia audiunt. Miſſa aūt dicit vel quia miſſa eſt hoſtia cuius cōmemoratio fit in illo officio vnde dicitur Ite miſſa eſt. i. ſequimini hoſtiam q̄ miſſa eſt ad celeſtia tendentes poſt eaꝫ. vel quia miſſus celeſtis venit ad conſecrandum dominicū corpus. p quē ad altare celeſte defertur hoſtia. Unde ⁊ dicitur miſſa eſt.

Iſta eſt diſtinctio. xxiiij. h⁹ quarti libri. In qua magiſter poſtq̄ ſupius determinauit de ſacramentis que ordinant ad remediū vni⁹ perſone. Hic determinat de ſacramentis in remedium totius eccleſie. Et diuiditur ī duas partes. Primo determinat de ſacramēto ordinis. qđ ordinatur ad gubernationem eccleſie. ⁊ ſpiritualem multiplicationē Scđo de matrimonio qđ ordinatur ad multiplicatōnem fideliū naturalē. Scđa ps incipit in. xxvj. diſt. Prima ps adhuc diuidit in duas ptes. In pma determinat de ſacro ordinis. In ſcđa pte de conferētibus hoc ſacrm̄. ⁊ de ſuſcipientib⁹. Scđa ps in. xxv. diſtin. incipit. In prima pte tria facit. Primo enim numeꝝ ſacramentoꝝ ordinū pponit. Scđo officia ⁊ dignitates que ordines ſequuntur ſubdit. Tertio quandam ſalubrem ammonitionē ſubiungit. Prima pars vſq; ibi. Sunt ⁊ alia que. Scđa vſq; ibi. His breuiter tractatis. Tertia vſq; ad finē diſ. In ſpeciali ſnīa mgr̄i ſtat in tribus propoſitionibus quaꝝ prima eſt hec. Septē ſacros ordines xp̄us in ſemetipo exhibuit ⁊ iſtos vniuerſali eccleſie obſeruandos reliquit. Hanc magiſter inſinuās pponit primo ꝙ ſeptē ſunt gradus ſiue ordines eccleſiaſtici. ſ. hoſtiarij lectores. exorciſte. acoliti. ſubdyaconi. dyaconi. ⁊ ſacerdotes. quorū omnia officia xp̄s in ſemetipo oſtendit ⁊ corpi ſuo. ſ. eccleſie hos ordines ſeruandos reliquit. Sunt autē ſeptē ppter ſeptiformē. ſ. gratiam ſpirituſſancti cuius grē qui non ſunt pticipes īdigni ad gradus eccleſiaſticos accedunt. q̄ vō priuſq̄ ad hos ordines accedant hanc gratiā habēt. in ipſa pmotione ampliorē accipiunt. Ex quo patet h⁹ ſacramenti effectus. Hi aūt ordines ppter ſui dignitateꝫ dignos requirunt miniſtros. Ex quo patet ſuſcipiētiū conditio. Poſtea dicit ꝙ hos ordines ꝑcedit clericalis tonſura queſquidē corona regalem dignitatē ſignificat. q: vō in ſummitate capitis nudatio erectionem mentis ad deum per contēplationē deſignat vſus aūt hui⁹ tonſure initiū habuit a nazareis quorum ritus paulus et xp̄iani imitati ſunt Omnes vō in ordinibus conſtituti clerici vocant q: ī ſortem domini ⁊ hereditatē ſunt admiſſi. cleros eñ grece ſors vel hereditas latine dicit. vel q: om̄s diuino ſuitio ſunt mancipati Poſtea de his ordinibus determīat ſingillatim incipiens ab hoſtiarijs qui ſunt primi inter ordinuꝫ gradus đ quibus quattuor determinat Primo figuram quia figurati ſunt in veteri teſtamēto per ianitores qui cuſtodiebant templum ne ingrederet in illud immundus. Secundo nominis rationē ſiue officiuꝫ. dicunt eñ hoſtiarii. q: preſunt hoſtiis templi vt dignos recipiant ⁊ indignos excludant Tertio ordinandi modū q: in eoꝝ ordinatōne dant eis claues ab epo cum determinata forma vboꝝ q̄ epo dicit. ſ. Agite tanq̄ deo rōnē reddituri p reb⁹ q̄ claub⁹ iſtis recōdunt Quarto inſtitutōnē q: chriſtus hoc officiū exercuit. qñ vendentes ⁊ emētes de tēplo eiecit. Uñ et ipſe de ſe dicit. Ego ſum hoſtiū p

qđ hoſtiariū deſignat Poſtea dicit de ſcđo ordine.ſ.
lectoꝝ.De quo ſex determinat. Primo noīs rōnem
quia dicunt̄ a legendo.q̄ etiā ꝓnunciatores vocant̄
q: ꝓcul auditoꝝ aures eoꝝ vox adimplet. Scđo of-
ficium q: ad eos ꝑtinet ꝓphetias ꝛ pſalmos legere
ꝛ eadē populis p̄dicare. Tertio ordinandi modum
in ordinatione librum diuinaꝝ lectionū ab ep̄o acci-
piunt cū determinata forma verboꝝ.ſ.accipe ꝛ eſto
v̄bi dei ꝓlator:habiturus ſi fideliter adimpleueris
partē cū his qui bn̄ v̄bū dei amminiſtrauert Quar
to ꝯditionē.q: q̄ ad hūc ordinē aſſumit̄ debet ſcien-
tia lr̄arū eſſe inſtructus vt diſtincte legat ꝛ ſic poſſit
auditorib⁹ ꝓdeſſe. Quinto inſtitutionē.q: hoc offi-
cium xp̄s adimpleuit qn̄ legit illud eſaie.ſp̄us dn̄i ſu
per me vt hr̄ Lu.vj. Sexto p̄figurationē q: p̄efigu
ratū ꝛ nūciatū eſt hoc officiū in ꝓphis qb⁹ dr̄. Cla-
ma ne ceſſes quaſi tuba exalta vocē tuam. Poſtea d̄
terminat de tertio ordine.ſ. exorciſtaꝝ.de qb⁹ quin
q₃ determiat. Primo noīs rōnē dicunt̄ eñ exorciſte
quaſi adiurātes. Scđo officiū.q: ad eos ꝑtinet per
exorciſmos ſuos demones ab obſeſſis fugare Unde
dn̄t mundi eſſe qui ſpiritibus immūdis imꝑant Ter
tio ordinandi modū q: libꝝ exorciſmoꝝ in ordinatō
ne recipiūt ab ep̄is cū determinata forma verboruꝫ
ſcꝫ.accipite ꝛ habetote ꝑtātem imponendi man⁹ ſu
per energuminos ꝛ cathecuminos. Quarto inſtitu
tionē q: dn̄s hoc officio vſus eſt qn̄ ſaliua oris ſui te
tigit aures ꝛ linguā ſurdi ꝛ muti. ꝛ demoniacos ml̄
tos ſanauit. Quinto figuraꝫ quia a ſalomone videt̄
hic ordo primitus deſcendiſſe qui quendaꝫ modū ex
orcizandi inuenit quo demones adiurati ab obſeſſis
pellebant̄ cordibus vnde ꝛ hoc officio mancipati ex
orciſte apud iudeos vocati ſunt Poſtea determinat
de quarto ordine.ſ.acolitorum de quo quinq₃ deter
minat. Primo nominis rationem.dicūtur enim aco
liti grece ceroferarij latine quia cereos portāt ad ſi-
gnum leticie demonſtrandum ꝛ ad figurandū verū
lumen.ſ.chriſtum. Secundo officium.quia ad eos ꝑ
tinet luminaria portare et preparare ac ſubdyaco-
nis miniſtrare in preparatiōe vrceoli vini ꝛ aque ꝓ
euchariſtia. Tertio ordinādi modū q: candelabruꝫ
cum cereo ꝛ vrceolū in ordinatione accipiūt. Quar
to inſtitutionem quia hoc officio xp̄us vſus fuit cum
dixit. Ego ſum lux mundi. Quinto figuram q: hu
ius figura preceſſit in veteri teſtamento. in his qui
lucernas candelabri continebāt. Poſtea determiat
de quinto ordine.ſ.ſubdyaconoꝝ. de quibus quat
tuor determinat. Primo nominis rationem.dicunt̄
eñ ſudyaconi q: dyaconorum p̄ceptis ſubiacent.hi
figurati ſunt in veteri teſtamēto ꝑ nathinneos de q̄
bus dicit paralip.eſdra ꝙ erant miniſtri leuitaꝝ.vn̄
nathinnei dicuntur quaſi in humilitate domino ſer
uientes quod ſubdiaconis cōuenit qui ſunt miniſtri
leuitarum. Secundo officium.quia calicem et pate
nam portant.propter quod mundiciam habere de
bent vt impleant illud.mundamini q̄ fertis vaſa do
mini ſacerdotibus ꝛ leuitis miniſtrant et ornamen-
torū altaris ſpecialē curā hn̄t. Tertio ordinādi mo-
dū q: patenam ꝛ vacuū calicem accipiunt ꝛ vrceolū
cū aqua ꝛ manutergiū. Quarto inſtitutionem quia
chriſtus hoc officio vſus eſt qn̄ lintheo ſe precinxit ꝛ
mittēs aquam in peluim pedes diſcipuloruꝫ lauit et
lintheo terſit Poſtea determinat de ſexto ordine.ſ.
dyaconorum qui ſexto loco ponitur ad perfectioneꝫ
que in eis eſſe debet. De quibus quinq₃ determinat
Primo nominis rationem.quia de tribu leui nomen
traxerunt.dicunt̄ enim leuite. Unde primo in eis fi-
gurati fuerunt dicunt̄ eñ grece dyaconi et miniſtri.
Scđo officium.quia ipſis ſacerdotibus in ſacramē-
torum diſpenſatione aſſiſtunt ꝛ miniſtrant.noui eñ
teſtamenti predicandi habent officiū. Similiter eñ
leuite qui leuo humero ſtolam portant.qui labores
huius vite in leua portant ſicut in veteri teſtamen-
to. Huic ordini a moyſe ſtatutum fuit que ad taber-
naculum pertinebant portare. Tertio conditionem
inſtitutionis dyaconi. Apoſtoli eñ elegerunt ſeptē
viros plenos ſpirituſſancto. Un̄ ſeptē ſolēt eſſe ī p̄n
cipalibus eccleſijs qui etiā ꝑ ſeptē angelos tuba ca-
nentes in apocalipſi ſignificātur. quales aūt eſſe de
beant apoſtolus ad thimotheū docet.qui autē ꝙ or-
dinent̄ ꝓbari debent.vt ſcꝫ miniſtrent nullū crimen
habentes. Quarto ordinādi modū.quia in ordina-
tione epiſcopus eis manū imponit. Nam ꝛ apoſtoli
dyaconibus quos elegerunt oratōne p̄miſſa manus
impoſuerunt. Ponit etiam ſtolā ſupra leuū humerū
Accipiunt etiam dyaconi textū euangelij in ordina-
tione. Quinto inſtitutionē.quia chriſtus hoc officio
poſt cenam vſus eſt qn̄ ſacramentū ſui corpis ꝛ ſan
guinis diſcipulis diſpenſauit.ꝛ qn̄ apl̄os dormien
tes ad orationem incitauit.nā ad diaconos ꝑtinent
premonere aures ad deuꝫ habere. Poſtea determi
nat de ſeptimo ordine.ſ.preſbiteroꝝ.de quibus ſex
determinat. Primo eñ nominis rationē.dicunt̄ eñ
p̄ſbiteri.i.ſeniores ꝓpter dignitatē ꝛ honorē queꝫ
acceperūt.ꝛ quia morum prudētia ꝛ maturitate cō
uerſationis in populo precellere debent. Dicunt̄ eñ
ſacerdotes.vel q: ſacra dant vel in ſacris ſūt duces
vel quia ſanctificant. Antiſtites vero dicuntur quia
ante alios debent ſtare Secundo officiū q: ad ſacer
dotes pertinet ad ſacramētū corpis ꝛ ſanguinis cō
ficere oratiōes dicere.ꝛ dona dei benedicere. Ter
tio ordinandi modū quia in ordinatōe eis manus in
ungunt̄ patenam cum hoſtijs.calicē cuꝫ vino accipi
unt.et ſtolā que tenet vtrunq₃ latus q: cōtra aduer
ſa ꝛ ꝓſpera armis iuſticie debent eſſe induti ſiue mu
niti. Quarto figurā.q: hic ordo in filijs Aaron fuit
figuratus et.lxxij.diſcipulis quos chriſtus deſigna
uit quorum vices preſbiteri in eccleſia tenent.tamē
inter apoſtolos vnus princeps extitit.ſ. Petrus eu
ius ſucceſſor eſt ſummus pontifex qui etiam dicitur
papa.i.pr̄ patꝝ. Quinto cōditionem. Un̄ apl̄s ad
Thimotheuꝫ oſtendit qualis debeat eligi preſbiter
vbi p̄ſbiteꝝ noīe ep̄i deſignat Sexto officium quia
chriſtus hoc officio vſus eſt in ara crucis qn̄ ſeipſuꝫ
obtulit.ille fuit ſacerdos ꝛ hoſtia qn̄ poſt cenam pa
nem ꝛ vinum in corpus ꝛ ſanguinem ſuum mutauit
Poſtea dicit ꝙ ſolum duo ordines dicūt̄ ſacri.ſ.dia
conatus et preſbiteratus et hos ſolos primitiua ec
cleſia habuit. alios vero proceſſu temporis eccleſia
ſibi conſtituit.ex quo patet ordinum differētia quia
quidam ſūt ſacri quidā nō. Et dicit ꝙ ordo dr̄ quod
dā ſacruꝫ per qđ ſpecialis poteſtas traditur ordina
to.et hi ordines dicuntur ſacramenta quia in eis ſa
cramentum confertur et ſignificatur. ſcilicet gratia
ex quo patet ordinum quedam conuenientia.q: eñ
in omnibus huiuſmodi gradib⁹ traditur aliqua po
teſtas ſpiritualis.ideo nomen ordinis omnibus con
uenit.quia etiam in omnibus confertur ꝛ ſignificat̄
ſacramentum.ideo omnes dicuntur ſacri Poſtea di
cit ꝙ quedam ſunt nomina que non ordinem ſed di-
gnitatem vel officium nominant ſicut epiſcopi pon-
tifices patriarche et archiepiſcopi et metropolitani
Epiſcopus enim aut pontifex eſt. quia habet alijs ī
tendere et principari. quia epiſcopus dicit̄ a ſcopin
grece quod latine intendere dicitur vnde etiam epi-
ſcopi grece dicuntur latine ſpeculatores. Nam ſpe
culator prepoſitus in eccleſia dicitur:in eo ꝙ ſpecu
lari debet mores ꝛ vitam populorum infra ſe poſito
rum. Pontifex eſt princeps ſacerdotum quaſi via ſe
quentium.ipſe eñ ſummus ſacerdos nūcupatur.eo

ꝙ ſacerdotes et leuitas efficit. Deinde dicit ꝙ ordo epiſcoporum quadripartitus eſt. ſcꝫ in patriarchis archiepiſcopis. metropolitanis ⁊ epis. Patriarcha grece ſummus patrum interpretatur. qꝛ primuꝫ. id eſt apoſtolicum tenet locum ſicut Romanus Anthiocenus Alexandrinus. et ſic de alijs. Archiepiſcopus vo ſummus eſt epiſcoporum Et dicit̃ ab archos qḋ eſt princeps. Metropolitanus dicit̃ a menſura ciuitatū q̈bus p̄eminet. Ibi nota ꝙ archiepoꝝ noīe primates ſuꝑius ſignificaſſe videt̃ ⁊ metropolitanoꝝ noīe quos nūc archiepos dicim᷒. Scd̄a ꝓpoſitō eſt hec Que ſunt iſtoꝝ ordinū officia clare patet ex iam p̄dictoꝝ ſentētia. Hec patet ex p̄miſſis vt ipamet exprimit ꝓpoſitio. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Miniſtri xp̄i maiores quiꝑ precellunt ordinis dignitate etiam precellere debēt vite ſanctitate. Cuius rationem aſſerit vt plebs eis commiſſa eoꝝ imitatiōe ſemper ꝓficiat. Addit etiam hinc vnde dicitur miſſa. quia in ea mittitur hoſtia cuius commemoratio fit in ſacrificio. quia miſſus celeſtis venit ad conſecrandum eā Et tm̄ in ſpeciali.

De ordinatis ab hereticis. a

DI. XXV s **Olet etiā queri** ſi heretici ab eccleſia p̄ciſi ⁊ dānati poſſint tradere ſacros ordines. ⁊ ſi ab eis ordinati redeuntes ad eccleſie vnitatem debeant reordinari: Hanc queſtionē ꝑplexā ac pene inſolubilē faciunt doctoꝝ verba q̄ plurimuꝫ diſſentire vident̃. Vident̃ eīn q̄daꝫ tradere hereticos ſacros ordines dare nō poſſe nec illos qui ab eis ordinati videntur gratiam recipe. Dicit eīn innocen. arrianoꝝ clericos nō videri ſuſcipiendos cum ſacerdotij vel miniſterij alicuius dignitate. quibus ſolum baptiſma ratuꝫ eſſe p̄mittit. qḋ in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti percipit̃. Dicit etiam eos nō poſſe dare ſpiritumſanctum quem amiſerūt. ⁊ ordinatos ab hereticis caput habere vulneratum. et eum qui honorem amiſit honoreꝫ dare nō poſſe. nec illum aliquid accepiſſe. quoniaꝫ in dante nihil erat quod ille poſſet accipe. Tradit etiā venientibus ab hereticis per manus impoſitionem laicam tm̄ tribuendam communionē nec ex his aliquē in clericatus honorem vel exiguum ſurrogare. Greg. etiam dicit ſacrilegam eſſe arrianorum conſecrationem cum ex eorum manu communio percipitur. Ciprianus etiā dicit. Omnia quecunq̄ faciunt heretici carnalia ⁊ inania ⁊ ſacrilega eſſe. et eoꝝ altaria falſa. ⁊ illicita ſacerdotia et ſacrificia ſacrilega. qui more ſimiarum que cum homines non ſint formam imitant̃ humanam. vultum eccleſie catholice et autoritatem ſibi vendicant. cum ipſi in eccleſia non ſint et cum ſint ſacrilegi ſacerdotium amminiſtrant ⁊ altare ponunt. Cum nec ſacrificari oblatio illic poſſit. vbi ſpiritusſanct᷒ nō ſit. nec cuiq̄ dominus per eius preces et oratiōes proſit. qui dominū ipm̄ violauit

Grego. in lib. iiij. dialogo.

Ciprian᷒ martyr in ep̄la cōtra hereti.

Hieronym᷒ quoq̄ aſſerit omnia que offeruntur ab hereticis cōtaminata eſſe in cōſpectu domini. quia licet ſancta videantur ſpecie ſui. tamen quia contacta ſunt ab illo qui pollutus eſt. polluūtur omnia. Idem Odit deus ſacrificia hereticoꝝ ⁊ a ſe ꝓijcit. et quotiens in nomine eius congregati fuerint. deteſtat̃ fetorem eorum et claudit nares ſuas. Idem Illi offerunt panē ſacrilegum ⁊c̃. Leo etiam teſtatur extra eccleſiam nec rata eſſe ſacerdotia nec vera eē ſacrificia. Idem etiam dicit. Per crudeliſſimam veſaniam in alexandrina ſede omniū ſacramentorum lumen extinctū. Intercepta eſt ſacrificij oblatio. defecit chriſmatis ſanctificatio. ⁊ patricidalibus manib᷒ impioꝝ omnia ſe ſubtraxere miſteria. His alijſq̄ teſtimonijs aſtrui videntur ſacramēta eccleſiaſtica precipue corporis ⁊ ſanguinis. ordinationis ⁊ confirmationis per hereticos non poſſe miniſtrari.

Hieronymus ſuꝑ aggeum.

Idem ſuper amos.

Is ſuꝑ oſee.

Leo ad anatholiū cōſtantinopolitanū ep̄m.

Autoritates ponit que videntur premiſſis obuiare. b

Econtra auteꝫ alij ſentire videntur ꝙ ab hereticis etiam preciſis. ſacri ordines ſicut et baptiſmus tradi valeant. nec ab hereticis redeūtes: qui illic ordinati ſunt ⁊ baptizati. iterum ordinandi ſunt. ſicut nec baptizandi. Vn̄ Auguſti. De hereticis etiam damnatis quod quidā dicunt baptiſma quod accepit non amittit q̄ recedit ab eccleſia. ius dandi qḋ accepit amittit. multis modis apparet inaniter dici. Primo quia nulla oſtendit̃ cauſa cur ille qui illud baptiſma amittere non poteſt: ius dandi poſſit amittere. Vtrumq̄ enim ſacramentum eſt. et quadam conſecratione vtrūq̄ homini datur. illud cum baptizatur. et illud cum ordinatur. Ideo nō licet in catholica eccleſia vtrunq̄ iterari. Nam ſi qn̄ ex ipſa parte venientes etiaꝫ p̄poſiti pro bono pacis correpto ſciſmatis errore ſuſcepti ſunt. et ſi viſum eſt opus eſſe vt eadem officia gererent que agebant. non ſunt rurſus ordinādi. Sed ſicut bap

Augu. in lib. contra ep̄lam ad parmenianum.

tiſmus in eis. ita in eis manſit ordinatō in/
tegra. q: in ꝑciſione fuerat vicium quod in
vnitate pacis eſt correctum. non in ſacra=
mentis: que vbicūq͡ʒ ſunt: ipſa ſunt. Et cū
ipſi expedire videtur eccleſie vt prepoſiti
eorum venientes ad catholicam ſocietatē
honores ſuos ibi nō amminiſtrent. nō eis
tamen ipſa ordinationis ſacramenta detra=
hunt. ſed ſup eos manēt. Ideoq͡ʒ non eis
manus imponitur: ne non homini: ſed ipſi
ſacramento fiat iniuria. Sicut autē in ba
ptiſmo eſt ius quod per eos dari poſſit. ſic
in ordinatione ius dandi eſt. vtrunq͡ʒ q̄dē
ad ꝑniciē ſuā. Sʒ aliud ē nō hr̄e aliud ꝑni
cioſe hr̄e. aliud ſalubrit̄ hr̄e. Idē. De his
q̄ ab eccleſie vnitate ſepati ſunt nulla iaʒ q̄/
ſtio eſt. q̄n habeāt et dare poſſint. ſ; ꝑnitio
ſe habent ꝑnicioſeq͡ʒ dant. q: extra vincu/
lum pacis ſunt. neutri ſacramento facien/
da eſt iniuria. Sicut non recte habet qui
ab vnitate recedit. ſed tamen habet. ⁊ ideo
redeunti non redditur. Sic etiam non re=
cte dat qui ab vnitate recedit. et tamen dat
et ideo qui ab eo accipit. venīēti ad vnita=
tem nō iteratur. Idem. Aliud eſt nō habe
re aliquid. aliud eſt nō iure habere vel illi/
cite vſurpare. Non ergo ideo non ſunt ſa=
cramenta chriſti ⁊ eccleſie quia eis illicite
vtantur. non modo heretici ſed etiam om=
nes impij. ſed illi corrigendi ſunt ⁊ punien
di. illa aūt ſunt agnoſcenda et veneranda.
Item. Greg. Qđ dicitis vt qui ordinatus — Grego. Johi rauenſi epo
eſt iterum ordinet̄ valde ridiculoſum eſt.
Ut enim baptizatus ſemel iterum baptiza
ri non debet. ita qui conſecratus eſt ſemel
in eodem ordine non valet iterum cōſecra
ri. His alijſq͡ʒ autoritatibus videt̄ aſſeri in
omnibus impijs. etiam in hereticis ꝑciſis
⁊ damnatis. chriſti ſacramenta permane=
re cū iure dandi. poſſunt eñ dare. ſed per/
nitioſe. ⁊ quibus dederint. nō ſunt iterum
ordinandi. Que premiſſis ex oppoſito ob/
uiare videntur.

**Determinatio premiſſe contra=
dictionis autoritatum. c**

Hec autem quidā
ita determinant. Dicunt enim hereticos
accepta ſacerdotali vel epiſcopali vnctio/
ne ab eccleſia recedētes: baptiſmi quidem
dandi ius retinere. ſed non habere faculta
tē tribuendi ſacros ordines vel cōſecrandi
dominicū corpus. poſtq͡ʒ ꝑciſi ⁊ damnati
ſunt ab eccleſia. Sicut degradatus epiſco
pus nō habet poteſtatē largiēdi ſacros or
dines. facultateʒ tñ baptizandi non amiſit
Qđ vo Aug. ait. intelligūt dictū de here=
ticis qui nō ſententia eccleſie ſed prauitate
ſenſus ſui a fidei veritate ac doctrine vni/
tate diuiſi ſunt. Qui licet tales ſint: ius ta/
men ordinandi et conſecrandi habent. ⁊ q̄
ab eis ordinantur ante manifeſtam preci/
ſionem: etiam ſi cuʒ eis apte exierint. ⁊ ſen/
tentia eccleſie damnati fuerint. tamen ſi re
dierint iterum ordinādi non ſunt. Et vbi/
cūq͡ʒ legit̄ de ordinatis ab hereticis ꝙ ſer/
uatis eis ordinibus miniſtrare valeāt: vel
iterum ordinādi nō ſint. de huiuſmodi ac/
cipiendū dicunt. Nam poſtq͡ʒ preciſi fue=
rint ⁊ damnati iudicio ecleſie. ius ordinā/
di ⁊ conſecrandi eis detractuʒ aſſerunt. vt
degradatis vel excommunicatis. Alij — Alioꝝ ſnīa.
vo dicunt ſacramēta ab hereticis etiā pre=
ciſis ſm formā eccleſie celebrata. vera eſſe
⁊ rata. quia recedentes ab eccleſia ius dā/
di et conſecrandi non perdiderunt. et qui
ſic ab hereticis ordinant̄. cum redeunt ite=
rum ordinandi non ſunt. Que vero ab he
reticis aliterq͡ʒ in eccleſia fiunt. falſa ſunt et
inania. et qui a talibus ordinari videntur
non munus ſed vulnus accipiunt. Et ſm
han differentiam varie de his loquuntur
doctores. Quidā vo dicunt eadem ſacra=
menta ab hereticis preciſis poſſe celebrari
que a catholicis. ſi ab illis forma ecclie ſer
uetur. et ab eis celebrata vera eſſe et rata:
q̄tum ad ſe. quantum vero ad effectū. fal=
ſa eſſe ⁊ inania. Et in his qui male tractāt:
et in his qui male ſuſcipiunt. ideo irrita et
falſa. q: quod promittunt ⁊ ꝯferre credūt
non tribuunt Damnanda etiam dicuntur
quia illicite dātibus vel accipientibꝰ ſunt
in iudicium. Polluta etiam dicuntur non
q̄tum ad ſe. ſed propter indignam hereti=
corum tractationem. Ideo. Grego. cōmu
nionem arrij vocat execrationem. et inno/
centius bonoſij ordinationem. damnatio=
nem. non ꝙ ita in ſe ſint. ſed quia male dā=
tes vel accipientes tales facit. Sicut etiaʒ
Hiero. Sacrificia eorum paneʒ luctus vo — Hierony. ſu per Oſee.
cat. nō q̄tum ad ſe. ſed q̄tum ad effectum
Nonnulli vero tradunt illos hereticos
qui in eccleſia ordinati ſunt. ius ordinandi
et conſecrandi etiam cum ſeparati fuerint
habere. Qui vero in ſciſmate vl̄ hereſi po
ſiti ab eis ordinati et inuncti fuerint: illo
iure carent. Ideoq͡ʒ cum ordinare volunt
vulnus potius infligunt q̄ gratiam confe=
runt.

De ſymonia vnde dicit. ꝛ quid ſit. d

De ſymoniacis vonon eſt ambigendū quin ſint heretici. q̄ tñ ante ſniam degradationis ꝛ ordināt ꝛ conſecrant. Et licet ſimoniaci ꝓprie dicantur qui inſtar ſimonis magi impciabilem gratiam precio conducere volunt. ꝛ qui ꝓ miniſterio ſacro precium recipiunt in moduȝ giezi Giezite vocandi ſunt. omnes tamen et dantes ꝛ accipientes ſimoniaci dicūtur ꝛ vtriqȝ eadem ſententia ꝓcelluntur.

De his qui ſcienter a ſymoniacis ordinantur. e

Differt tamē inter eos q̄ ordinant̄ a ſimoniacis ſciēter. ꝛ eos qui ignoranter. Qui em̄ ſcienter a ſimoniacis ſe permiſerint conſecrari. imo execrari. eoꝝ conſecratio omnino irrita eſt Qui vero ordinant̄ a ſimoniacis quos cū ordināntur neſciūt eſſe ſimoniacos. qui ꝛ tunc pro catholicis habent̄. eorum ordinatio miſericorditer ſuſtinetur.

De his qui dicunt ſe emere corporalia non ſpiritualia. f

Si vo aliqui obiecerint ſe non conſecrationes emere. ſed res ipſas que ex conſecratione ꝓueniunt. penitus deſipere probantur. Nam quiſqȝ hoꝝ alteꝝ vendit ſine quo alterū non habetur: neutrum vendere derelinquit.

Diſtinctio ſymoniacorum. g

Simoniace aūt hereſis tripartita eſt diſtinctio. Alij em̄ ſimoniace a ſimoniacis ordinant̄. Alij ſimonice a non ſimoniacis. Alij non ſimoniace a ſimoniacis. Unde Nicolaus papa. Statuimus decretum de ſimoniaca tripartita hereſi. i. de ſimoniacis ſimoniace ordinantibus vel ordinatis. ꝛ de ſimoniacis ſimoniace a non ſimoniacis. et de ſimoniacis non ſimoniace a ſimoniacis. Simoniaci ſimoniace ordinati vel ordinatores ſ͂m canones a proprio gradu decidāt. Simoniaci etiam ſimoniace a non ſimoniacis ordinati ſimiliter ab officio remoueantur. Simoniacos vero non ſimoniace a ſimoniacis ordinatos. miſericorditer per manus īpoſitionem pro temporis neceſſitate in officio permittimus permanere Quod intelligendum eſt de his qui ordināntur a ſimoniacis ignorātes eos eſſe ſimoniacos. hos facit ſimoniacos non reatus criminis. ſed ordinatio ſimoniaci.

Nicola⁹ papa

Alexander papa de his qui violenter a ſymoniacis vel ab hereticis ordinantur. h

Similiter cū decernit alexander papa ſimoniacos oīno damnandos ac deponendos. ſubintelligenduȝ eſt niſi violenter quis attractus fuerit De his enim ꝛ a quibuſlibet hereticis violenter ordinatis dicit Innocē. ꝙ poſſunt habere aliquē colorē excuſatiōis ſi ſtatum diſcedunt ab eis. et peſſimo eorum conciliabulo renunciant.

De etate ordinandorum ita decreuit Nicolaus papa. i

Sacri inquit canones ſanxerunt vt ſubdiacon⁹ nō ordinetur aā. xiiij. annos. nec diacon⁹ aā. xxv. nec pſbiter aā. xxx. Deinde ſi dignus fuerit ad epātū eligi pōt qd̄ nos etiā pari mō ꝓuare iubem⁹. Itē Fabian⁹. Si q̄s. xxx. etatis ñ impleuerit annos. nullo mō pſ biter ordinetur ꝛ ſi valde ſit dign⁹. qꝛ et ipſe dñs. xxx. annorū baptizatus eſt. ꝛ ſic cepit docere.

Fabianus

Iſta eſt diſtinctio. xxv. hui⁹ quarti libri. In qua magiſter poſtq̄ ſuperius determinauit de ſacro ordinis. Nūc ꝓūr de hoc ſacr̄m conferētibus et ſuſcipientib⁹ determinat. Et tria facit. Primo em̄ inquirit an heretici ſacr̄m ordinis pn̄t cōferre ſeu dare. Scd̄o oñdit ſymoniacos foꝛe q̄ dant pecuniam ꝓ ordinibus et etiam qui aliquid ꝓ ordinibus preſumunt accipe. Tertio quomodo ignorāter ordinatū a ſymoniaco debeamus miſericorditer tolerare. Primū facit vſqȝ ibi. de ſymoniacis vo. Secundū vſqȝ ibi. Differt tñ int̄ eos Tertiū vſqȝ ad finē diſ. In ſpeciali ſentētia magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionibus quarū prima eſt hec Aliq̄ dicunt ꝙ ſacr̄a ab hereticis ſ͂m formā eccl̄ie celebrata ſint vera ꝛ rata. Alij aūt ꝙ ſint falſa ꝛ reprobata. Hanc mgr inſinuans querit an heretici ab eccleſia p̄ciſi pn̄t ſacros ordines conferre. Et vtrū ordinati ab eis dn̄t reordinari. Et dicit hanc queſtionē eſſe difficilē ꝛ ꝑplexam ꝓpter diuerſitatē doctoꝝ opinantiū circa eam Quidā em̄ dicūt hereticos nō poſſe ordinare ꝛ ordinatos ab eis nō eſſe in ſuis ordinibus ſuſcipiendos ſed tm̄ ad laicā communionem. Greg. dicit arrianorum conſecrationem ſacrilegam eſſe. Ciprianus dic̄ ſacr̄a hereticoꝝ inania ꝛ ſacrilega eſſe. Hiero. dicit que offeruntur ab hereticis contaminata eſſe et deo odibilia. Leo papa dicit non eſſe rata ſacrificia ex-

tra eccleſiā nec vera. Poſtea ponit ꝯtrariā opinionē dicētiū ab hereticis ordines tradi poſſe ⁊ ordiatos ab eis nō eſſe iterū ordinādos. q: maxime Augu. diſcere videt̄ ſicut ius habet baptizandi ita etiā ⁊ ordinandi. ſed heretici tale ius habent ad ſui ꝑniciē. catholici vero ad ſalutē. Greg. dicit ordinatū ſemel nunꝙ̄ deberi reordinari. Poſtea circa hāc dubitationez tangit diuerſam opinionē. Quidam enī dicunt hereticos ab eccl'ia p̄ciſos baptizandi ius habere nō aūt ordinandi ⁊ autoritates q̄ in ꝯtrariū ſunt debēt intelligi de hereticis q̄ ſm ſnīam eccl'ie ſunt ab eccl'ia p̄ciſi. tales enī ius habēt baptizandi. Alij vero dicūt ꝙ ſacra ab hereticis ⁊ p̄ciſis collata ſi ſm formā eccleſie ꝯferant̄ vera eſſe ⁊ rata. Alij vero nequaꝙ̄. ⁊ ſm hanc diſtām varie de his doctores loquūtur. Alij āt dicunt ſacra ab his collata vera eſſe in ſe ſi forma eccleſie ſeruetur. falſa eſſe ⁊ inania quo ad ſalutis effectum. damnanda eſſe dicūtur hereticorum ſacramēta. q: p̄ſtantibus ⁊ accipientibus ſunt in iudicium ⁊ ſm hoc p̄nt intelligi vt dicūt autoritates ſupradicte. Alij vero dicunt hereticos in eccl'ia ordinatos ius ordinādi habere. eos vero q̄ in hereſi nequaꝙ̄. Poſtea dicit ſimoniacos eſſe hereticos et aū degradationē ordines ꝯferre poſſe. Scḋa ꝓpoſitio ē hec. Pro collatione ſacroꝝ ordinū dantes ⁊ accipientes pecuniam ſimoniaci dicunt̄. ⁊ pro tali delicto ambo eadem pena puniuntur. Hāc magiſter inſinuans dicit ꝙ ſymoniaci ꝓprie dicunt̄ emptores a ſymone mago denominati. vēdētes. gyeſite ſic dicti a ſeruo elizei. tn̄ largo noīe vtriqꝫ dicunt̄ ſimoniaci. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Qui ignoranter a ſimoniacis ordinant̄ ipſorum ſeruitiū miſericorditer tolerat̄. Hanc mgr̄ ponens dicit ꝙ ordinati a ſimoniacis ſciēter ꝯſecrationem irritā hn̄t. Qui vero ſunt ordinati ignorāter poſſunt miſericorditer in ordine ſuſtineri. Et q: poſſet aliquis dicere ꝙ nō emit ſpirituale vt ꝯſecrationem ſed tꝑale emit ſpirituali annexū vt res ip̄as q̄ ex ꝯſecratione prouenīūt. ⁊ ſic nō eſt ſymoniacus. Ideo hoc remouet hic dicens ꝙ qn̄ aliqua duo ſunt ꝯiuncta nō vnū ſine alio p̄ōt emi vel vendi. Poſtea ponit triplicem diſtin. ſimoniace hereſis dicens. ꝙ quidā ſimoniaci ſimoniace a ſimoniacis ordinant̄. Quidā enī ſimoniaci ſimoniace a nō ſimoniacis ordinantur ⁊ vterqꝫ iſtoꝝ ſic ordinatoꝝ ꝓpriū gradū ꝑdit. Tertij vero q̄ nō ſimoniace a ſimoniacis ordinant̄ p̄nt miſericorditer tolerari dūmō ignorant eos q̄ ordināt ſimoniacos eſſe. Addit etiā ꝙ cū dr̄ ordinatos ab hereticis vel ſimoniacis eſſe damnandos eſt intelligendum niſi aliquis violenter ab eis ordinaret̄. Ultimo determinat de ſuſcipientibus ordines q̄tū ad etatē dicens. ꝙ ſubdiaconus ante decimumquartum annum. dyaconus ante. xxv. annum. preſbiter an̄. xxx annum ordinari non debent. Et tn̄ in ſpeciali.

De ſacramento coniugij cuius inſtitutio ⁊ cauſa oſtenditur. a

DI. XXVI

c Um alia ſacramenta poſt peccatum et propter pctm̄ exordium ſumpſerint. matrimonij ſacramētū etiā an̄ pctm̄ legit̄ inſtitutū a dn̄o nō tn̄ ad remedium ſed ad officium. Refert eniz ſcriptura Gen̄. in adam miſſo ſopore. atqꝫ vna de coſtis eius ſumpta. ⁊ ex inde mulie re formata. virū in ſpū intelligentē ad quē vſuz mulier facta eſſet. poſt extaſim ꝓphetice dixiſſe. Hoc nūc os ex oſſibus meis et caro d̄ carne mea. ꝓpter hoc relinquet hō patrem ⁊ matrem et adherebit vxori ſue: ⁊ erunt duo in carne vna.

De duplici inſtitutiōe coniugij. b

Coniugij aūt inſtitutio duplex eſt. vna an̄ pctm̄ ad officiū facta eſt in paradiſo vbi eſſet thorus imaculatus ⁊ nuptie honorabiles. ex q̄b⁹ ſine ardore ꝯcipent. ſine dolore perent. altera p⁹ pctm̄ ad remediū facta extra ꝑadiſuz ꝓpt̄ illicitū motū deuitādum. Prima vt natura multiplicaret̄. Scḋa vt natura exciperet̄ ⁊ viciū cohiberet̄. Nā ⁊ an̄ pctm̄ dixit dn̄s Creſcite ⁊ multiplicamini. ⁊ p⁹ pctm̄ oib⁹ pene hoibus ꝑ diluuiū cōſumptis. Cū vero an̄ pctm̄ iſtitutū fuerit ꝯiugiū ad officium poſt pctm̄ vero ad remediū ꝯceſſuz Aug. teſtat̄ dicēs. Qḋ ſanis eſt ad officiū egrotis eſt ad remediū. Infirmitas enī incōtinētie q̄ eſt in carne ꝑ pctm̄ mortua. ne cadat i ruinā flagitioꝝ. excipit̄ honeſtate nuptiarū. Si vero n̄ peccaſſent p̄mi hoies. ſine carnis incentiuo ac feruore libidinis ip̄i ac ſucceſſores eoꝝ ꝯuenirēt. Et ſic remunerabile ē aliqḋ bonū op⁹. ſic coit⁹ eoꝝ bonus eſſet ⁊ remunerabil'. Quia vero ꝓpt̄ pctm̄ letal' cōcupiſcentie. lex membris nr̄is inheſit ſine q̄ carnalis nō fit cōmixtio. rep̄henſibilis ē ⁊ mal⁹ coit⁹. niſi excuſet̄ ꝑ bona ꝯiugij. — *Augu. ſuper Gen̄. in li. de nuptijs ⁊ concupiſcentia.*

Quando ſm preceptum quando ſm indulgentiam contractum ſit coniugium. c

Prima iſtitutō habuit p̄ceptū. ſcḋa idulgētiā. didicim⁹ eī ab apl'o hūano generi ꝓpt̄ vitādā fornicatōz indultū eſſe ꝯiugiū. Indulgētia vero q: meliora n̄ eligit remediū hꝫ nō p̄miū. a q̄ ſi q̄s declinauerit. meret̄ exitiale iudicium. Qḋ ſm indulgētiā ꝯcedit: voluntariū eſt nō neceſſariū. alioq̄n trāſgreſſor eſſet q̄ illud nō faceret. Et p̄t ſane intelligi illḋ ſub p̄cepto dictū hoib⁹ p̄mis an̄ pctm̄. creſcite ⁊ multiplicamini. Quo etiā p⁹ pctm̄ tenebāt̄ vſqꝫ quo eſt facta multiplicatō. poſtq̄ꝫ ſm indulgentiā mr̄imonij ꝯctus fuit. Ita etiam p⁹ diluuiū q̄ vniuerſuz pene humanū gen⁹ deletū eſt. ſm p̄ceptū dictū ē filijs noe. creſcite ⁊ multipli. Multiplicato vero homie ſm indulgentiā ꝯctū ē. nō ſm imperiū.

Quibus modis accipiatur indul=
gentia. d

Indulgentia autē
diuerſis modis accipit̄.ſ. pro ꝯceſſione ꝓ
remiſſione. ꝓ ꝑmiſſione. Et eſt ꝑmiſſio in
nouo teſtamēto de minoribus bonis et de
minoribus malis. De minoribus bonis ē
ꝯiugium quod non meretur palmam. ſed
eſt in remediuꝫ De minoribus malis.i. de
venialibus eſt coitus qui fit cauſa inconti
nentie. Illud.ſ. coniugium indulget̄.i. cō/
cedit̄. Illud vero.i. coitus talis ꝑmittit̄.
id eſt tolerat̄ ita ꝙ nō ꝓhibetur.

Qđ nuptie ſint bone. e

Fuerūt auteꝫ non
nulli heretici nuptias deteſtātes qui tacia
ni appellati ſunt. hi nuptias omnino dam=
nant. ac pares fornicationibus aliiſqꝫ cor=
ruptionibus faciunt. nec recipiunt in ſuo=
rum numero: cōiugio vtentem marem vel
feminā. Q᷒ aūt res bona ſit coniugium nō
modo ex eo ꝓbatur ꝙ dominus legitur cō
iugium inſtituiſſe inter primos parentes.
ſed etiam ꝙ in cana galilee nuptiis interfu
it xp̄s. eaſqꝫ miraculo commēdauit. aqua
in vinum conuerſa. Qui etiam poſtea vi=
rum dimittere vxorem ꝓhibuit. niſi cauſa
fornicationis. Apoſtolus etiam ait. Vir=
go non peccat ſi nubat. Conſtat ergo rē bo
nam eſſe matrimonium. alioquin non eſſet
ſacr̄m. Sacr̄m eṁ ſacrum ſignum eſt.

Cuius rei ſacramentum ſit con=
iugium. f

Cuꝫ ergo coniugi=
um ſacramentum ſit. et ſacrū ſignum eſt. et
ſacre rei.ſ. coniunctionis chriſti ⁊ eccleſie.
ſicut ait apoſtolus. Scriptum eſt inquit.
Relinquet homo patrem et matrem et ad
herebit vxori ſue. ⁊ erūt duo in carne vna
Sacramentum hoc magnum eſt. Ego au=
tem dico. in chriſto ⁊ in eccleſia. Vt eṁ in=
ter coniuges coniunctio eſt ſ̄m conſenſum
animorum ⁊ ſ̄m permixtionem corporum
ſic eccleſia chriſto copulat̄ voluntate ⁊ na
tura: qua idem vult cum eo. et ipſe formaꝫ
ſumpſit de natura hominis. Copulata eſt
ergo ſponſa ſponſo ſpiritualiter et corpo=
raliter.i. caritate ac conformitate nature.
Huius vtriuſqꝫ copule. figura eſt in cōiu=
gio. Conſenſus enim coniugum copulam
ſpiritualem chriſti ⁊ eccleſie que fit ꝑ cha/
ritatem ſignificat. Commixtio vero ſexu=
um. illam ſignificat que fit per nature con/
formitatem.

Qualiter intelligendum ſit illud
mulier illa non pertinet ad matri=
monium cum qua non eſt conmix
tio ſexuum. g

Inde eſt qđ quidā
doctorum dixerunt. illam mulierem nō ꝑ=
tinere ad matrimonium. que non experit̄
carnalem copulam. Ait eṁ Aug. Nō du= Auguſti.
bium eſt illam mulierem nō ꝑtinere ad ma
trimonium. cū qua docetur nō fuiſſe com/
mixtio ſexus. Item leo papa. Cum ſocie= Leo papa.
tas nuptiarum ita a principio ſit inſtituta
vt preter cōmixtionem ſexuum non habe/
at in ſe chriſti ⁊ eccleſie ſacramentum. non
dubium eſt illam mulierem non pertinere
ad matrimonium. in qua docetur non fuiſ
ſe nuptiale myſterium. Item Auguſt. Nō Aug. in li. de ſoliloquiis.
eſt perfectum coniugium ſine commixtio=
ne ſexuum. Hoc ſi ſ̄m ſuperficiem verboruꝫ
quis acceperit. inducitur in erroreꝫ tantū
vt dicat ſine carnali copula non poſſe con=
trahi matrimoniū. ſic et inter mariam et io
ſeph non fuiſſe cōiugium vel nō fuiſſe ꝑfe=
ctum. quod nephas eſt ſentire. Tanto eṁ
ſanctius fuit atqꝫ perfectius. q̄to a carna/
li opere immunius. Sꝫ ſuperius poſita ea
ratione dicta intelligendum eſt. non quin
ꝑtineat mulier illa ad matrimonium cum
qua nō eſt permixtio ſexuum. ſed non per/
tinet ad matrimonium qđ expreſſam ⁊ ple
nam tenet figuram coniunctionis chriſti ⁊
eccleſie. Signat enim illam vnionem chri
ſti ⁊ eccleſie que eſt in charitate. Sed non
illam que eſt in nature conformitate. Eſt
ergo ⁊ in illo matrimonio typus coniun=
ctionis chriſti ⁊ eccleſie. ſed illius tm̄ qua
eccleſia chriſto charitate vnitur. non illi᷒
qua per ſuſceptionem carnis capiti mem=
bra vniuntur. Nec ideo tamen minus ſan=
ctum eſt coniugium. quia vt ait Auguſti. Augu. in lib. de bono cōiu= gali.
In nuptiis plus valet ſanctitas ſacramen
ti. q̄ fecunditas ventris. Eſt etiam coniu=
gium ſignum ſpiritualis coniunctionis et
dilectionis animorum quo inter ſe coniu/
ges vniri debent. Unde apoſtolus ait Vi
ri diligite vxores vr̄as vt corpora veſtra.

Iſta ē diſtinctio.xxvj. hui⁹ quar
ti libri. In qua mgr̄ poſtq̃ ſupius determinauit de
ſacro ordinis qđ ptinet ad ſpūalē eccl'ie multiplica-
tionem. Hic determinat de matrimonio quod perti-
net ad eius multiplicationem naturalez. Et diuidit
hic tractat⁹ in q̇nq; ptes. In pma determinat de ma
trimonio in ſe. In ſcđa de eius cā efficiente. In ter-
tia de ei⁹ fine. In quarta de eius bonis. In quinta
de eius cauſis materialibus.ſ. pſonis ↄtrahētibus
Prima ps durat a pncipio diſtin. iſti⁹ vſq; ad.xxvij
diſ. que incipit. Poſt hec aduertēdū. Scđa vſq; ad
finem.xxx.diſ. quaſi vbi dicit. Expoſito que ſit effi-
ciēs. Tertia vſq; ad.xxxj.diſ. que incipit. Poſt hec
de bonis coniugij. Quarta ab inde vſq; ad.xxxiiij.
diſtin. que incipit. Nunc ſupeſt attendere. Quinta
vſq; ad.xliij.diſtin. que incipit. Poſtremo de cōdi-
tione reſurrectionis. In pſenti diſtinctione tria fac.
Primo tempus ⁊ locum inſtitutiōis huius ſacramē
ti demōſtrat. Scđo mr̄imonium cōdemnātes repro
bat. Tertio eius myſticā ſignificationē recitat. Pri-
muz vſq; ibi. Fuerūt nōnulli heretici. Scđm vſq; ibi
Cū ergo ↄiugiū. Tertiū vſq; ad finē diſtin. In ſpāli
ſententia magiſtri ſtat in trib⁹ ꝓpoſitionib⁹: quarū
pma eſt hec. Coniugij ſacr̄m fuit in padiſo añ pecca-
tum ſolū ad officiū pmo inſtitutū nūc ſecūdario in re
mediū. Hanc mgr̄ inſinuās ꝓponit pmo hoc ſacra-
mentum añ peccatū inſtitutū fuiſſe qñ Adam dixit.
Hoc nūc os ex oſſib⁹ meis: ⁊ nihilomin⁹ poſt pctm̄ i
ſtitutū: ⁊ ſic duplex eſt ei⁹ iſtitutio. Differt aūt pma a
ſcđa.q: pma facta eſt in padiſo.ſcđa extra padiſum
Itē pma facta eſt ad officiū nature multiplicāde: ſe-
cūda ad remediū ↄcupie. Item pma fuit in pceptuz
neceſſitatis Secunda fuit voluntaria a tpe multipli
cati generis humani: ⁊ eſt accipienda ſm indulgen
tiam: qñq; ꝓ remiſſione: qñq; ꝓ cōceſſione: qñq; ꝓ
pmiſſione. Hic aūt ꝓ pmiſſione accipit: permittit au
tem cōiugiū non quaſi malū: ſed quaſi min⁹ bonum.
Secūda ꝓpoſitio eſt hec. Heretici dicti Taciani in
hoc pniciose errant q̄ nuptias condemnāt. Hāc ma
giſter ponens condemnat errorem damnantiū ⁊ de
teſtantiū nuptias: oſtendens q̄ bona res ſit mr̄imo-
nium p hoc q̄ xp̄s interfuit nuptijs: ⁊ pcepit vxorē
a viro non dimitti. Unde apl's ad Eph. ait. Uiri di-
ligite vxores vr̄as ſicut ꝓpria corpora vr̄a. Tertia
ꝓpoſitio eſt hec. Electorū eccleſia non ſolū iūgitur
xp̄o ſpūaliter: ſed etiam vere ⁊ corpaliter. Hanc ma
giſter inſinuans dicit q̄ matrimoniū eſt ſignum con-
iunctionis xp̄i ⁊ eccleſie in conformitate nature et ſi
gnum vnionis in charitate. Que duo mr̄imonium
carnali copula ↄſummatū pfecte ſignificant. Eſt tñ
pfectum matrimoniū in quo eſt conſenſus animorū
ſine carnali copula. Deficit tñ ab hac pfecta ſignifi-
catione: licet q̇daz autoritates vident dicere tale nō
fore verum ⁊ pfectum matrimoniū. Matrimonium
eñ tale.ſ. vbi eſt tm̄ ↄſenſus aiorū eſt ſignū dilectio-
nis: qua coniuges inter ſe vniri debent. Aug. enim
dicit. Plus valet ſanctitas ſacramenti q̄ fecunditas
ventris. Et tm̄ in ſpeciali.

Que ſunt conſideranda in con-iugio. a

DI.XX VII. p

Poſt hec aduer

tendū eſt quid ſit ↄiugiū: ⁊ q̄ ſit
efficiens cauſa coniugij: ⁊ cauſa
ꝓpter quam cōtrahi debeat: ⁊ que ſint bo
na coniugij: ⁊ quō p ea excuſet coitus car
nalis: q̄ ſint legitime pſone ad mr̄imoniū.
Sūt ⁊ alia plura in mr̄imonio cōſiderāda
que ſub cōpendio pſtringemus.

Quid ſit coniugiū. b

Sunt ergo nuptie

vel mr̄imonium viri mulieriſq; cōiunctio
maritalis inter legitimas pſonas īdiuidu-
am vite ↄſuetudinem retinens. Ad indiui
duam ↄſuetudinem vite ptinet q̄ abſq; cō
ſenſu alterius neuter ↄtinētiam ꝓfiteri po-
teſt vel orōni vacare: ⁊ q̄ inter eos dū vi-
uunt vinculū coniugale pmanet: vt alij ſe
copulare nō liceat: ⁊ vt inuicez alter alteri
exhibeat quod q̇ſq; ſibi. Hac autem deſcri
ptione: legitimorū ⁊ fideliū tm̄ matrimoni
um includitur.

De cōſenſu q̇ efficit cōiugiū. c

Efficiens autē cau

ſa matrimonij eſt conſenſus: nō q̇libet: ſ; p
verba expſſus: nec de futuro: ſ; de pſenti.
Si eñ ↄſentiūt in futur dicētes: Accipiā
te in virum: ⁊ ego te in vxorem: non eſt iſte
conſenſus efficax matrimonij. Item ſi con
ſentiant mente ⁊ nō expmāt vbis vel alijs
certis ſignis: nec talis conſenſus efficit ma
trimoniū. Si autē verbis explicant qđ ta
men corde non volunt ſi non ſit coactio ibi
vel dolus: obligatio illa vborū q̇b⁹ cōſen-
tiunt dicētes: accipio te in virū: ⁊ ego te in
vxorem matrimoniū facit.

Autoritatib⁹ ꝓbat q̄ ſolus cōſen-ſus facit mr̄imoniū. d

Qđ aūt conſenſus

matrimoniū faciat ſubditis ꝓbat teſtimo
nijs. Ait eñ Iſidorus. Cōſenſus facit ma
trimonium. Item Nicolaus papa. Suffi- Nico. papa.
ciat ſolus ſm leges eorū cōſenſus: de quo-
rum cōiunctionibus agitur. Qui ſolus ſi
forte in nuptijs defuerit: cetera etiā cū ip-
ſo coitu celebrata fruſtrāt. Itē Ioh. chry-
ſoſto. Matrimoniū q̇dem nō facit coitus Iohs Chriſ. ſup Matth.
ſed volūtas: ⁊ ideo nō ſoluit illud ſepatio
corpis. Item Amb. Non defloratio virgi Ambroſi⁹.
nitatis facit coniugiū: ſed pactio ↄiugalis
Ex his apparet q̄ conſenſus.i. pactio con-
iugalis matrimoniū fa cit: ⁊ extunc coniu-
giū eſt: etiā ſi nō pceſſit vel ſecuta eſt copu
la carnalis.

Qñ incipiat eſſe coniugiũ. e

Qđ enĩ ab ipſa de

ſponſatione in qua pactio ꝯiugalis exꝑmi
tur ꝯiuges ſint ſanctoꝝ teſtimonia ꝓbant.
Ait em̃ Amb. Cũ initiat̃ coniugiũ cõiugij
nomen aſciſcit̃: cum coniũgit̃ viro cõiugi-
um eſt: nõ cum viri admixtione cognoſcit̃
Item Iſido. Cõiuges verius appellantur
a ꝑma deſpõſationis fide: ꝗuis adhuc int̃
eos ignoret̃ coniugalis concubitus. Itez
Augꝰ. Coniunx vocat̃ ex ꝑma deſponſati
onis fide quam ꝯcubitu non cognouerat:
nec fuerat agniturus: nec ꝑierat: nec men-
dax manſerat ꝯiugis appellatio: vbi nõ fu
erat nec futura erat carnis vlla commixtio
ꝓpter qđ fidele coniugiũ ambo parentes
xp̃i vocari meruerũt: non ſolũ illa mr̃: ſed
etiam ille pater eius: ſicut cõiunx mr̃is eiꝰ
vtrũq₃ tñ mente ⁊ nõ carne. Ex his euidẽ-
ter inſinuat̃ ꝙ ex tempe quo intercedit cõ
ſenſus voluntarius ac maritalis ꝗ ſolꝰ cõ-
iugium facit: veri cõiuges ſunt ſponſus ⁊
ſponſa.

Amb. in li. de virginibus.
Iſid. in li. de ethimo.
Aug. in li. de bono cõiugij.

Scđm quoſdam nõ eſt cõiugium
ante carnalem copulã. ſed ſponſi
⁊ ſponſe ſunt. f

Quidã tamen aſſe

rũt verũ coniugiũ nõ contrahi ante tradu
ctionem ⁊ carnalẽ copulam: nec vere cõiu
ges eſſe aliquos anteq₃ int̃cedat cõmixtio
ſexus: ſed a ꝑma fide deſponſatiõis vir ſpõ
ſus: ⁊ mulier ſponſa ẽ nõ cõiunx. Spõſos
aũt ⁊ ſponſas ꝯiuges frequenter appellari
dicunt: non qꝛ ſint: ſed qꝛ futuri ſunt: cuiꝰ
rei ſponſionez inuicem fecerunt: ⁊ ſꝫm hoc
ꝟba ꝑmiſſarũ autoritatũ intelligenda fore
tradunt.

Qua ratione nitunt̃. g

Qđ vero inter ſpõ

ſam ⁊ cõiugẽ plurimũ interſit: ex eo aſtru-
unt: qꝛ licet ſponſe ante carnalem copulam
inconſulto vel nolente ſpõſo monaſteriuz
eligere: quo facto: ſponſo etiam licet aliaz
ducere. Coniugatus ꝟo vel cõiugata nec
ꝯtinentiã niſi ex cõmuni cõſenſu ſuare va
let: nec monaſteriũ petere: niſi vterq₃ conti
nentiã pariter ꝓfiteat̃. Qđ ꝟo liceat ſpõ
ſe monaſteriũ eligere autoritatibꝰ ſanctoꝝ
ꝓbatur: Ait enim Euſebiꝰ papa. Deſpon

Qđ ſpõſa põt monaſterium eligere nõ exquiſito ſponſi conſenſu.
Euſe. pa.

ſatam puellam nõ licet parentibꝰ alij viro
tradere: tñ licet ſibi mõaſteriũ eligere. Itẽ *Grego.*
Gregꝰ. Decreta legalia deſponſatã ſi con
uerti voluerit nullo penitus cenſuerũt dã-
no mulctari. Refert etiã Hiero. ꝙ macha *Exẽpla ponit*
rius inter xp̃i heremitas ꝑcipuus: celebra
to nuptiali conuiuio cũ veſpere thalamuz
eſſet ingreſſurus ex vrbe egrediens tranſ-
marina petijt ⁊ heremi ſolitudinem ſibi ele
git. Beatus etiam Alexius ſil̃r ex nuptijs
diuina gratia vocatus ſponſaz deſeruit: ⁊
nudus xp̃o famulari cepit. His autoritati
bus ⁊ exemplis liquet licere ſpõſis ſine cõ
ſenſu ſuarum ſponſarũ ⁊ ecõuerſo continẽ
tiam ꝓfiteri.

Qđ cõiugatus vel coniugata ne-
queant cõtinentiam ꝓfiteri ſine al
terius conſenſu. h

Hoc aũt cõiugatis

nullatenus licet. Non em̃ põt vir melioris
vite ꝓpoſitũ ſumere ſine vxoris cõſenſu: ⁊
econuerſo. Unde Gregꝰ. ſcribẽs theutiſte
patricie. Sunt qui dicũt religionis gratia
coniugia debere ſolui. Unde ſciẽdum eſt.
qꝛ ⁊ ſi hoc lex humana cõceſſit: tñ lex diui
na ꝓhibuit. Si ꝟo vtriſq₃ conueniat cõti-
nentem vitam ducere: hoc ꝗs audeat accu
ſare? Sic em̃ multos ſanctoꝝ nouimus cũ
ſuis coniugibus ⁊ ꝑus cõtinentem vitam
duxiſſe: ⁊ poſt ad ſancte eccl̃ie regimina mi
graſſe. Si ꝟo continentiam quam vir appe
tit mulier non ſequit̃: aut quam vxor appe
tit vir recuſat: coniugiũ diuidi nõ poteſt.
qꝛ ſcriptum eſt: Mulier ꝑtãtez ſue carnis
non habet: ſꝫ vir. Similiter ⁊ vir poteſtatẽ
ſue carnis nõ habet: ſed mulier. Idẽ Aga *Idẽ Adrião parmenio epiſcopo.*
thoſa latrix ꝑſentium queſta eſt viꝝ ſuum
contra voluntatem ſuam in monaſterium
eſſe conuerſum: qua ꝓpter experientie tue
ꝑcipimus: vt diligenti inquiſitione diſcu-
tias: ne forte eius voluntate conuerſus ſit
vel ipſa mutare ſe ꝓmiſerit: ⁊ ſi hoc repere-
ris ⁊ illũ in monaſterio ꝑmanere ꝓuideas
⁊ hanc ſicut promiſit mutare vitã compel
las. Si ꝟo nihil horum eſt: nec quondam
fornicationis crimen ꝓpter quod licet vx
orẽ dimittere: predictam mulierem commi
ſiſſe cognoueris: ne illius ꝯuerſio: vxoris
relicte in ſeculo fieri poſſit perditiõis occa-
ſio: volumus vt maritum ſuum illi etiam
ſi iam tonſuratus eſt reddere debeas: om-
ni excuſatione ceſſante: quia niſi fornicati

onis cauſa vir vxorem dimittere nulla ra
tio concedit. Poſtq̄ eni copulatiōe coniu
gij viri ⁊ mulieris vnū corp⁹ efficit: nō pōt
ex pte ↄuerti: ⁊ ex pte remanere in ſeculo.
Itē ex. viij. ſynodo. Si q̄s cōiugat⁹ cō/
uerti ad monaſteriū velit: non eſt recipien
dus niſi p̄us a ↄiuge caſtimoniā pfitente
fuerit abſolutus. Tales ergo tunc ſine cul
pa ſequunt xp̄m relicto ſeculo: ſi habēt ex
pari voluntate caſtitatis conſenſum. Itez
Si vir ⁊ vxor diuertere p ſola religioſa in
ter ſe conſenſerint vita: nullatenus ſine con
ſenſu epi fiat: vt ab eo ſingularit puiſo cō/
ſtituantur loco. Nam vxore nolēte vel al=
tero illorū etiam p tali re matrimoniū non
Auguſti. ſoluit. Item Aug⁹. Si abſtines ſine vxo/
ris voluntate: tribuis ei fornicādi licentiā
Nico. papa. ⁊ peccatū illius tue imputabit abſtinētie.
Itē Nicolaus papa. Scripſit nobis Tha
berga regina: regia ſe velle dignitate vl' co
pula exui: ⁊ ſola vita p̄uata eſſe contentam
deſiderare. Cui ſcripſim⁹: nō hoc aliter fie
ri poſſe: niſi eādem vitam vir eius Lotha
rius elegerit. Ex his patet q ↄiugati ſine
cōmuni ↄſenſu monaſteriū eligere. cōtinē/
tiam pfiteri vel habitum religionis ſume/
re nō valēt: ⁊ ſi fecerint: reuocari debent.
Sponſi vero pn̄t ſine cōi cōſenſu monaſte
rium eligere. Vn̄ videtur inter ſponſum ⁊
ſpōſam cōiugium nō eſſe. Ideoq̄ aſſerūt
a prima fide deſpōſatōis ↄiuges appellari:
non re p̄ſentium: ſed ſpe futurorū: q: ex fi/
de quam ex deſponſatiōe ſibi inuicem de=
bent: poſtea efficiunt cōiuges. Premiſ/
ſas aūt autoritates q̄bus aſſerit q conſen=
ſus mr̄imonium facit: ita intelligi volūt vt
ↄſenſus vel pactio coniugalis non an̄ coi=
tum faciat mr̄imoniū: ſ; in coitu. Sicut eni
defloratio v̄ginitatis non facit mr̄imoniū
niſi p̄cedat pactio ↄiugalis: ita nec pactio
coniugalis anteq̄ aſſit copula carnal'. Ex
pactione ergo coniugali ſponſi ⁊ ſpōſe fiūt
ante coitum. In coitu v̄o efficiunt ↄiuges
Facit eni pactio coniugalis: vt q̄ p̄us erat
ſponſa: in coitu fiat coniunx.

Reſponſio ad p̄dicta cū determi= natione ſuperiorū. i

His aūt ita reſpon

dem⁹ Fit aliqn̄ deſpōſatio vbi eſt compro
miſſio viri ⁊ mulieris de contrahēdo mr̄i=
monio. nō eſt aūt ibi conſenſus de p̄ſenti:
⁊ eſt deſponſatio habens ↄſenſum de p̄ſen
ti. i. pactionē coniugalem que ſola facit cō
iugium. In illa ergo deſponſatione vbi eſt
pollicitatio contrahendi mr̄imonium: ſpō
ſi tantū ⁊ ſponſe fiunt: nō coniuges. ⁊ tali/
bus ſponſis licet ſine cōmuni conſenſu con
tinētiā pfiteri ⁊ monaſteriū eligere. In ea
v̄o deſpōſatione vbi eſt ↄſenſus de p̄ſenti
ↄiugiū ↄtrahit: ⁊ ab illi⁹ deſpōſatiōis pri/
ma fide veri cōiuges appellant. Scd̄m hāc
diſtinctionem deſponſatōis: de ſpōſis va
rie loquunt doctores.

Quō accipiatur ſponſa in ſubdi= tis capitulis. k

Aliquādo eni ſpō=

ſas vocant q̄ talem habuerūt deſpōſationē
vbi fuit pactio cōiugalis de p̄nti: ⁊ ille ve
re ↄiuges ſunt. Vn̄ Greg⁹. Si q̄s vxorem Q ſpōſam di
deſponſauerit vel ſubarrauerit: q̄q̄ poſt miſſam al⁹ co
modū p̄ueniente die mortis eius nequerit gnat⁹ nō pōt
eam ducere in vxorem: tn̄ nulli de conſan/ ducere.
guinitate eius licet accipe eam in cōiugio.
⁊ ſi inuentum fuerit factum ſeparet oino.
Item Iulius papa. Si quis deſpōſauerit Iuli⁹ pa.
vxorē vel ſubarrauerit: ⁊ vel p̄uenīete die
mortis: vel irruentibus q̄buſdā cauſis eā
non cognouerit: nec frater eius nec vll⁹ de
conſanguinitate eius eandem ſibi tollat in
vxorem vllo vnq̄ tempe. Item Gregori⁹
Qui deſpōſatam primi ſui puellā ceperit Grego.
in coniugiū: anathema ſit ipe ⁊ omnes cō
ſentiētes ei: q: ſm legem dei mori decerni=
tur. Nam diuine legis mos eſt ſpōſas ap/
pellare ↄiuges: vt in euāgelio. Accipe ma
riam ↄiugē tuā. Et in Deut. Si q̄s alteri⁹
ſponſam in agro vel quolibet loco oppreſſe
rit vel adduxerit in domū ſuā: moriat: q̄a
vxorem primi ſui violauit: non que iā vx
or erat: ſed que a parentibus vxor fieri de/
bebat. Ex his colligit q ſponſe q̄dam con
iuges ſunt ante cōmixtionem ſexuuz. Sed
forte illud mouet qd̄ in fine capituli dicit.
non q̄ iam vxor erat: ſ; q̄ vxor fieri debebat
Qd̄ nō ita intelligi debet q̄ſi vxor vere nō
fuerit: ex quo pactio ↄiugalis interceſſit: ſ;
q: nondū traducta fuerat: nec res vxoria
interceſſerat. ſ. ↄcubit⁹ ↄiugalis.

Qd̄ aliter accipit in his alijs capi tulis ſponſa. l

Hec etiā ſponſa eſt

que ſic viro deſponſata eſt: vt nō interceſſe

rit ꝯſenſus de pn̄ti: ſ; ſpōſio futuri. Scd̄m
Ex ꝯcilio tibi buriensi. quez modū illud decretū intelligit. Si qs
ſponſam filij oppreſſerit: ⁊ poſt filius eiꝰ eā
duxerit: pat̄ poſtea nō habeat vxorez: nec
mulier vir: filius qui patris facinus igno
rauit aliam ducat. Si coniunx illa fuiſſet:
qđ vtiq; foret. ſi in ſponſalibus pactio con
iugalis interceſſiſſet: non ꝑmitteret̄ ſponſo
aliam ducere. Mechis aūt pena nō nubē
di ex rigore infligit̄ vt alij terreant̄. Idem
ex eodem. Quidam deſponſauit vxorez ⁊
dotauit: ⁊ cum ea coire non potuit: quam
clanculo frater eiꝰ corrupit ⁊ grauidā red-
didit. Decretū eſt vt q̄uis nupta non po-
tuerit eſſe legitimo viro deſponſatā tamen
fratri frater habere nō poſſit: ſed mechus
⁊ mecha fornicationis quidem vindictam
ſuſtineant: licita ṽo eis coniugia nō negen
tur. De illa deſponſatione hoc intelligi de
bet vbi non fuit conſenſus coniugalis de
p̄ſenti: alioq̄n nō liceret eis alia ſortiri con
iugia. Scd̄m hoc etiā illud intelligi debet.
Ex ꝯcilio tholetano. Statutū eſt a ſacro ꝯuētu vt ſi qs ſpōſam
alterius rapuerit publica pn̄ia mulctetur.
⁊ ſine ſpe ꝯiugij maneat: ⁊ ſi ipa eidē crimi
ni ꝯſentiēs nō fuerit: licentia nubēdi alteri
non negēt. Apparet hāc fuiſſe deſpōſatā ſi-
ne pactione coniugali de p̄ſenti: ⁊ ideo nō
fuiſſe coniugē: cui viuente ſponſo alteri nu
bendi licentia nō negat̄. Sunt eñ quedaz
nuptialia pacta de futuro: ex q̄bus ſpōſi et
ſponſe vocant̄: nec exinde coniuges ſunt.
Et eſt pactio quedā cōiugalis de p̄ſenti: q̄
ſponſum ⁊ ſponſam etiam ꝯiuges facit: ⁊
vtraq; pactio deſponſatio vel ſpōſalia in-
terdum dicunt̄: ꝓprie tñ ſponſalia dicunt̄
quedā ſolēnia pacta nuptialia.

Quare nō ſtati tradant̄ ſpōſe. m

De nuptialibꝰ pa-
Augusti. ctis vbi eſt tm̄ ſponſio futuri ait Auguſti.
Inſtitutū eſt vt iā pacte ſponſe non ſtatim
tradant̄ ne vilem habeat maritus datam.
quā ſuſpirauit ſponſus dilatā.

Que ſpōſa ſit vidua mortuo ſpon
ſo ⁊ que non. n

Et ē ſciēduz qđ illa
ſpōſa q̄ tm̄ in futuro eſt pacta: mortuo ſpō
ſo nō remanet vidua: q: non fuerat vir eiꝰ
vñ ſi qs eā duxerit ad ſacros ordines con-
ſcendere nō ꝓhibet̄: q: non duxit viduam
Vidue eñ maritus eque ſicut bigamus ſa
cerdos fieri ꝓhibet̄. Ex tali āt copula nul
lus arcet̄ a ſacris ordinibus.

Qui alterius ſponſam eo mortuo
ducit. ad ſacros ordines accedere
poteſt. o

Secundum hoc in
telligendū eſt qđ ait Pelagius papa de il- Pela. pa.
lo qui mortuo ſponſo: eius ſponſam ducit
in vxorē. Nihil eſt inq̄t: q̄tū ad hunc arti
culū attinet: qđ ei obuiet de canonicis inſti
tutis q̄n ad ſacros ordines ꝓmoueri vale-
at. Si ṽo talis ſponſa fuiſſet inter quam ⁊
ſpōſum eius ꝯſenſus de pn̄ti interceſſiſſet:
eo mortuo vidua remanſiſſet: cui copulatꝰ
in coniugio alter ad ſacros ordines nō ac-
cederet cū viduam duxerit. Non eſt ḡ am
bigendū q̄n ſolus de p̄ſenti conſenſus con
iugiū efficiat: ⁊ exinde veri ꝯiuges appellē
tur. Ideo poſt talē ꝯſenſum ſi qs alij ſe co-
pulauerit: etiā ſi carnis cōmixtio illic ſeq̄t̄
ad priorē copulā reuocādus eſt.

Iſta ē diſtinctio. xxvij. huiꝰ quar
ti libri. In qua mgr̄ poſtq̄ ſuperius determinauit de
ſacro matrimonij ſm̄ ſe q̄tum ad eius inſtitutionē:
Hic determinat de eo q̄tum ad eius cauſam efficiē-
tem. Et tria facit. Primo eñ q̄d ſit mr̄imoniuz diffi-
nit. Scd̄o qualis debeat eſſe conſenſus matrimonij
ſubdit. Tertio que ſponſalia coniugiū faciāt ſubiun
git. Primū vſq; ibi. Efficiens aūt cauſa matrimonij
Scd̄m vſq; ibi. De nuptialibus pactis. In ſpāli ſen
tentia magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionibus. quarū
p̄ma eſt hec. Quicunq; alicui ꝑ matrimonium legiti
me copulatur ſine alterius cōſenſu ab eo nō ſepara
tur. Hanc magiſter ponens diffinit matrimoniū di-
cens: q̄ eſt viri ⁊ mulieris maritalis coniūctio inter
legitimas ꝑſonas indiuiduam vite cōſuetudinem re
tinens. Ad quam indiuiduam cōſuetudinem ꝑtinet
mutua debiti redditio: ⁊ q̄ vnus ſine altero cōtinen
tiam vouere nō pōt: nec ſe alteri altero viuēte copu-
lare. Scd̄a ꝓpoſitio eſt hec. Cauſa efficiens mr̄imo
nij eſt mutuus conſenſus ꝑ verba de p̄ſenti realit̄ ex
preſſus. Hanc magiſter ponens dicit q̄ cauſa effici-
ens matrimonij eſt conſenſus cordium ꝑ verba de p̄
ſenti expreſſus: aliter matrimoniū fieri non pōt. Et
hoc confirmat magiſter per multas autoritates q̄ di
cunt coniugiū eſſe poſt talem conſenſum: etiā ſi car-
nalis copula non ſequat̄. Poſtea dicit quoſdā dice-
re aū carnalem copulam ſponſalia eſſe ⁊ nō ꝯiugiū.
⁊ alias dici ſponſas ⁊ alias coniuges ſponſas ⁊ non
ꝯiuges q̄ ſit dr̄a inter ſponſas ⁊ ꝯiuges. Ex hoc ꝓ
bat q̄ ſponſus inuita ſponſa poteſt monaſteriū elige
re ⁊ ecōuerſo: ꝯiugatus vel coniugata non pōt. Au
toritates tñ aliquādo vocant ſponſos cōiuges: q: fu
turi ſunt ꝯiuges. Tertia ꝓpoſitio ē hec. Si quis cū
ſponſa vidua contrahit ꝑ hoc bigamiaz nō incurrit.
Hanc magiſter inſinuans diſtinguit de ſponſalibus

dicens q̃ ſponſalia de futuro coniugium non faciũt
ſpõſalia vero de pñti coniugiũ faciũt: qđ ꝓbat ꝑ mul
ta iura. ſ. q̃ quedam ſunt ſponſalia de futuro ⁊ que-
dam de p̃ſenti. ꝓbat etiam q̃ iſta ſponſalia differũt:
q: poſt ſpõſalia de futuro licet ſpõſos ad ſacros oꝛ-
dines aſcẽdere: nõ aũt poſt ſponſalia de p̃ſenti. Et
tm̃ in ſpẽali.

Si cõſenſus de futuro cũ iuramẽ-
to faciat coniugiũ. a

DI. XX VIII b

Ic queri debz

Utrũ cõſenſus de futuro addi-
to etiã iuramento coniugiũ effi-
ciat: vt ſi quis ꝓmittat vel etiam iuret ali-
cui ſe vſq; ad tp̃s placitũ illã ductuꝝ: ⁊ il-
la ꝓmittat vel iuret ſe illi nupturã: nũq̃d ta
lis ſpõſio eos ↄiuges facit? Si mutato ꝓ-
poſito alt̃ vel vterq; ad alienã copulã trã-
ſit nunq̃d ob p̃oꝛẽ ſpõſionẽ iuramẽto ſub-
nixam: ſecunde federatiõis pactum ſcinde
tur? Cõſidera q: longe aliud eſt ꝓmittere
⁊ aliud facere. q̃ ꝓmittit: nõdũ facit. Qui
ḡ ꝓmiſit ſe in vxoꝛem ducturũ aliquã: nõ-
dum eam duxit vxoꝛem: ⁊ que ſpopondit
ſe nupturam nondum nupſit. Quomõ er-
go coniuges appellari poſſunt: qui nõdum
contrahunt: ſed in futuro ſe contracturos
iurando ꝓmittũt? Item. Si ex vi iuramẽ
ti ad futuꝝ ꝑtinentis mox efficiuntur con
iuges: cur iurãt in futuro ſe facturos qđ in
pꝛeſenti efficiuntur? Itẽ. Si ex quo iurant
mox efficiuntur cõiuges: tũc rem hanc effi
ciunt quam iurant ſe facturos. Ideo dico
q: cõiugium tunc nõ fuit: ſed futurũ ꝓmit
titur. Si vero ille poſt vxoꝛem duxit et il-
la marito nupſit: cõiugium vtrinq; fuit. et
non poteſt diſſolui. Precedens ergo men
dacium vel piuriũ: penitentia eſt coꝛrigen
dum: ſed cõiugium ſequens non eſt diſſol-
uendũ. Non autẽ ſic eſt quando iuramen
tum cõiugij pꝛeſentis cõſenſus atteſtatiõe
firmat̃: quia poſt talem conſenſum ſi quis
alij ſe copulauerit: etiam ſi ꝓlem ꝓcreaue-
rit: ⁊ irritũ debet fieri: ⁊ ip̃e ad pꝛioꝛem co
pulam reuocari.

Que vident̃ obuiare p̃miſſis. no-
uellarum inſtitutio. b

Premiſſe autẽ ſen

tentie videtur obuiare illud qđ leges tra-
dunt. Si q̃s tactis diuinis ſcripturis iura
uerit mulieri ſe eam legitimã vxoꝛẽ habi-
turũ: vel etiam ſi in oꝛatoꝛio tale ſacramen
tũ dederit: ſit illi legitima vxoꝛ: q̃uis nul-
la dos: nulla alia ſcriptura interpoſita ſit.
Sed hic oſtendit̃ quid fieri vel eſſe debeat
nõ quid tunc ſit. Non enĩ ꝑ illud iuramen
tum tunc ſit vxoꝛ: ſed fieri debet: quia iura
tum eſt. Poteſt et de illo iuramento hoc
dictum intelligi vbi de pꝛeſenti cõſentiunt
ac ſeinuicem ſuſcipiunt. Illi etiã ſententie
qua dictum eſt ſolũ cõſenſum facere coniu
giuz: videtur obuiare quod euariſtus pa-
pa ait. Aliter legitimũ non ſit cõiugiũ niſi
ab his qui ſuꝑ feminã dñationem habere
videntur: ⁊ a quibus cuſtoditur vxoꝛ pe-
tat̃: ⁊ a parẽtibus ſponſetur ⁊ legibus do-
tetur: ⁊ a ſacerdote vt moſ eſt benedicatur
⁊ a panimphis cuſtodiat̃ ac ſolenniter ac-
cipiatur. Itẽ. Ita legitima ſcitote eſſe con
nubia. Aliter vero p̃ſumpta: nõ coniugia
ſed adulteria vel foꝛnicationes ſũt niſi vo-
luntas ꝓpꝛia ſuffragata fuerit ⁊ vota ſuc-
currerint legitima. Hoc autẽ nõ ita intelli
gendũ eſt tanq; ſine enumeratis non poſſit
eſſe legitimũ coniugiũ: ſed q: ſine illis non
habet decoꝛem ⁊ honeſtatez debitam. In
huius enĩ ſacramenti celebꝛatione ſicut in
alijs quedam ſunt ꝑtinentia ad ſubſtantiã
ſacramenti: vt conſenſus de pꝛeſenti qui ſo
lus ſufficit ad contrahendum matrimoni-
um: quedam vero ꝑtinentia ad decoꝛem ⁊
ſolennitatez ſacramẽti: vt ꝑentũ traditio:
ſacerdotũ benedictio ⁊ hmõi. ſine quibus
legitime ſit coniugium: quantum ad virtu
tem non quantũ ad honeſtatem ſacramen
ti. Sine his ergo non quaſi legitimi coniu
ges: ſed quaſi adulteri vel foꝛnicatoꝛes cõ
ueniunt vt illi qui clanculo nubũt ⁊ vtiq;
foꝛnicatoꝛes eſſent niſi eis ſuffragaret̃ vo-
luntas verbis expꝛeſſa de pꝛeſenti. que le-
gitimũ inter eos facit matrimoniuz. Nam
⁊ cõſenſus occultus de p̃ſenti ꝑ verba ex-
pꝛeſſus coniugiũ facit: licet nõ ſit ibi hone
ſtus contractus: ſed matrimoniũ nõ ſancit
conſenſus qui in occulto fuit. Si enĩ alter
alterũ dimiſerit nõ cogitur iudicio eccleſie
redire ⁊ cõmanere cum coniuge: quia non
poteſt ꝓbari teſtibus cõtractus qui in oc-
culto eſt factus. Q̃ ſi ipſi qui in occulto ſi-
bi cõſenſerunt: eundem ↄſenſum volunta-
rie in manifeſto ꝓfiteantur: tunc vtiq; pꝛo
pꝛia voluntas ſuffragat̃: et legitima vota
ſuccurrunt ad ſanciendũ ↄiugiũ qđ pꝛius
occulte fuerat ↄtractũ. Uolũtas ḡ verbis
expꝛeſſa in occulto ad hoc ſuffragat̃ vt fiat
coniugium: manifeſte vero expꝛeſſa ſuffra
gatur vt ſanciat ⁊ roboꝛet ac liberum ſit ec
cleſie de hoc iudicare ſi expedierit.

Determinatio

Que ad neceſ ſitatẽ: q̃ ad de coꝛẽ ꝑtinẽt ſa cramenti.

De qua re ſit conſenſus ille. an de
carnali copula. an de cohabitati-
one. an de alio. c

Hic queritur cũ cõ

ſenſus de pſenti matrimoniũ faciat: cuius
rei ꝯſenſus ſit ille: an carnaliſ copule an co
habitationis: an vtriuſqꝫ? Si cohabitatio
nis conſenſus matrimoniũ facit: tũc frater
cum ſorore: pater cũ filia põt ꝯtrahere ma/
trimoniuꝫ. Si carnalis copule: tunc inter
Mariã ⁊ Joſeph nõ fuit ꝯiugiũ. Propo
ſuerat enĩ Maria in ꝟginitate manere: ni
ſi deus aliter facere iuberet: ſm qđ videt̃
angelo dixiſſe. Quõ fiet iſtud qm̃ virũ nõ
cognoſco. i. me ñ cogniturã ꝓpoſui. Neqꝫ
enĩ qꝛ virũ tũc nõ cogñſcebat: neceſſe erat i
quiri quõ poſſet hr̃e filiũ: ſed qꝛ ſe nũqꝫ co-
gnituram ꝓpoſuerat. Dicit enĩ Beda ꝙ in
ꝟginitate manẽ diſpoſuerat Si g̊ ꝯtra ſuũ
ꝓpoſitum poſt cõſenſit in carnalem copu/
lam videt̃ facta voti rea: mẽte ⁊ ſi nõ ope/
re violata. Dicamus g̊ ꝙ conſenſus coha/
bitationis vel carnalis copule nõ facit cõ/
iugiũ. ſed ꝯſenſus ꝯiugalis ſocietatis ver-
bis ſm preſens tempus expreſſus: vt cum
vir dicit. Ego accipio te in meã: non domi
nam: non ancillã: ſed coniugem. Quia enĩ
non ancilla vel dña dat̃: ideo nec de ſũmo
nec de imo a pncipio formata eſt: ſed de la/
tere viri ob cõiugalẽ ſocietatẽ. Si de ſum/
mo fieret: vt de capite: videret̃ ad domina
tionem creata. Si ꝟo de imo: vt de pedibꝰ
videret̃ ad ſeruitutẽ ſubijcienda. Sꝫ quia
nec in dñam nec in ancillam aſſumit̃: facta
eſt de medio. i. de latere: qꝛ ad coniugalem
ſocietatẽ aſſumit̃. Cũ ergo ſic cõueniũt vt
dicat vir. accipio te in meã coniugem ⁊ di
cat mulier: accipio te in meũ viꝝ. His ver
bis vel alijs idem ſignificantibus exprimi
tur cõſenſus: nõ copule carnalis vel coha
bitationis corporalis: ſed ꝯiugalis ſocieta
tis. ex qua optet eos cohabitare: niſi forte
cauſa religionis pari voto corpaliter ſepa
rent̃ vel ad tẽpus vel vſqꝫ in finẽ.

Beda ſup Lucam.

Ecce in quam rez fuit ille cõſenſus.

Quare d' latere viri formata ſit mulier.

Iſta eſt diſtinctio. xxviij. huius
quarti libri. In qua mgr̃ poſtq̃ oſtenſum eſt ꝙ con-
ſenſus eſt cauſa efficiens matrimonij. Hic ꝟo oſten
dit qualis debeat eſſe conſenſus qui mr̃imoniũ facit
Et tria facit. Primo inquirit vtrũ cõſenſus de futu
ro iuramento confirmatus verũ facit matrimoniuꝫ.
Scđo ſubdit quid parentum traditio ⁊ ſacerdotum
benedictio faciũt ad matrimoniũ. Tertio ſubiungit
quõ ꝟbis quibus contrahit̃ matrimoniũ non expri-
mitur conſenſus copule carnalis. Primũ facit a pri
cipio diſtin. vſqꝫ ibi. Premiſſe autẽ ſnie. Scđm vſqꝫ
ibi. Hic querit cum conſenſus. Tertiũ ꝟo vſqꝫ ad fi
nem diſtinctõis. In ſpeciali ſententia mgr̃i ſtat i tri-
bus ꝓpoſitionibꝰ quaꝝ pma eſt hec. Nõ tenet mr̃i-
moniũ qđ ꝑ ꝯſenſum de futuro contrahit̃: licꝫ fuerit
etiã iuramento ſtabilitũ. Hanc magiſter inſinuans
querit pmo. Utrum conſenſus de futuro firmatꝰ iu-
ramento faciat verum matrimoniũ? Et oſtendit pri
mo ꝙ non: qꝛ per talia verba ꝓmittitur futurus con
ſenſus nõ pñs exhibet̃ ⁊ ꝑ iuramentũ nihil aliud fit
q̃ confirmatio ꝓmiſſionis ſup contracto faciendo.
vñ ſi alter vel vterqꝫ ſic ꝓmittentiũ ad aliam copulã
tranſierit coniugiũ verũ fit. ⁊ nõ põt diſſolui: nec ꝑ
pcedentẽ ſponſionem impedit̃. Poſtea obijcit in cõ-
trariũ huiꝰ ꝑ quandã legẽ. Et rñdet ꝙ lex illa loquit
tur de iuramento adhibito ꝟbis de pñti: vel lex di-
cit poſt iuramentũ de futuro mr̃imoniũ fieri debere
nõ ante fore. Scđa ꝓpoſitio eſt hec. Parentũ tradi
tio ⁊ ſacerdotis benedictio ad iſtius ſacramenti pti-
nent ſolennitatẽ: ſed conſenſus mutuus ad ipſius ꝑ-
tinet realitatẽ. Hanc mgr̃ inſinuans dicit ꝙ quia ſu
pradictum eſt in precedenti diſtinctione ꝙ ſolus con
ſenſus facit matrimoniũ. Obijcit in contrariũ dicen
do mr̃imoniũ nõ eſſe ſi nõ interueniat dos ⁊ benedi
ctio ⁊ ſolẽnis traductio. Et rñdet mgr̃ ꝙ talia ſũt de
honeſtate ⁊ ſolennitate ſacramenti. occultus enĩ cõ
ſenſus ꝑ verba d' pſenti expreſſus facit matrimoniũ
q̃uis tñ eccleſia talem ꝯſenſum iudicio nõ ꝓſequat̃.
Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Illis ꝟbis quibus mr̃imo
nium contrahit̃ conſenſus copule carnalis ⁊ ꝯiuga
lis non exꝑmit̃. Hanc mgr̃ inſinuans querit. In qđ
debeat eſſe conſenſus faciens matrimoniũ: an in co
habitationem. Si ſic: tunc frater ⁊ ſoror eſſent con-
iuges: ſi ꝟo in carnalem copulam: tũc inter beatam
virginẽ ⁊ Joſeph non fuiſſet matrimoniũ ſeu coniu
giũ. Et reſpondet dicens ꝙ conſenſus ille debet eſ-
ſe in coniugalem ſocietatẽ: in cuius ſocietatis ſignũ
mulier nõ de capite nec de pedibus: ſed de latere vi
ri formata fuit. Et tñ in ſpẽali.

Coactio excludit conſenſum con
iugalem. a

o Porret autez

DI.XXIX.

conſenſum coniugalem liberuꝫ
eſſe a coactione. Coactus enĩ cõ
ſenſus q̃ nec ꝯſenſus appellari debet: cõiu-
gium nõ facit: ſicut teſtat̃ Urbanus papa
ſcribens ſancio regi arragonũ in hec ꝟba.
De neptis tue coniugio quam te cuidã mi
liti datuꝝ neceſſitatis inſtãte articulo ſub
fidei pollicitatione confirmaſti. hoc equi-
tate dictante decreuimus vt ſi illa viꝝ illũ
omnino vt dicit̃ rẽnuit: ⁊ in eadem volun
tate perſiſtit: vt viro illi ſe ꝓrſus deneget
nupturam: nequaq̃ꝫ eam inuitã ac reniten
tem eiuſdem viri cogas cõiugio copulari.
Idem. Si veꝝ eſſe conſtiterit quod nobis
legati iordanis pncipis retulerunt. ſ. ꝙ ipſe
coactus et dolẽs filiam ſuam flentem et ꝑ
viribus renitẽtẽ Raynaldo deſpõſauerit
quoniã legum et canonum autoritas talia

Urba.pa.

ſponſalia non approbat: ne ignorãtibus le
ges ⁊ canones nimis durũ videaẜ: ita ſen/
tẽtiam temperamus: vt ſi pͥnceps cum aſ/
ſenſu filie id quod ceptum eſt pficere volu
erit: cõcedamꝰ. Sin aũt: legatꝰ nr̃ vtraſqȝ
partes audiat ⁊ ſi nihil fuerit ex pte Ray
naldi quod amplius impediat: ab ipõ ioꝛ/
dane ſacr̃m quo cõſtent hec que dicta ſũt
accipiat: ⁊ nos canonũ ⁊ legũ ſcp̃ta ſequẽ/
tes: deinceps non ꝓhibemus: quin alij vi
ro ſi voluerit predicta eius filia tñ in dño
nubat. Ex his apparet coniugiũ fieri inter
conſentientes ⁊ ſpontaneos: nõ inter reni=
tentes ⁊ inuitos. Uerũtamen qui inuiti et
coacte cõiuncti ſunt: ſi poſtea aliquo tem/
poꝛis ſpacio ſine cõtradictione ⁊ querimo
nia cohabitauerint facultate diſcedẽdi vel
reclamãdi habita conſentire videnẜ: ⁊ cõ=
ſenſus ille conſequẽs ſupplet: qd̃ pꝛecedẽs
coactio tulerat.

In libꝛo pandectarum. b

Cõſentire aũt pꝛo=
baẜ qui euidenter non ↄtradicit: ſm̃ illud.
In ſponſalibus eorum conſenſus exigen=
dus eſt quorũ in nuptijs deſideraẜ. Intel
ligitur tamen ſemper patri filia conſentire:
niſi euidenter diſſentiat. Item. Sponſalia
ſicut nuptie conſenſu fiunt contrahentiuȝ
⁊ ideo ſicut in nuptijs: ita ⁊ in ſpõſalibus
patriſfamilias filiam conſentire opoꝛtet: q̃
ſi patris voluntati non repugnat: conſenti
re intelligitur.

Iſta eſt diſtinctio. xxix. huius q̃r
ti libꝛi. In qua mgr̃ poſtq̃ ſupius determinauit de
cauſa efficiente. Hic aũt determinat de impedimen
tis cauſe efficientis. Et circa hoc duo facit. Pꝛimo
eñ ponit aliquid qd̃ impedit conſenſum ne mr̃imo=
nium poſſit facere. Scd̃o ponit ſecundũ impedimen
tum cuiuſmodi eſt erroꝛ. ſ. in ſequenti diſtin. In ſpe
ciali ſnia mgr̃i ſtat in hac ꝓpoſitione. Cõiugalis cõ
ſenſus opoꝛtet q̄ nõ ſit coactus ſed volũtariꝰ. Hanc
mgr̃ inſinuans ꝓponit pͥmo q̄ conſenſus ꝑ coactio=
nem extoꝛtus non facit matrimoniũ: quia nec cõſen
ſus appellari debet. quod autoꝛitatibꝰ ↄfirmat. Po
ſtea dicit q̄ ſi poſt talem coactionem ſubſequens cõ
ſenſus interuenerit vtpote ſi ſiẜ cohabitent: ⁊ cõtra
matrimoniũ non reclamant: videnẜ conſentire ⁊ cõ
ſenſus ille ſubſequens ſupplet qd̃ p̃cedẽs coactio tu
lerat. Unde patet coꝛrelarie q̄ qui in pͥncipio vite cõ
iunguntẜ ſi non diſcedũt opoꝛtunitate habita conſen
tire videnẜ. Et iterũ quemadmodũ in nuptijs ita in
ſponſalibus debet eſſe conſenſus volũtariꝰ. Ultimo
dicit q̄ ille diciẜ conſentire q̃ manifeſte ⁊ euidenẜ nõ
contradicit: ⁊ talis tacitus conſenſus non ſoluit ma
trimoniũ: ſed etiam ſponſalia pꝛioꝛa confirmat. Et
tñ in ſpeciali.

De erroꝛe qui euacuat cõſenſum. a

n Ec ſolum coa= DI.XXX
ctio impedit vel excludit ↄſen=
ſum: ſed etiam erroꝛ. Nõ autem
omnis erroꝛ conſenſum impedit. Eſt enim
erroꝛ alius pſone: alius foꝛtune: alius con
ditionis: alius qualitatis. Erroꝛ pſone qñ
hic putatur eſſe homo ille: ⁊ eſt alius. Er=
roꝛ foꝛtune quãdo putaẜ eſſe diues q̃ pau/
per eſt vel ecõuerſo. Erroꝛ conditionis qñ
putatur eſſe liber q̃ ſeruus eſt. Erroꝛ quali
tatis quando putaẜ eſſe bonꝰ q̃ malus eſt.
Erroꝛ foꝛtune ⁊ qualitatis coniugij cõſen
ſum non excludit. Erroꝛ vͦo cõditiõis con
iugalem conſenſum euacuat. De qua con/
ditione poſtmodũ tractabimꝰ. Erroꝛ quo
qȝ pſone ↄſenſum ↄiugalem non admittit
vt ſi quis feminam nobilem in coniugium
petat: ⁊ ꝓ ea alia ignobilis tradaẜ ei: nõ eſt
inter eos ↄiugium: qꝛ nõ ↄſenſit vir in iſtã
ſed in aliã: vt ſi quis ꝓmitteret mihi ſe ven
diturum aurum: ⁊ ꝓ auro offerret mihi au
ricalcum: ⁊ ita me deciperet: nũq̃d dicerer
cõſenſiſſe in auricalcum: nunq̃ȝ volui eme
re auricalcũ. nec g̃ in illud cõſenſi: quia cõ
ſenſus nõ niſi volũtatis eſt. Sicut ergo er Oppoſitio.
roꝛ materie excludit ↄſenſum: ita ⁊ in cõiu
gio erroꝛ pſone. Sed obijciẜ de Jacob:
q̃ ꝓ Rachel ſeptem annis ſuierat: ⁊ ſuppo
ſita eſt ei lya. nũq̃d erroꝛ pſone excluſit cõ/
iugium: cum nõ in eam: ſed in Rachel cõ=
ſenſerit? Sed quod ibi factum: in myſterio
geſtum nõ impꝛobe tradiẜ. ibi tñ ⁊ ſi nõ p̃= Solutio.
ceſſit: ſecutus eſt conſenſus: nec ex illo con=
cubitu qui conſenſum p̃ceſſit foꝛnicarij iu/
dicantur: cum ille maritali affectu eam co=
gnouerit: ⁊ illa vxoꝛio affectu debitum ꝑ/
ſoluerit putans lege pͥmogenitaꝝ ⁊ pater/
nis imperijs ſe illi iure copulatã. Excuſãẜ
etiam qꝛ dei conſilio in myſterio ita actũ ẽ.
Hodie etiam excuſareẜ ille cui inſcio vxo=
ris ſoroꝛ lectulũ eius ingreſſa ſe ſubijceret:
que cum ſine ſpe coniugij ꝑpetuo manere
cenſeatur. ille tamẽ qui cognouit eam per
ignoꝛantiaȝ excuſaẜ: quod ꝑ ſimile pꝛoba
tur. Si enim diabolus tranſfigurans ſe in
angelum lucis credatur bonus: non eſt er
roꝛ piculoſus. Q aũt vir ille in illã mulie/
rem non conſenſerit: ex ſimili oſtendiẜ. Si
quis hereticꝰ nomine Auguſtini vel Am=
bꝛoſij alicui catholico ſe offerret: eumqȝ ad
ſue fidei imitationem vocaret: ſi ille aſſenti

ret:in cuiꝰ ſententiā fidei diceret̃ ꝯſenſiſſe. Non in hereticoꝝ ſectam: ſed in integritatem fidei quam ille hereticus ſe mentiebat̃ habere. Error ꝟo fortune cōſenſum nō excludit. Que eñ nubit pauperi putās illuȝ eſſe diuitem:non pōt renūciare ꝑori conditioni ꝙuis errauerit Nec error qualitatis vt ſi quis ducat vxorem meretricē vel corruptā quam putat eſſe caſtam vel ꝟginem nō pōt eam dimittere.

De cōiugio Marie ⁊ Joſeph. b

Premiſſis aliquid addendum eſt de mō illius ꝯſenſus:qui inter Mariā ⁊ Joſeph interceſſit. Sane credi poteſt nō ſolū Mariā ſed etiā Joſeph apud ſe diſpoſuiſſe ꝟginitatē ſeruare velle:niſi deus aliter iuberet:coſqꝫ ſic conſenſiſſe in cōiugalē ſocietatem: vt vterqꝫ de altero reuelāte ſpūſancto intelligeret ꝙ ꝟginitatē ſuare vellet:niſi deus aliter inſpiraret:ſed illam voluntateȝ ꝟbis nō expreſſerant:poſtea ꝟo expreſſerūt ⁊ in virginitate ꝑmanſerunt. Conſenſit ḡ Maria in maritalem ſocietatem:ſed nō in carnalē copulam: niſi de eadē ſpecialiter deus p̄ciperet cuius etiam conſilio in maritalem cōſenſit copulā:qꝛ virginitateȝ ſeruare volebat:⁊ ideo nō aliter conſenſiſſet in coniugalē ſocietatem:niſi familiare dei conſiliū habuiſſe. De qua Augꝰ. ſic ait. Beata Maria ꝓpoſuit ſe ſeruaturā votum virginitatis in corde:ſed ipm votum non expreſſit in ore. Subiecit ſe diuine diſpoſitioni:propoſuit ſe ꝑſeueraturā ꝟginem: niſi deus aliter ei reuelaret. Cōmittēs ergo ꝟginitatem ſuā diuine diſpoſitioni ꝯſenſit in carnalem copulam:nō illam appetēdo:ſed diuine inſpirationi in vtroqꝫ obediendo: poſtea vero ſimul cū viro labijs exp̄ſſit:⁊ vterqꝫ in virginitate ꝑmanſit.

Aug. in lib. de vitijs ⁊ ꝯcupiſcentijs.

Q ꝑfectum inter eos fuit coniugium c

Inter quos vt ait Augꝰ. ꝑfectum fuit cōiugiū ꝑfectum quidem nō in ſignificatiōe:ſ in ſanctitate. Sāctiora ſunt enim coniugia pari voto ꝯtinētium. Unde Augꝰ. Quod deo pari voto ⁊ cōſenſu voueratis:ambo ꝑſeuerant̃ reddere debuiſtis:a quo ꝓpoſito ſi lapſus eſt ille tu ſaltem ꝑſeuera. Non qꝛ pariter temperabatis a cōmixtione carnali: iō maritꝰ tuus eſſe deſtiterat:imo ꝟo tanto ſanctius cōiuges manebatis:ꝙto ſanctiora concorditer placita ſuabatis. Perfectum ḡ fuit Marie ⁊ Joſeph ꝯiugiū in ſctitate. Perfectū etiā fuit ſm triplex bonū ꝯiugij. fidē ſ. ꝓlē ⁊ ſacrm̄. Omne eñ nuptiarū bonum vt ait Aug. impletū eſt in illis parentibus xp̄i:fides:ꝓles:ſacramentū. Prolem cognoſcimus ipm dominū. Fidem qꝛ nullū adulteriū. Sacramentū qꝛ nullū diuortiū. Solus ibi nuptialis concubitus non fuit. qꝛ in carne peccati fieri nō poterat ſine pudenda ꝯcupiſcentia carnis:que accidit ex peccato:ſine qua concipi voluit q̄ ſine peccato futurus erat. Et licet nō interceſſerit cōiugalis cōcubitus:cōiuges tñ vere fuerunt:mente non carne. ſicut ⁊ parentes:ꝙuis Ambro. dicat ꝑfectum fieri cōiugium ꝑ carnalem copulam. In omni inq̄t matrimonio ꝯiunctio intelligit̃ ſpūalis:quā cōfirmat ⁊ ꝑficit coniunctorū commixtio corporalis. Sed intelligendū eſt coniugiū ꝑfici cōmixtione corꝑali:nō ꝙtum ad veritatem vel ſanctitatem ꝯiugij: ſ ꝙtum ad ſignificationē:qꝛ ꝑfectius vnionem xp̄i ⁊ eccleſie tunc figurat.

Aug. in li. de bono cōiugij.

De cauſa finali cōiugij. d

Expoſito q̄ ſit efficiens cauſa matrimonij:ꝯſequens eſt oſtēdere ob quam cauſam ſoleat vel debeat cōtrahi matrimoniū. Eſt igit̃ finalis cā mr̄imonij contrahendi principalis procreatio ꝓlis. ꝓpter hoc eñ inſtituit deus ꝯiugiū inter p̄mos parētes:quibus dixit: Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊c. Scḋa eſt poſt peccatum Ade vitatio fornicationis. Unde apoſtolus. Propter fornicationem vnuſquiſqꝫ habeat vxorē ſuam:⁊ vnaqueqꝫ habeat virū ſuum. Sunt ⁊ alie cauſe honeſte vt inimicorū reconciliatio: ⁊ pacis reintegratio. Sunt etiam ⁊ alie cauſe minꝰ honeſte ꝓpter quas aliquādo contrahit̃:vt viri mulieriſqꝫ pulchritudo:que aīmos amore inflammatos ſepe impellit inire ꝯiugiū vt valeāt ſuū explere deſideriū. Queſtus qꝫ ⁊ diuitiarū poſſeſſio frequent̃ eſt ꝯiugij cauſa:⁊ alia multa que cuiqꝫ diligentiā adhibenti facile eſt diſcernere. Nec eſt aſſentiendum illis q̄ dicunt nō eſſe ꝯiugium qḋ ꝓpter has cauſas minus honeſtas cōtra-

bitur. Conſtat em̃ ex p̃miſſis coniugiũ fie-
ri ex cõmuni cõſenſu verbis de p̃ſenti exp̃ſ
ſo: q̃uis amoꝛ ad hoc attraxerit. Cuiꝰ rei
documentũ preſtat Jacob qui Rachel de-
corã facie ⁊ venuſto aſpectu amauit: eãq̃
multum diligens ait. Seruiam tibi ꝓ Ra
chel ſeptem annis. Jn Deutronomio etiã
legitur: Si videris in medio captiuoꝛum
mulierem pulchꝛam ⁊ adamaueris eã: vo
luerisq̃ vxoꝛem habere: introduces eã in
domum tuam. ⁊c̃.

Q malus finis non contaminat ſa
cramentũ. e

Et licȝ fine non bo

no cõtrahat̃ cõiugium: qñ ſpecies contra
hentis mouet animũ: ꝯiugium tñ bonum
eſt: q: vita mala vel intẽtio ꝑuerſa alicuꝰ
ſacr̃m nõ ꝯtaminat. Habuit aũt ꝯiugium
Marie ⁊ Joſeph alias cauſas ſpeciales
ſcȝ vt v̾go ſolatio viri ſuſtentaret̃: ⁊ vt di
abolo partꝰ celaret̃: vt Joſeph eſſet teſtis
caſtitatis: defendens eã ab infamia ſuſpiti
onis: ne vt adultera damnaret̃.

Jſta eſt diſtinctio. xxx. huius q̃r-
ti libꝛi. Jn qua mgr̃ poſtq̃ ſupius determinauit de
impedimento coactionis. Hic determinat de impe-
dimento erroꝛis. Et tria facit. Primo em̃ det̾minat
de impedimento erroꝛis. Secũdo det̾minat de ma-
trimonio beate v̾ginis. Tertio quõ p̃ncipalis eius
cauſa ſit ꝓcreatio pꝛolis. Primuȝ vſq̃ ibi. Premiſ-
ſis aliquid. Secũdũ abinde vſq̃ ibi. Eſt igit̃ finalis.
Tertiũ vſq̃ ad finem diſtinctiõis. Jn ſpẽali ſenten-
tia mgr̃i ſtat in tribus ꝓpoſitionibus quaꝝ p̃ma eſt
hec. Jn matrimonio ꝯtrahendo q̃ttuoꝛ erroꝛes poſ
ſunt contingere. quoꝛũ duo dinoſcunt̃ ip̃m ſoluere.
Hanc magiſter ponens ꝓponit p̃mo q̄ erroꝛ poteſt
diſſoluere matrimoniũ non quidem erroꝛ qualitatis
vel foꝛtune: ſed erroꝛ conditionis: vt qñ putat̃ eſſe li
ber q̃ ſeruꝰ eſt. Siliter erroꝛ ꝑſone impedit mr̃imo-
nium: ſicut ſi petit hanc mulierem. ſ. nobilem in ma-
trimoniũ: ⁊ detur ſibi alia. ſ. ignobilis. ſicut etiam ſi
aliquis emat aurum ⁊ det̃ ſibi auricalcũ: nõ eſt ven-
ditio: ſed deceptio Et eſt erroꝛ ꝑſone qñ putat̃ iſ bõ
⁊ eſt alius. Erroꝛ aũt conditionis eſt qñ q̃ liber cre-
ditur ſeruus eſt. Erroꝛ foꝛtune eſt quando credit̃ di
ues eſſe qui pauper eſt. Erroꝛ qualitatis eſt: quan-
do credit̃ pulcher qui turpis eſt: vel qñ creditur bo
nus qui eſt malus. Poſtea obijcit in contrarium de
Jacob qui ꝑ erroꝛem acceſſit ad Lyam. ⁊ reſpõdet
q̄ hoc myſtice geſtum fuit: nec fuit illud matrimoniũ
ꝑ illum erroꝛem: ſed ꝑ conſenſum qui poſtea acceſſit
Excuſatur tamen Jacob de foꝛnicatione: q: ad eam
acceſſit vxoꝛem ſuam credens: ⁊ ſic maritali affectu
eam cognouit: ⁊ illa vxoꝛio affectu debitum perſol-
uit. ſicut aliquis excuſaretur accedens ad ſoꝛoꝛem
vxoꝛis quam in loco neſciens inuenerit. Et ſicut ex-
cuſaretur aliquis accedens angelum malum credẽs
bonum eſſe: ⁊ ſicut conſentiens opinioni illius quem
crederet Auguſtinum vel Ambꝛoſiũ eſſe non pecca
ret. Secunda pꝛopoſitio eſt hec. Et ſi inter Ma-
riã ⁊ Joſeph ꝑfectum cõiugiũ fuerit: tamen Maria
licite in ſua virginitate ꝑmanere pꝛopoſuit. Hãc ma
giſter inſinuans querit in quo conſenſerunt Maria
⁊ Joſeph quando fuit inter eos matrimonium cele
bꝛatum: Et reſpondet ſm̃ beatum Auguſtinum q̄
beata virgo pꝛopoſuit ſeruare virginitateȝ: niſi deꝰ
ei aliter reuelaret: ſed ip̃m votum non expꝛeſſit oꝛe:
commitens virginitatem ſuam diuine diſpoſitioni:
conſenſit in copulam maritalem ſiue in ſocietatẽ con
iugalem ex familiari conſilio ſp̃ũſſancti. Etiam ſm̃
beatum Auguſtinum implicite licet non explicite cõ
ſenſit in carnalem copulam: non illam appetendo: ſȝ
diuine diſpoſitiõi in vtroq̃. ſ. virginitate ⁊ commi-
xtione obediendo. Poſtea ſimul cum viro expꝛeſſit
labijs votum. ⁊ vterq̃ in virginitate permanſit Po
ſtea dicit q̄ illud coniugium perfectum ſit ſanctitate
licet non ſignificatione: quia coniugium qḋ eſt ſine
carnali copula q̃uis ſit perfectum q̃tum ad verita-
tem ſanctum q̃tum ad ſanctitatem coniugij. non ta
men q̃tum ad ſignificationem: quia non tam perfe-
ctam ſignificat vnionem chꝛiſti ⁊ eccleſie ſicut coniu
gium per carnalem copulam conſummatum: ⁊ q̄ il-
lud coniugium perfectũ fuit oſtendit per tria bona
matrimonij que ibi fuerunt. ſ. fides: pꝛoles ⁊ ſacra-
mentum. Pꝛoles enim fuit chꝛiſtus. Fides quia nul
lum adulterium. ſacramentum q: nullum diuoꝛtiũ.
Tertia pꝛopoſitio eſt hec. Principalis cauſa con
trahendi matrimoniũ eſt pꝛolis pꝛocreatio. Secun-
da eſt foꝛnicationis vitatio. Sunt etiã quedam alie
cauſe minus honeſte: vt pulchꝛitudo viri vel mulie-
ris: vel abundantia pecunie ⁊ diuitiarum. Sũt etiã
quedam alie honeſte cauſe: ſicut inimicoꝛum recon-
ciliatio: ⁊ pacis reintegratio. ⁊ huiuſmodi. Poſtea
remouet erroꝛem quoꝛundam dicentium ꝓpter cau
ſam minus honeſtam matrimonium non contrahi:
dicendo q̄ pꝛopter huiuſmodi cauſas nõ impeditur
quin ſit matrimonium: et quin etiam ſit bonum ma-
trimoniũ: quia malicia vel peruerſa intentio alicuꝰ
non commaculat ſacramentum: nec eius bonitatem
impedit: quod autoꝛitatibus confirmat. Ultimo di-
cit q̄ intentio beate virginis Marie ⁊ Joſeph ſunt
quedam cauſe ſpeciales Pꝛima fuit vt virgo viri ſo
latio ⁊ auxilio ſuſtentaretur. Secunda fuit vt partꝰ
v̾ginis diabolo celaretur. Tertia fuit vt Joſeph ſit
teſtis caſtitatis beate virginis: vt poſſit defendere eã
ab infamia ſuſpitionis: ne vt adultera lapidaret̃. Et
tñ in ſpeciali.

De tribus bonis coniugij. a

p **Oſt hec de bo** DI. XXXI.

nis cõiugij q̃ ſint: ⁊ qualiter coi
tum excuſent dicendũ eſt. Tria
ſunt p̃ncipalit̃ bona ꝯiugij. Unde Augꝰ. Augꝰ. ſuper Geneſim.
Nuptiale bonũ tripꝛtitũ eſt. ſ. fides: ꝓles:
ſacramentũ. Jn fide attendit̃ ne poſt vin-
culũ cõiugale cũ alio vel alia coeatur. Jn
pꝛole vt amanter ſuſcipiat̃ religioſe educe
tur. Jn ſacramẽto vt coniugiũ nõ ſeparet̃
⁊ dimiſſus vel dimiſſa nec cauſa ꝓlis alte-
ri coniũgatur.

De duplici ſepatione. b

Sepatio aũt gemina eſt corꝑalis.ſ.⁊ ſacramentalis. Corꝑaliť poſſunt ſepari cauſa fornicatiõis vel ex communi conſenſu cauſa religiõis ſiue ad tempus:ſiue vſq; in finem. Sacramentaliť vero ſepari non poſſunt dum viuũt ſi legitime pſone ſint. Manet eñ vinculum coniugale inter eos etiam ſi alijs a ſe diſcedentes adheſerint. Uñ Aug⁹. Uſq; adeo manent inter viuentes ſemel inita iura nuptiarum:vt potius ſint inter ſe cõiuges etiam ſepati q̃ cum alijs quibus adheſerũt. Itẽ Manet inter viuentes quoddam cõiugale vinculum:quod nec ſepatio nec cum altero copulatio poſſit auferre. Sicũ apoſtata anima de coniugio xp̃i recedens etiam fide pdita:ſacramentũ fidei nõ amittit qð lauacro regeneratiõis accepit. Redderetť eñ redeunti ſi amiſiſſet abſcedens. Hz aũt hoc qui receſſerit ad cumuluz ſupplicij:nõ ad meritum p̃mij. Item. Quibus placuit ex conſenſu ab vſu carnalis concupiſcẽtie in ppetuum continere:abſit vt vinculũ inter illos coniugale rumpať:imo firmi⁹ heret quo magis ea pacta ſecum gerit:q̃ charius cõcordiuſq; ſeruanda ſunt:non voluptarijs corporũ nexib⁹:ſed volũtarijs animorũ affectibus. Et attende q tertium bonum cõiugij diciť ſacramentũ:nõ q ſit ipſum ꝯiugiũ:ſ; q: eiuſdem rei ſacre ſignũ eſt id eſt ſpiritualis ⁊ inſepabilis ꝯiunctiõis chriſti ⁊ eccleſie.

Aug⁹. de bono cõiugali.

Hec tria nõ aſſunt oĩ cõiugio. c

Et eſt ſciendum ab aliquibus cõtrahi ꝯiugiũ vbi h̃ tria bona nõ comitanť. Deeſt enim fides vbi vir cũ alia:vel mulier cum alio coit. Hoc g̃ bonũ ita cõiugio adheret:vt ex eo ſi aſſit ampli⁹ cõmendeť ꝯiugium. Si nõ aſſit:non inde annihiletur. Que eñ adultera eſt:nõ ideo coniunx nõ eſt:imo ſi cõiunx nõ eſſet:adultera non foret. Quod cum ſit:culpa cõmittitur:ſacramentũ vero non caſſať. Bonũ q̃z prolis nõ omnibus adeſt cõiugibus. Quidam eñ pari voto continentiã ſeruãt:alij ꝑ etatis defectu vel alteri⁹ rei cauſa generare non valẽt. Nec oẽs illi etiam qui ꝓlẽ recipiũt bonum ꝓlis habent. Nam bonũ ꝓlis diciť non ip̃a proles:vel prolis ſpes. que ad religionẽ nõ refertur:imo ad hereditariam ſucceſſionez:vt cum q̃s heredes terrene poſſeſſionis habere deſiderat:ſed ſpeſ ac deſideriũ quo ꝓles ad hoc queriť:vt religione informeť. Multi ergo ꝓlem habent qui tñ bono ꝓlis carent:nec iõ tamen cõiugiũ eſſe deſinit. Sacrm̃ vero ita inſepabiliter coniugio heret legitimarũ pſonarum:vt ſine illo ꝯiugium nõ eſſe videať q: ſemp manet inter viuentes vinculũ coniugale:vt etiam interueniente diuortio fornicationis cauſa:coniugalis vinculi firmitas nõ ſoluať. Ubi vero nõ inter legitimas pſonas contrahiť coniugiũ nõ adeſt illud bonũ quod diciť ſacrm̃:q: poteſt ſolui talium copula:de quib⁹ poſt diceť. Q̃ vero cõiugium ſit inter eos qui ꝯiugali affectu non tamẽ gr̃a ꝓlis:ſed explende libidinis conueniũt:nec fornicarij ſed coniuges appellentur oſtendit Aug⁹. inq̃ens: Solet q̃ri cum maſculus ⁊ femina:nec ille maritus nec illa vxor alterius:ſibimet nõ filiorũ ꝓcreandorũ:ſ; ꝑ incontinentia ſolius concubitus cauſa copulanť ea fide media vt nec illa cum altero:nec ille cuz altera faciat id. vtrũ nuptie ſint vocande? Et põt fortaſſe non abſurde h̃ appellari ꝯnubiũ:ſi vſq; ad mortem alicuius eoruz id inter eos placuerit:⁊ prolis generationem q̃uis nõ ea cauſa coniuncti ſunt:non tamen vitauerint vt vel nolint ſibi naſci filios:vel etiam opere malo aliquo agant ne naſcantur. Ceterũ ſi vel vtrũq; vel vnum horũ deſit:non inuenio quomõ has nuptiaſ appellare poſſim⁹ Eteniz ſi aliquam ſibi ad tempus adhibuerit donec aliquam dignam honorib⁹ aut ſuis facultatibus inueniat quam in coniugio adducat:animo ip̃o adulter eſt:nec cũ illa quam cupit inuenire:ſed cum iſta cum qua ſic cubat:vt cum ea non habeat maritale conſortiũ. Ecce coniuges dicunť q̃ ſolius concubitus cauſa conueniũt:ſi tamen prolis generationem aliquo malo dolo nõ vitent.

Aug. in li. de bono coniu.

De his qui ꝓcurant venena ſterilitatis. d

Qui vero venena ſterilitatis ꝓcurãt:nõ ꝯiuges ſed fornicarij ſunt. Unde Aug⁹. Aliquando eouſq; peruenit hec libidinoſa crudelitas vel libido crudelis. vt etiam venena ſterilitatis procuret:et ſi nihil valuerint:conceptos

fetus inter viſcera aliquo modo extiguat vel fundat: volendo ꝓlem ſuam p̄us interire ꝙ̃ viuere: aut ſi in vtero viuebat: occidi añ ꝙ̃ naſci. Prorſus ſi ambo tales ſint cõiuges non ſunt: ⁊ ſi ab initio tales fuerunt nõ ſibi ꝑ connubiũ ſed ꝑ ſtuprũ potius cõuenerũt. Si v̾o ambo tales nõ ſunt audeo dicere aut illa quodãmodo eſt mariti meretrix: aut ille adulter vxoris.

Quãdo ſint homicide qui procurant abortum. e

Hic queri ſolet de his qui abortum ꝓcurant qñ iudicent̃ homicide vel nõ? Tũc puerperiũ ad homicidium ꝑtinet: qñ formatũ eſt ⁊ animã hab3
Augusti. vt Aug⁹. ſup Exod. aſſerit. Informe aũt puerperiũ vbi nõ ẽ aĩa viua: lex ad homicidium ꝑtinere noluit. Dicit etiam Aug⁹. ꝙ informe puerperiũ non habet animam. ideoq̃ multat̃ pecunia: nõ reddit̃ anima ꝓ anima: ſed iam formato corpori aĩa dat̃ non in conceptu corporis naſcit̃ cum ſemine deriuata. Nã ſi cum ſemine ⁊ anima exiſtit de aĩa. tunc ⁊ multe aĩe quotidie peũt cũ ſemen fluxu nõ ꝓficit natiuitati. Primũ oportet domũ ꝯpaginari: ⁊ ſic habitatorẽ
Hiero. induci. Cum ḡ lineamenta cõpacta nõ fuerint: vbi erit aĩa? Item Hiero. ad algaſiã. Semina paulatim formant̃ in vtero: ⁊ tã diu non reputat̃ homicidiũ: donec elemẽta cõfecta ſuas imagines mẽbraq̃ ſuſcipiant. His apparet tunc eos homicidas eſſe: qui abortu3 ꝓcurant: cũ formatũ eſt ⁊ animatum puerperium.

De excuſatione coitus qui fit per hec bona. f

Cum ergo hec tria bona in aliquo ꝯiugio ſimul ꝯcurrunt: ad excuſationẽ coitus carnalis valẽt. Quando enĩ ſuata fide thori cauſa ꝓlis cõiuges ꝯueniũt: ſic excuſatur coitus vt culpã nõ habeat. Quãdo v̾o deficiente bono ꝓlis. fide tñ ſeruata conueniũt cauſa incõtinentie: nõ ſic excuſat̃ vt non habeat culpam: ſ;
Aug. in li. de bono cõiugij. venialẽ. Unde Aug⁹. Coniugalis concubitus generandi gratia non habet culpam Concupiſcentie v̾o ſatiande: ſed tamen cũ coniuge ꝓpter thori fidem: venialẽ habet culpam. Item. Hoc ꝙ coniugati victi cõcupiſcentia vtunt̃ inuicem: vltra neceſſitatem liberos ꝓcreandi: ponam in his ꝑ quibus quotidie dicimus. Dimitte nobis debita noſtra ⁊c̃. Ubi autem hec bona deſunt fides. ſ. ⁊ ꝓles: nõ videtur coitus defendi a crimine. Unde in ſententiolis ſexti pitagorici legit̃. Omnis ardentior amator proprie vxoris adulter eſt. Itẽ Hiero. Sapiens iudicio amat coniugem nõ affectu: nõ Hiero.
regnat in eo impetus voluptatis: nec preceps fertur ad coitũ. Nihil ẽ fedi⁹ ꝙ̃ vxorem amare quaſi adulteram. Qui dicũt ſe cauſa humani generis vxoribus iungi imitentur ſaltem pecudes: ⁊ poſtꝙ̃ venter vxoris intumuerit: nõ ꝑdant filios: nec amatores ſe vxorib⁹ exhibeãt: ſ; maritos. Idẽ In m̃rimonio opa liberorũ conceſſa ſunt. voluptates aũt que de meretricũ amplexibus capiunt̃: in vxore damnate.

De indulgentia apoſtoli quomodo ſit accipienda. g

Sed ſi concubitus qui fit cauſa prolis culpa caret: quid apl's ſ;m indulgentiam ꝑmittit. ita enĩ ait. Hoc autem dico ſ;m indulgentiã. Cui enĩ p̄ſtatur venia niſi culpe? Per hoc etiam ꝗdam ꝓbare volunt nuptias eſſe peccatũ: ſed vt p̄dictũ eſt: indulgentia alia eſt ꝯceſſionis: alia ꝑmiſſiõis. Egerat ap̄lus de nuptijs ⁊ ꝺ carnali coitu: ⁊ ad vtrũq̃ retulit illud. H aũt dico ſ;m idulgentiã. Indulgent̃ enĩ nuptie ſ;m conceſſionem ⁊ ꝯcubit⁹ nuptialis qui fit tantũ cauſa ꝓlis. Cõcubit⁹ v̾o qui eſt p̄ter neceſſitatem generandi: ob incõtinentiã indulget̃ ſ;m ꝑmiſſionem: ꝗa ibi eſt aliqua culpa ſed leuis. Ideoq̃ non iubet̃ nec cõcedit̃: ſed ꝑmittitur: q2 nõ eſt laudabilis: ſed venialis. De hoc Auguſ. ſic ait.
Forte aliquis dicet: ſi veniam ꝯceſſit apo Augusti.
ſtolus. ergo peccatum ſunt nuptie: cui enĩ venia: niſi peccato concedit̃? Plane qđ infirmitati ꝑmiſit ſ;m veniam: audeo dicere peccatum eſſe: veniam nanq̃ ꝯcedẽs apoſtolus concubitũ attendit coniugatoꝝ vbi
eſt incontinentie malum. Incõtinentie Quid ſit malũ incõtinẽtie.
malũ eſt ꝙ vir cognoſcit vxorem: etiam vltra neceſſitatem ꝓcreandi liberos: ſed ⁊ ibi eſt nuptiarũ bonum. Non enim quia incõtinentia malum eſt: ideo coniugiũ: vbi eſt concubitus p̄ter intentionem generatiõis non eſt bonũ: non ꝓpter illud malum culpabile eſt hoc bonum: ſed illud malum fit veniale propter bonum nuptiale. Quod

Aug⁹. de bo-no cōiugali.

nō repꝑhendit apl's: ſed malū incōtinentie.
Item. Cōcubitum qui non fit cauſa ꝓlis.
nuptie non cogunt fieri: ſed impetrāt igno
ſci: ſi tamē nō ita ſit nimius vt impediat tē
poꝛa que oꝛationi debent̃: nec immutetur
in eum vſum qui eſt contra naturam. Cō/
cubitus eñ neceſſarius cauſa generādi in
culpabilis: et ſolus ipſe nuptialis eſt. Ille
ꝟo qui vltra neceſſitatē ꝓgreditur: non ra
tioni ſed libidini obſequit̃: ⁊ hunc non exi
gere: ſed reddere cōiugi ne fornicet̃ ad con
iugem ptinet. Si ꝟo ambo tali ꝯcupiſcen
tie ſubigunt̃: et rem faciunt que non eſt nu
ptiarū. Cuius delicti non ſunt nuptie hoꝛ
tatrices ſed depꝛecatrices. Decus quideʒ
ꝯiugale eſt caſtitas ꝓcreandi et reddendi
carnalis debiti fides. Hoc eſt opus nupti
aruʒ: quod ab omni peccato defendit apo
ſtolus dicens. Non peccat virgo ſi nupſe-
rit. Cum ergo culpabilis non ſit generādi
intentione concubitus: qui ꝓpꝛie nuptijs
imputādus ſit. Quid ſꝫm veniam cōcedit
apoſtolus: niſi ꝙ ꝯiuges debitū carnis ex
poſcunt: nō ꝓpaginis voluntate: ſed libi-
dinis voluptate. Que tñ voluptas non ꝓ
pter nuptias cadit in culpā ſed ꝓpter nup
tias accipit veniam. Immoderata ergo ꝓ
greſſio: ſꝫm veniā ꝯcedit̃. Quo circa ⁊ hic
laudabiles ſunt nuptie qꝛ etiā illud qꝺ nō
ptinet ad ſe. ignoſci faciunt ꝓpter ſe. Non
eñ concubitus eſt quo ſeruitur cōcupiſcē
Aug. contra Julianū here ticum. tie agitur vt impleatur fetus quem poſtu/
lant nuptie. Omo ergo in genere ſuo nup-
tie: bone ſunt: qꝛ fidem thoꝛi ſeruant: ⁊ ꝓ/
lis ſuſcipiende cauſa vtrumqꝫ ſexum com-
miſcent: ⁊ impietatem ſeꝑationis hoꝛrent
Sanctitate etiam coniugij nec coniūx in/
fidelis obeſſe poteſt: ſed potius fidelis pro
deſt infideli: vt apoſtolꝰ docet. Ex his oñ
ditur ꝙ coniuges qui cauſa ꝓlis tantum
conueniunt: vel qui exigentibus debitum
reddunt: defendit a peccato ſanctitas con
iugij: bonumqꝫ nuptiale. Si eñ abſqꝫ pec
cato non poſſet fieri cōcubitus coniugalis
non pꝛecepiſſet dominus poſt diluuiū eos
copulari dicens. Creſcite ⁊ multiplicami/
ni: cū iam ſine carnali concupiſcentia non
poſſint commiſceri.

Qꝺ non omnis delectatio carnis peccatum eſt. b

Sed foꝛte aliq̄s di
cet omnem carnis concupiſcentiam ⁊ dele
ctationem que eſt in coitu malā eſſe ⁊ pec-
catum: quia ex peccato eſt et inoꝛdinata.
Et nos dicimus illam concupiſcentiā ſem
per malam eſſe: quia feda eſt: ⁊ pena pecca
ti: ſed non ſemꝑ peccatum eſt. Sepe enim
delectatur vir ſanctus ſꝫm carnē in aliqua
re vt requieſcendo poſt laboꝛem: edendo
poſt eſuriem: nec tamē talis delectatio eſt
peccatum: niſi ſit immoderata. Sic ⁊ dele-
ctatio que fit in coitu coniugali: cui aſſunt
illa tria bona a peccato defendit̃. Videtur
tamen beatus Greg. aliter ſentire. ſ. ꝙ ſine *Grego.*
peccato nō poſſit fieri carnalis ꝯmixtio di
cens. Vir cum ꝓpꝛia cōiuge doꝛmiens: ni
ſi lotus aqua eccleſiam intrare non debet.
Quāuis diuerſe hoīm nationes de hac re
diuerſa ſentiant: ⁊ alia cuſtodire videant̃.
Romanoꝛum tamen ſemꝑ ab antiquioꝛi/
bus vſus fuit: poſt admixtionē ꝓpꝛie con
iugis: ⁊ lauacri purificationem querere et
ab ingreſſu eccleſie paululum temperare.
Nec hoc dicentes culpam deputamus eē
coniugiū: ſed quia ipſa licita admixtio cō-
iugis ſine voluptate carnis fieri nō poteſt
a ſacri loci ingreſſu eſt abſtinendum: quia
voluptas ipſa ſine culpa nullatenus eſſe
poteſt.

Determinat autoꝛitatē. i

Hoc autem ne ꝑdi
ctis obuiet: intelligendum eſt in illis q̄ nō
gratia pꝛolis conueniūt: quoꝝ voluptas
non eſt ſine peccato: ⁊ vix aliqui reperiri
poſſunt adhuc amplexus carnales experi
entes qui non interdum conueniāt pꝛeter
intentionem pꝛocreande pꝛolis. Hoc aūt
quotiens fit: ab ingreſſu eccleſie abſtinen/
dum eſt. Et ꝙ ita intelligēdum ſit Grego-
rius conſequenter oſtendit. Si quis vero
ſua coniuge: non cupidine voluptatis ra/
ptus: ſed tñ creandoꝛum liberoꝛuʒ gratia
vtitur: iſte pꝛofecto ſiue de ingreſſu eccle-
ſie: ſiue de ſumēdo coꝛpoꝛis dominici my-
ſterio ſuo eſt iudicio relinquēdus: quia ꝓ/
hiberi a nobis nō debet accipere qui in ig/
ne poſitus neſcit ardere. Cū vero nō amoꝛ
ꝓcreande ſobolis: ſed voluptas domina/
tur in opere commixtionis: habeant cōiu/
ges etiam de commixtione ſua quod defle
ant. Tūc autem vir qui poſt admixtionē
coniugis lotus aqua fuerit etiam ſacrā cō
mixtionem valeat accipere: cum ei ſꝫm pꝛe
finitam ſentētiam eccleſiam etiam licuerit
intrare.

Iſta eſt diſtinctio. xxxi. huius q̄rti libri. In qua mgr̄ poſtq̄ ſupius determiauit de cā efficiente ⁊ finali mr̄imonij q̄ ipum ↄſtituūt. Hic vō determinat de bonis matrimonij que ſunt cauſe honeſtantes mr̄imonij actum. Et tria facit Primo em̄ bona mr̄imonij enumerat. Scd̄o aborſum ꝓcurantes fore homicidas determinat. Tertio bonū matrimonij coitū a pctō excuſare declarat. Primū fac̄ vſq̧ ibi. Qui vero venena ſterilitatis. Scd̄m vſq̧ ibi. Cū ergo hec tria bōa Tertiū vſq̧ ad fi. diſ. In ſpāli ſnīa mgr̄i ſtat in trib⁹ ꝓpoſitōib⁹ quarū ꝑma ē hec. In mr̄imonio cōiter triplex bonū eſt .ſ. fides: ples: ⁊ ſacr̄m. Hanc mgr̄ inſinuans inducit tria eſſe bona mr̄imonij .ſ. fideꝫ: pleꝫ ⁊ ſacr̄m. Ad fidem aūt ptīnet vt vir ad aliā mulierē nō accedat: nec mulier aliū virum admittat. Ad plem aūt vt amanter ſuſcipiat̄ ⁊ religioſe educat̄. Ad ſacr̄m vō vt coniugium non ſeparet̄. Aliqñ aūt ſepat̄ corꝑaliter ex aliqua cauſa nō tn̄ ſacramētaliter ꝑ totā hanc vitam: qđ autoritatibus ↄfirmat. Addit etiā q̄ ſacr̄m qđ eſt tertiū matrimonij bonū nō eſt ipm̄ ↄiugiū: ſꝫ eiuſdē rei ſignū cui⁹ ē ↄiugiū .ſ. ſpūalis ⁊ inſepabil̄ xp̄i ↄiunctio ⁊ eccleſie. Poſtea dicit q̄ bonū plis ⁊ bonū fidei aliqñ ī mr̄imonio deficiūt: nunq̄ tn̄ deficit bonum quod eſt ſacr̄m. Poſtea dicit q̄ illi ↄtrahunt ad inuicem incōtinentie cauſa dūmō tn̄ ſit ꝑpetuus ↄtractus ⁊ nō vitetur generatio plis verū matrimoniū ↄtrahūt. Illi vō q̄ venenū ſterilitatis ꝓcurāt vel ſimilia mala. veri cōiuges nō ſunt. Scd̄a ꝓpoſitio ē hec. Qui venena ſterilitatis apponūt nō ↄiuges: ſꝫ poti⁹ fornicarij exiſtūt: ⁊ ſi poſt infuſionē aīe abortiuū ꝓcurēt ſe eſſe homicidas nō dubitēt. Hanc mgr̄ inſinuās q̄rit vtꝝ illi q̄ aborſum ꝓcurent ſint homicide? Et rn̄det q̄ ſic: ſi ꝑncipiū eſt formatū ⁊ animatū aliter nō Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Tria bona federis cōiugalis ſic ordinant vt non ſit ibi culpa mortalis. Hāc mgr̄ ponens dicit q̄ tria ꝑdicta bona mr̄imonij ſic ordinant īmo excuſant actū mr̄monij vt pctm̄ nō ſit: vel qñ fide thori ſuata cōiuges cōueniūt cā plis: vel vt mortale nō ſit vt qñ f. de ſeruata ↄueniūt incōtinentie cā Ultimo obiicit ī cōtrariū tripliciē. Primo ꝑ apl̄m q̄ actū cōiugalē ſm̄ indulgentiā cōcedit dicēs: hoc aūt dico ſm̄ indulgentiā: ſed indulgentia vel venia non eſt niſi peccati. ergo a culpa nō excuſat̄ maritalis cōcubitus: ꝑ qđ etiam q̄dā ꝓbant ipm̄ eſſe peccatum. Et reſpondet mgr̄ diſtinguendo de indulgētia. Eſt em̄ indulgentia conceſſionis ⁊ ꝑmiſſionis. Concubitus ergo cōiugalis q̄ fit cā plis indulget̄ ſm̄ cōceſſionem ſicut minus bonum. Sed concubitus q̄ fit cauſa incōtinētie indulgetur ſm̄ ꝑmiſſionem ſicut minuſ maluꝫ: excuſatur tamen hmōi actus coniugalis per matrimonii bona dūmodo tamē ſit infra limites matrimonii. Sed ſi excedat limites non excuſat̄: quod multis autoritatibus declarat. Secundo opponit ꝑ hoc q̄ omnis concupiſcentia ⁊ delectatio que ſunt ī coitu mala ſunt ⁊ inordinata: ⁊ ita eſt peccatum. Et reſpondet illam concupiſcentiam ſemper eſſe malaꝫ ⁊ inordinatā inordinatione penali que eſt pena peccati. non tamen eſt ſemper inordinata inordinatiōe culpabili: q̄ non ſemꝑ eſt peccatū. Illa ergo delectatio coitus coniugalis per bona matrimonii defenditur: niſi ſit immoderata ⁊ vltra cōiugij terminos ſe extendens. Tertio obiicit ꝑ autoritatem beati Gregorij qui dicit q̄ poſt acceſſum ad vxorē debet hmōi ab ingreſſu eccleſie abſtinere: quia voluptaſ ipa que eſt in cōmixtione carnali ſine culpa nō eſt. Et reſpōdet q̄ hoc intelligendum eſt quādo ad vxorem accedit incontinentie cauſa: vel quia vix ſine incontinentia accedit̄. Et tm̄ in ſpeciali.

De ſolutōe carnal̄ debiti. a

ſ Ciendū etiaꝫ eſt: q̄ cuꝫ in omnibus alijs vir p̄ſit mulieri vt caput corꝑi: eſt em̄ vir caput mulieris. in ſoluendo tn̄ carnis debito pares ſunt. Ideo apl̄us vtriq̧ parit̄ ꝑcipit in hac cauſa ſibi inuicē ſubijci inquiens. Uir debitū reddat vxori: ſilr̄ et vxor viro: q̄ mulier nō habet ptātem ſui corꝑis: ſed vir: ſimiliter ⁊ vir nō habet poteſtatē ſui corꝑis: ſꝫ mulier. Quia nec mulier ad aliū virū: nec vir ad aliā mulierē ptātē ſui corꝑis habet: nec vir ad ↄtinendum nec mulier poteſtatē habet ſine mutuo cōſenſu: ſed alter alterius ptātem habet corporis: vt poſcēti alteri nō liceat alteri negare debitū. In hoc em̄ pares ſunt: q̄ nec viro nec mulieri corpus ſuum licet alij tradere: ſed ſibi inuicem debitores ſūt in hac cā. ne peccandi detur occaſio: ꝑ quod non dominiū tollit̄ viro: ſꝫ vitium. Debent em̄ ſibi coniugati non ſolum ipius ſexus ſui cōmiſcendi fidem liberorum ꝓcreandoꝝ cauſa: que ꝑma eſt in iſta mortalitate ſocietas. verūetiam infirmitatis inuicem excipiende ad illicitos concubitus deuitādos mutuam quodāmodo ſeruituteꝫ: vt ⁊ ſi alteri eorū continentia placeat: niſi ex alteri⁹ cōſenſu nō poſſit. Ad hoc em̄ neuter hꝫ poteſtatem ſui corporis: quod adeo verum eſt vt etiam q̄ nō filiorū procreandoꝝ: ſed infirmitatis ⁊ incontinētie cauſa expetit vel ille de matrimonio vel illa nō ſibi alterutꝝ negent: ne ꝑ hoc incidant in dānabiles corruptelas. Reddere enim debitum cōiugale nullius eſt criminis: exigere auteꝫ vltra generandi neceſſitatem. culpe ē venialis. Fornicari vero vel mechari: puniendi eſt criminis.

Di. XXXII

Aug. in li. de bono cōiugij.

Q̄ neuter continere valeat niſi ex cōmuni conſenſu. b

QVod ſine conſenſu vxoris vir continere non valeat: ſubditis ꝓbat̄ teſtimonijs. Ait em̄ Aug⁹. Si dicat vir continere iam volo: nolo aūt vxor nō pōt. Quod em̄ tu vis illa nō vult. Nūq̄d ꝑ continētiā tuā illa debet fieri fornicaria? Si alij nupſerit te viuo: adultera erit. Nō vult tali lucro deus tale damnū com-

Aug. in pſal. xlvj.

penſari. Redde debitū: ⁊ ſi nō exigis: red
de. Pro ſanctificatiōe pfecta deus tibi cō/
putabit: ſi nō qđ tibi debet exigis ſ reddiſ
Aug. ad edi tiam. — qđ debes vxori. Idē. Scđm vba apoſto-
lica etiā ſi vir continere voluiſſet ⁊ tu nolu
iſſes debitū tibi reddere cogeret: ⁊ illi de⁹
imputaret continentiā: ſi nō ſue ſed tue cō-
cederet infirmitati: ne i adulteriū caderes.
Quiſq̄s ergo compatiens infirmitati vxo
ris reddit non exigit debitū: aut ſi ppter p
priam infirmitatez ducit vxorem plangēs
potius: q2 ſine vxore eſſe nō potuit q̄ȝ gau
dens quia duxit: ſecurus expectat diez no
uiſſimū. Idem. Una ſola cauſa eſſe poteſt
qua te ad id quod vouiſti non mō nō hor-
taremur: ſed etiam phiberemus implere ſi
forte tua coniunx hoc tecum ſuſcipere ani-
mi vel carnis infirmitate recuſaret. Nā vo
uenda talia non ſunt a ꝯiugatis: niſi ex cō
ſenſu ⁊ voluntate cōmuni: ⁊ ſi preprop ere
factum fuerit magis eſt corrigenda temeri
tas q̄ȝ pſoluenda promiſſio Non eñ deus
exigit ſi quis ex alieno aliquid vouerit: ſ
potius vſurpare vetat alienuz. Idē Apo
ſtolus nec ad tempus vt vacet orōni: niſi
ex conſenſu voluit coniugem carnali inui-
Aug. in li. de adulteris con iugijs. — cem fraudari debito. Idem. Manifeſtuz
eſt ita voluiſſe legem feminā ſub viro eſſe.
vt nulla eius vota que abſtinētie cauſa vo
uerit reddātur ab ea: niſi auctor fuerit vir
pmittendo. Nam cū ad peccatū eiuſdē vi
ri ptineri voluerit lex: ſi pus permiſerit: et
poſtea phibuerit: nō tñ dixit vt faciat mu
lier quod vouerat: q2 pmiſſa iam pus a vi
ro fuerat. Uiri dixit eſſe pctm̄: quia abnu/
it qđ pus cōceſſerat: non tñ mulieri ex hoc
iuſſum dedit: vt cum pus vir ei conceſſerit
poſtea ſi phibuerit cōtemnat. Ex his ap-
paret q̄ vir vel mulier continentiā deo of-
ferre non pōt ſine cōmuni ꝯſenſu: nec alter
alteri debitum negare debet. Si vo quili-
bet eorum alteruz a ſuo iure abſoluerit: ad
pteritam ſeruitutē nūquid reuocare pote-
rit: Hoc enim videtur Aug. ſupra voluiſ-
ſe. Quibuſdam videtur q̄ mulier nō diſce
dens a domo viri: que viro pmittente con
tinentiam vouerit vel pmiſerit: eodem p-
hibente ſoluere non valeat: ⁊ hoc ppter di
gnitatem viri qui eſt caput mulieris. Sed
melius hoc intelligit i tali caſu: vbi vir cō
cedit mulieri vouere ꝯtinentiā ⁊ añ votuz
phibet implere. Si vo habituz mutauerit
Ex cōcilio remenſi. — nō pōt reuocari. Sm illud. Qui vxorē ſuā
velare pmiſerit: aliā non accipiat: ſed ſimi
liter conuertat.

Quibus temporibus ceſſandum
ſit a coitu. c

Et licet debituz po
ſcenti ſp ſit ſoluendū: nō lz tñ q̄libet die po
Augu. in lib. de q̄ſtione noui ⁊ ve. teſta. — ſcere. Uñ Aug⁹. Chriſtiano cū vxore ſua
aliqñ licet ꝯuenire. aliqñ nō. Propter pro
ceſſiōis eñ dies ⁊ ieiunioꝝ aliqñ non licet
cōuenire: q2 etiā a licitis abſtinendū eſt: vt
facilius impetrari poſſit qđ poſtulat. Idē
Quotiēs eñ vel dies natiuitatis vel reliq̄
feſtiuitates aduenerit: nō ſolū a ꝯcubinaꝝ
ꝯſortio: ſed etiā a pprijs vxorib⁹ abſtinete
Item Amb. Si cā pcreandoꝝ filiorū du/
Ambroſi⁹. — citur vxor: non multū tps cōceſſum videt
ad ipm vſum: q2 ⁊ dies feſti ⁊ dies pceſſio
nis ⁊ ipa ratio ꝯceptus ⁊ partus: iuxta le
gem ceſſare vſum carnis his debere tēpo-
ribus demonſtrant.

Hieronymus videtur diſſentire
a pmiſſis. d

Illi autez quod di-
ctū eſt reddere debitū non eſſe peccatū: vi
Hiero. in quodam ſermone — det obuiare qđ ait Hiero. Quicūq̄ vxori
debitū reddit: vacare nō pōt orōi: nec car/
nes agni edere. Itē. Si panes ppoſitiōis
ab his qui vxores ſuas tetigerant comedi
non poterant: q̄tomagis panis qui de ce-
lo deſcendit non poteſt ab his qui cōiuga
libus paulo ante heſere complexibus vio-
lari atq̄ȝ contingi. Non q̄ nuptias cōdem
nemus: ſed q̄ eo tpe quo carnes agni man
ducaturi ſumus: vacare a carnalibus ope-
ribus debeamus. Hoc capituluz maxime
ad miniſtros eccleſie ptinere videt: quib⁹
non licebat ſacra officia celebrare atq̄ȝ my-
ſteria tempe cōiugalis amplex⁹: quo etiaz
Hiero. ſuper Matth. — pſentia ſpūſſancti non datur. Uñ idem ait
Connubia legitima carent q̄dem peccato:
nec tñ tpe illo quo ꝯiugales act⁹ geruntur
pſentia ſpūſſancti dabit etiā ſi ppheta eſſe
videat: q̄ officio generatiōis obſequit.

Quibus tempibus non ſunt cele-
brande nuptie. e

Nec ſolum in ope-
re carnali obſeruāda ſunt tpa: ſed etiā in ce
lebrandis nuptijs. Sm illud. Non oportet
Ex ꝯcilio verdenſi. — a ſeptuageſima vſq̄ȝ in octauā paſce et tri-
bus hebdomadibus ante feſtum ſancti Jo
hannis: ⁊ ab aduētu domini vſq̄ȝ poſt epi

phaniã celebrare nuptias. Qđ ſi factũ fuerit ſepent. Itẽ Nicolaus papa. Nec vxorẽ ducere nec cõiugia facere q̃dragesimali tpe cõuenire poſſe vllo mõ arbitror.

Nicolaꝰ ad cõſulta bulgarorum.

Iſta eſt diſtinctio. xxxij. huius quarti libri. In qua mgr̃ poſtq̃ ſuperius determinauit de bonis matrimonij quibus actus matrimonialis excuſatur. Hic determinat de ipõ actu ſm q̄ accipit rationem debiti. Et tria facit. Primo enĩ ꝓponit quõ vir ⁊ mulier in ſoluendo ⁊ petendo ꝯiugij debitum par habeãt dominiũ. Scđo oñdit quõ reddere ꝯiugale debitum nulliꝰ ſit criminis. Tertio ſubiungit quõ nõ quolibet die nec vir nec mlier licite põt petere. Primũ ⁊ ſecundũ a p̃ncipio diſtin. vſq; ibi. Et licet debitũ poſcẽti. Tertiũ vo vſq; ad fi. di. In ſpãli ſnĩa mgr̃i ſtat in tribꝰ ꝓpoſitiõibꝰ quaꝝ p̃ma ẽ hec. In ſoluendo ⁊ reddendo carnis debitum vir ⁊ vxor habent par dominiũ. Hanc magiſter inſinuans proponit p̃mo q̄ cũ vir in omnibus p̃ſit mulieri ſicut caput corpori: in redditione tñ debiti pares ſunt: qz alter habet alteriꝰ corpis ptãtem vt alteri poſcẽti non licet alteri debitũ denegare: ſiue poſcat cauſa prolis ꝓcreande ſiue incontinentie cauſa: quod autoritatibus confirmat: vbi etiam dicit q̄ ſic habet alter alterius corporis ptãtem: q̄ ſicut nec mulier ad aliuz virum: nec vir ad aliam mulierẽ poteſtatẽ habet accedẽdi: ita nec ad continendũ ſui corpis hȝ poteſtatez niſi mutuo cõſenſu. Scđa ꝓpoſitio ẽ hec. Licet nullius criminis ſit reddere debitũ ꝯiugale: tamẽ exigere vltra generandi neceſſitatem eſt delictum veniale fornicari vo aut mechari ẽ mortale. Hanc magiſter inſinuans ſubdit q̄ reddere coniugale debitum nullius eſt criminis: exigere vo vltra generandi neceſſitatem venialis eſt culpe: ſȝ fornicari aut mechari puniendi eſt criminis. Poſtea ꝓbat pluribꝰ autoritatibus q̄ coniuges ne fraudent ad inuicem carnale debitum ſine conſenſu cõmuni tenere non p̃nt: qđ ſupra ſuppoſuerat. Poſtea querit ſi vir vxori conſenſerat vt continentiã deo offerat ⁊ a ſuo iure eam abſoluat: vtrum poſſit licentiam datã reuocare? Et reſpõdet q̄ in hoc caſu ſi ei conſenſerat vouere cõtinentiã ⁊ votum ꝓhiberet hoc implere: hoc bñ poteſt: ſi nautem poſt reuocare non põt. Tertia ꝓpoſitio eſt hec Nullus in matrimonio licite poteſt debitum carnis quolibet die exigere ſeu poſcere. Hãc magiſter inſinuans dicit. q̄ licet debitũ poſcenti ſit ꝓſoluendum: non tñ licet quolibet die exigere ſeu poſcere: ſicut in diebus feſtiuis ſiue ꝓceſſionis ⁊ ieiunioꝝ: qđ autoritatibus confirmat. Poſtea oſtendit q̄ beatus Hieronymus vult q̄ reddere debitum ſit q̃nq; peccatuȝ quod eſt cõtra p̃dicta. Dicit enim beatus Hieronymus qui vxori debitum reddit non põt orationibus vacare nec ſumere carnes agni. i. eucharistiã. Dicit etiaȝ q̄ non ſemꝑ eſt reddendũ debitũ: vt in diebus q̃bus eſt orationibus vacandũ vel eucharistia ſumẽda. Et reſpondet q̄ dictum Hieronymi referenduȝ eſt ad eccleſie miniſtros: quibus non licet ſacramenta offerre vel myſteria celebrare tpe coniugalis amplexus. Ultimo dicit q̄ ſicut in carnali commixtione ſic ⁊ in celebrandis nuptijs ſunt tempora obſeruanda: quia non quibuſcũq; temporibus ſunt nuptie celebrande. Tempora quibus nõ ſunt nuptie celebrãde ſunt a ſeptuageſima vſq; ad octauam paſce: ⁊ tribus ſeptimanis ante feſtum Johannis baptiſte: et ab aduentũ domini vſq; poſt epiphaniã: quod ſi factum fuerit ſeparentur: vt dicit magiſter. Et tñ in ſpeciali.

De diuerſis cõiugij legibus. a

q Uerit hic de antiquis patribus q̃ plẽs ſimul legunt habuiſſe vxores vel concubinas vtrũ peccauerit? Ad qđ dicimus ꝑ varietate temporꝝ varia inuenit diſpenſatio cõditoris. Ab exordio enĩ tpis inter duos tñ Adam. ſ. ⁊ Euã inchoatũ eſt coniugiũ: deo ꝑ os Ade dicente. Hõ adherebit vxori ſue: ⁊ erũt duo i carne vna: ⁊ ſm inchoatiõis modũ inter duos tñ ꝑ omnẽ ſucceſſionẽ temporꝝ ꝯtraheret ꝯiugiũ: ſi p̃mi homines in obediẽtia ꝑſtitiſſent. Poſt eoꝝ vo copulam filij ⁊ filie eoꝝ mr̃imonio coniuncti ſunt: ſed vnus vni tñ. Iõ autẽ f̃res ſororibꝰ tũc ſunt copulati: qz nõ erãt alie mulieres vel viri: q̃bꝰ Ade filij vel filie iũgerent. Primus oĩm Lamech duas legitur ſimul habuiſſe vxores: ⁊ hoc in eo arguit: qz ꝑ expletione carnalis voluptatis id feciſſe ꝓhibet. Poſtea vero cũ iã pene oẽs homĩes falſis dijs ſeruirẽt: paucis in cultu dei ꝑmanentibus cõſultum eſt a deo plures in matrimonio copulare ſibi: ne illi paucis deficiẽtibꝰ: cultus ⁊ noticia dei deficeret. Uñ Abraam viuente vxore ad ancillam intrauit: ⁊ ex ea genuit Jacob etiaȝ liberis ⁊ ancillis ſe copulauit. Et filie Loth pr̃e ebrio vſe ſunt. Cum enĩ ceteris in idolatria relictis Abraam ⁊ filios eiꝰ in peculiarem pplm ſibi dñs elegiſſet: rite multarũ fecunditate mulierũ populi dei multiplicatio querebat. qz in ſucceſſione ſanguinis erat ſucceſſio religionis. Unde etiam in lege maledicta erat ſterilis: que nõ relinquebat ſemen ſuper terram. Hinc etiã ſacerdotibus coniugia decreta ſunt: qz in ſucceſſione familie: ſucceſſio eſt officij. Nõ g̃ Abraã vel Jacob deliquit: qz preter vxorem filios ex ancilla queſiuit: nec illoruȝ exemplo preter cõiugale debitum: fecunditatem in aliqua licet alicui querere: cũ illorum coniugia noſtrorũ equent virginitati: ⁊ imo decratus vſus coniugij nr̃i tpis turpitudinem fere imitet fornicationis illius temporis. De hoc Augꝰ. ſic ait. Antiquis iuſtis nõ fuit peccatũ q̄ pluribus feminis vtebãtur. nec ꝯtra naturã hoc faciebant: cũ non laſciuiendi cauſa: ſed gignendi hoc facerẽt nec cõtra morẽ: qz eo tpe ea fiebant: nec cõtra p̃ceptũ: qz nulla lege erat prohibitum. Idẽ Obijciunt Jacob quatuor vxores. quod quando mos erat: crimen non erat.

DI. XXIII.

Auguſti.

Sic patriache coniugibus excipientibꝰ ſe
men ſuū miſcebant̄: nō ꝯcupiſcentia ꝑfici-
ende voluptatis: ſed ꝓuidentia ꝓpagāde
ſucceſſionis: ſicut apoſtoli auditoribꝰ ſuis
admirantibus doctrinā ſuam cōdelectabā
tur: non auiditate conſequende laudis: ſed
charitate ſeminande veritatis. Idem alibi
Antiquis tempꝛibus cū adhuc ſalutis nr̄e
myſterium velaret̄: iuſti officio ꝓpagandi
nuptias contrahebant: non victi libidine:
ſed ducti pietate: qui multo facilius conti/
nere poſſunt ⁊ vellent. Utebant̄ tamen cō
iugibus: ⁊ plures vni viro habere licebat
quas caſtius habebat q̄ꝫ nūc vnā quilibet
iſtoꝝ in q̄bus videmus: qđ ſ̄m veniā con
cedit apoſtolus. Habebant em̄ eas in ope
re generandi: nō in moꝛbo deſiderij. Item
Ambroſiꝰ. Amb. Dixit Sara ad Abꝛam: Ecce ꝯclu
ſit me dn̄s vt non pariam. Intra ḡ ad an/
cillam meā vt filiū facias ex ea: ⁊ ita factū
eſt. Cōſidera ꝓ̇mum q̄ Abꝛaam ante legē
Moyſi ⁊ an̄ euangeliū fuit. Nō ḡ in legeꝫ
cōmiſit Abꝛaam: ſed legem ꝓ̄uenit. Nōdū
em̄ interdictū videbat̄ Secūdo conſidera
q̄ nō ardoꝛe aliquo vage ſuccenſus libidi-
nis: non petulantis foꝛme captus decoꝛe:
ancille contubernio cōiugalē poſt habuit
thoꝛū: ſ; ſtudio querende poſteritatiſ ⁊ ꝓ-
pagande ſobolis. Adhuc poſt diluuiū ra-
ritas erat humani generis: erat etiā religi-
onis. Deniqꝫ ⁊ Loth ſancti hanc filie cām
querēde poſteritatis habuerūt: ne genus
Auguſti. deficeret humanū: ⁊ ideo publici muneris
gratia priuatā culpam ꝑ̄texit. Itē Augꝰ.
Juſtus q̄uis cupiat diſſolui ⁊ eſſe cū xpo
tamen ſumit alimentū: nō cupiditate viuē
di: ſed officio ꝯſulendi: vt maneat quod ne
ceſſarium eſt ꝓpter alios. Sic miſceri femi
nis iure nuptiarū officioſum fuit ſancti vi
ris non libidinoſum. Qđ em̄ eſt cibꝰ ad ſa-
lutem hoīs: hoc eſt concubitꝰ ad ſalutē hu
mani generis: ⁊ vtrūqꝫ non eſt ſine delecta
tione carnali: q̄ tn̄ modificata et refrenata
tꝑantia in vſum naturalem redacta libido
eſſe non pōt. Qđ aūt in ſuſtentādo vitā illi
citus eſt cibus: h̄ eſt in querenda ꝓle forni
carius vel illicitus cōcubitus: ⁊ qđ ē in ci/
bo licito immoderatioꝛ appetitꝰ. hoc eſt in
ꝯiugibꝰ venialis ille cōcubitus.

Non ꝑ̄fert̄ virginitas Johannis
caſtitati Abꝛae. b

Qđ vero caſtitas
virginalis nō ꝑ̄ferat̄ in merito cōiugali ca
ſtitati Abꝛae Aug. oſtēdit inq̄ens. Sicut Aug. in li. de virginibus.
non eſt impar meritū patie in Petro q̄ paſ
ſus eſt: ⁊ in Johanne q̄ paſſus non eſt: ſic
non eſt impar meritū ꝯtinentie in Johāne
q̄ nullas expꝛtus eſt nuptias: ⁊ in Abꝛaam
q̄ filios genuit. Nam illiꝰ celibatus ⁊ iſtiꝰ
ꝯnubiū ꝓ tempoꝝ diſtributione xpo mili
tauerunt: ſed ꝯtinentiā Johānes in opere
Abꝛaam in ſolo habebat habitu. Melioꝛ
eſt aūt caſtitas celibum q̄ꝫ nuptiaꝝ. Qua-
rum vnā Abꝛaam habebat in vſu: ambas
in habitu. Caſte em̄ ⁊ ꝯiugalit̄ vixit. Eſſe
aūt caſtus ſine cōiugio potuit: ſed tunc nō
opoꝛtuit. Item Hiero. Quis ignoꝛet ſub Hiero.
alta diſpēſatione dei omnes retro ſanctos
eiuſdem fuiſſe meriti cuiꝰ nūc xp̄iani ſunt?
Quō Abꝛaam an̄ placuit i ꝯiugio: ſic nūc
virgīes placēt in caſtitate. Seruiuit ille le
gi ⁊ tempoꝛi ſuo: ſeruiamꝰ ⁊ nos legi ⁊ tem
poꝛi nr̄o: in quos fines ſeculoꝝ deuener̄t.
Ex his apparet q̄ ſancti p̄res an̄ legeꝫ ſine
pctō pluresh abuerunt vxoꝛes vel ꝯcubi
nas. Eas nunc vxoꝛes appellat ſcriptura:
nūc ꝯcubinas. Rachel tn̄ ⁊ Lya ambe vx
oꝛes fuerunt: nō ꝯcubine.

Oppoſitio. c

Si quis opponat
q̄ fidem thoꝛi nō ſeruabant illi p̄res. Dici/
mus in h̄ ſeruaſſe fidē thoꝛi: q꞉ non alijs: ſ;
ꝓꝑ̄ijs vxoꝛibus vel ancillis miſcebantur
Ecce q̄ fuerit ꝯſuetudo in hac re an̄ legeꝫ.
Legis xͦo tp̄e interdixit Moyſes car- Que erat con ſuetudo legat̄
nalem copulā fieri cum mr̄e: cum nouerca:
cū ſoꝛoꝛe: cū nepte: cū amita: cū matertera
cū nuru ⁊ alijs q̄buſdā. Permiſit autē di/
uoꝛtiū fieri dato libello repudij: in quo vir
ſcribebat cauſas ꝓ q̄bus vxoꝛem repudia
bat. Permiſit aūt aliā ducere dato ꝑ̄oꝛi li/
tur ⁊ mentis intuitu mira celeritate cernã-
tur: vt accuſet vel excuſet hoiem ꝯſcia: ea-
q; teſte damnetur vel ſaluetur.

De libris qui tũc apti erũt.

De memoria electorũ ſi tunc pre-
cedentia mala teneat. d

Hic querit̃ vtruz
electis tunc aſſit memoria p̃cedentiũ malo
rum ſicut bonoꝝ: Quedaz autoritates vi/
dent̃ bonos tradere nõ habituros tũc me-
moriam p̃cedentiũ malorũ. i. peccatorum
vel tormentorũ. Ait eñ Eſa. Ego creo ce/
los nouos ⁊ terrã nouam: ⁊ nõ erũt in me/
moria p̃ora. ⁊ non aſcendẽt ſup cor: ſ gau-
debitis in eternum. Itẽ. Obliuioni tradi/
te ſunt anguſtie p̃ores: ⁊ abſcondite ab ocu
lis noſtris. Que de futuro exponens Hie
ro. ait. Obliuioni tradent̃ p̃ora mala quia
forſitan in futuro p̃ſtine cõuerſationis me-
moria omnino delebit̃ ſuccedentib᷒ bonis
eternis. ne ſit pars malorũ p̃oris anguſtie
memorari. Sed hec ⁊ his ſimilia pñt acci/
pi ſic: vt non excludant memoriã p̃cedẽtiũ
malorũ: ſed ex ea moleſtiã ⁊ leſionẽ amo/
ueant. Nõ eñ eoꝝ memoria ſanctos ꝯtri-
ſtabit: vel eorũ beatitudinem obfuſcabit ſ
ğtiores deo reddet. Uñ ſup pſal. lxxxvij.
ait Greg. Quõ in eternũ miſicordias dñi
canit: qui miſerie nõ meminit. Quõ autez
plena beatitudo: ſi memoria reatus mentẽ
tangit. Sed ſepe leti triſtium meminimus
⁊ ſani doloꝝ meminimus ſine dolore ⁊ in-
de ampli᷒ leti ⁊ ğti ſumus. Ex his apparet
q; ſi p̃orum malorũ memoriam ſancti habe
bũt in futuro. nõ eis tñ erit ad penã vel glo
rie derogationem: ſ ad gratiarũ actionem

Grego.

Si v̾o querit̃ vtrũ peccata que fecerũt
electi ꝓdeant tunc in noticiam oim. ſicͣ ma
la damnandorũ omnibus erũt nota. Nõ le
gi hoc expreſſum in ſcriptura. Unde nõ ir
rationabiliter putari poteſt peccata hic ꝑ
penitentiam tecta et deleta. illic etiam tegi
alijs. Alia v̾o cunctis propalari.

De his qui viui reperientur. e

Queri ſolet vtruz
illi quos viuos inueniet xp̃s nunq̃ omni/
no morituri ſint: an ipſo temporis puncto
quo rapientur obuiam chriſto: ad immor-
talitatem mira celeritate ſint trãſituri. Nõ
enim dicendum eſt fieri nõ poſſe. vt per ae-
ra in ſublime portent̃. in illo ſpacio ⁊ mori-
antur ⁊ reuiuiſcant. Ad hunc autẽ ſenſum
quo eſtimemus illos in paruo ſpacio ⁊ paſ
ſuros mortem ⁊ accepturos immortalita/
tem apoſtolus nos vrgere videtur vbi di-
cit. Omẽs in xp̃o viuificabimur. Et alibi.
Quod ſeminas non viuificatur: niſi prius
moriatur. Cur aũt nobis incredibile vide
atur illam multitudinez corporum in aere
quodammodo ſeminari atq; ibi ꝓtin᷒ im/
mortalit̃ ⁊ incorruptibilit̃ reuiuiſcere cuz
credam᷒ in ictu oculi futurã reſurrectionẽ
⁊ in mẽbra ſine fine victura. tanto velocita
te rediturũ antiquiſſimorũ cadauerũ pul/
uerem. Sed vellem de his poti᷒ audire do
ctiores. Si ergo ſanctos q̃ reperient̃ chri/
ſto veniente viuẽtes eiſq; obuiam rapient̃
crediderimus in eodẽ raptu de mortalib᷒
corpibus exituros: ⁊ ad eadẽ mox immor-
talia redituros: nullas in verbis apoſtoli
patiemur anguſtias. generaliter accipien/
tes illud quod dictum eſt. Omẽs quidem
reſurgemus. ſ. tam boni q̃ mali: ſ non oẽs
immutabimur. ſ. in ſolẽnitatẽ reſurrectõis
De hoc etiam Ambro. ait. In ipſo raptu
eoruz qui viui reperient̃ mors erit ⁊ reſur-
rectio. vbi anima quaſi ꝑ ſoporem egreſſa
de corpore: eidem in momento reddatur.
Econtra v̾o ſcribẽs ad Marcellam Hie/
ro. teſtari videt̃. dicẽs quoſdam in fine ſe/
culi adueniente xp̃o non eſſe morituros: ſ
viuos repertos in immortalitatem repen/
te mutandos. Horũ autem quid veri᷒ ſit:
non eſt humani iudicij diffinire.

Ambroſi᷒.

Quõ intelligit̃ chriſtus iudex vi
uorum ⁊ mortuorum. f

His autẽ adijcien-
dum eſt dupliciter intelligi quod dicitur.
Chriſtus iudicaturus viuos ⁊ mortuos

Aut enim viui accipiunt q̄ in aduentu ei⁹ viui reperient: licet in raptu moriantur: et mortui q̄ ante deceſſerant. vel viui ⁊ mortui q̄ accipiuntur iuſti ⁊ iniuſti.

Quomodo omnes incorrupti. g

Cūq̄ ex predictis ſane credi valeat omnes reſurrecturos credendum eſt etiā q̄ omnes reſurgent incorrupti. nō vtiq̄ impaſſibiles. q̄ mortē patientur eternā: ſed ſine diminutiōe mēbrorū oia humani corpis habituri mēbra. nec tn̄ gl'ia ac ſpe impaſſibilitatis induent.

Iſta eſt diſtictio. xliij. hui⁹ quarti libri. In qua mgr̄ poſtq̄ ſuperius egit de ſacramētis. Hic agit de reſurrectione ⁊ gloria reſurgentium ad quam ſacramenta pducunt. ⁊ etiam p oppoſitū de reprobor um pena. Et circa hoc tria facit Primo em̄ oſtendit reſurrectionis veritatem ⁊ eius temp⁹. Secundo ſubdit ſanctos hr̄e memoriā eorū que. ſ. h ſuſtinuerūt. Tertio annectit electorū peccata nō publicari que hic confeſſi fuerūt. Primū facit a principio diſtinctiōis vſq̄ ibi. Hic querit vtrū electis. Secundū vſq̄ ibi. Si vo querit. Tertiū vſq̄ ad finē diſtinctionis. In ſpēali ſententia mgr̄i ſtat in trib⁹ ꝓpoſitionibus quarū pma eſt hec. Iuxta fidem orthodoxam ⁊ puram debemus credere omnem carnē reſurrecturam eſſe. Hanc magiſter inſinuans ꝓponit pmo reſurrecturā futuram eſſe ⁊ fideles q̄ in chriſto dormierūt reſurgent. qđ autoritate apoſtoli ꝓbat. Poſtea dicit q̄ cauſa reſurrectiōis eſt vox tube. cuius virtute excitabunt mortui. que q̄dem vox dicit tuba. q̄ eſt omnibus manifeſta. dicit aūt nouiſſima. q̄ poſt eam non eſt alia: q̄ quidē vox alibi clamor ⁊ alibi vox filij dei appellatur. Vox aūt illa erit chriſti vel vnius vel plurimorū angelorū. Poſtea oſtēdit reſurrectionis tempus occultum eſſe ⁊ ignotū. ꝓpter quod medie nocti compat cum dicit ſponſus media nocte venturus. Scđa ꝓpoſitio eſt hec. Et ſi ſancti pmorū malorū memoriā habeant. hoc tn̄ nō erit eis ad glorie derogationem: ſed magis ad gaudium et grarumactionem. Hanc mgr̄ inſinuans querit vtrū electi habeant memoriā pcedentiū malorum. Et reſpōdet q̄ habeant malorū pteritorū memoriam. ex quo tn̄ in nullo ɔtriſtabunt. nec eis erit ad penā vel glorie minorationē vel derogationē ſꝫ grarumactionem. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Electorum peccata p penitentiam hic deleta ibi nō erunt alijs manifeſta. Hanc mgr̄ inſinuans ſubdit. q̄ etiam illo mō peccata tegunt que hic p penitentiā ſunt deleta. ita q̄ nullis manifeſtabunt. Alia vo cunctis ꝓpalabuntur. Poſtea dicit ſibi incertum eſſe vtrū aliq̄ ſine morte ad iudicium puenient. ſicut videt dicere Hiero. De illis q̄ in aduentu viui rapient xp̄o obuiam. vel vtrū illi qui viui repient ſubito moriant. ⁊ ſic ad reſurrectionem tranſeāt. qđ magis videt velle apl's. Ultimo dicit licet omnes reſurgant incorrupti. i. cū mēbrorum integritate: non tn̄ omnes reſurgēt impaſſibiles in gloriam. Et tn̄ in ſpeciali.

De etate et ſtatura reſurgentiū. a

DI. XL IIII

Solent autem nonnulli percontari ⁊ querere: an in eadem etate ⁊ ſtatura corporis omnes reſurrecturi ſint? Quidā putauerunt omnes reſurrecturos ſm̄ menſuram etatis ⁊ ſtature chriſti. Ideo q̄ apl's ait. Donec occurramus omnes in virum pfectum in menſuram etatis plenitudinis chriſti. Sed his verbis non eadem reſurgentibus aſſignat ſtatura: ſ etas. Oēs em̄ in eadē etate reſurgēt in qua xp̄s mortu⁹ eſt ⁊ reſurrexit: cuiuſcūq̄ etatis mortui fuerint. Virū aūt poſuit non vt diſtingueret ſexum: ſed vt ſignificaret pfectionem viriū quam tūc habebūt. ſed non omnes eādem ſtaturā corporis obtinebunt. Unde Aug. Non ait in mēſuram corporis vl' ſtature: ſ etatis. q̄ vnuſquiſq̄ ſuam recipiet menſuram corpis quam vel habuit in iuuētute: etiam ſi ſenex obijt. vel fuerat habiturus ſi ān eſt defunctus. Etas vo erit illa ad quā puenit xp̄s. ſ. iuuenilis vt circa. xxx. ānos Triginta enim duum annorū ⁊ trium mēſium erat etas chriſti in qua mortuus eſt ⁊ reſurrexit. Nō eſt autē fas dicere q̄ in reſurrectione accedat corpi magnitudo quā nec habuit hic nec erat habiturū diu viuēdo. nec maiora corpora redigenda ſunt ad modum dominici corpis Periret em̄ multum de illis corporibus. cū nec peritur⁹ ſit capillus. vt ait dominus Capillus de capite veſtro non peribit. — Aug. in li. de ciui. dei.

Q̄ reſurget quicquid fuit de ſubſtantia et natura corporis ⁊ in eadem parte corporis. b

Non enī perit deo terrena materies de qua mortaliū creatur caro: ſed in quemlibet puluerem cineremue ſoluatur in quoſlibet alitus auraſq̄ diffugiat. ⁊ in quācūq̄ aliorū corporū ſubſtātiam. vel in ipſa elementa vertatur. in quorumcūq̄ animalium vel hominū cibū carnemq̄ mutetur. illi aīme in puncto temporis redit: que illam carnem pmitus vt homo fieret creſceret: viueret animauit. Ipſa ḡ terrena materies que diſcedēte anima fit cadauer: non ita reſurrectōne reparabitur vt ea que dilabuntur. ⁊ in alias atq̄ alias rerum ſpecies vertuntur: quamuis ad corpus redeant vnde dilapſa ſunt. ad eaſdem

q̄ corporis ptes vbi fuerūt redire neceſſe ſit Alioq̄n ſi capillus redit quod tā crebra tonſura detraxit. ſi vnguibus quod totiēs depreſſit exectio. īmoderata ⁊ indecēs cogitantibus reſurrectōem carnis. ⁊ ideo nō credentibus occurrit infirmitas Sz quemadmodū ſi ſtatua cuiuſlibet ſolubilis metalli igne liqueſceret: vel contereť in puluerem vel cōfunderet in maſſam. et eām vellet artifex rurſum ex illius materia ⁊ quantitate reparare: nihil intereſſet ad eius integritatem que particula materie cui mēbro ſtatue redderet. dum tñ totū ex quo cōſtituta fuerat reſtituta reſumeret. Ita de⁹ mirabilit̄ atq̄ ineffabilit̄ artifex de toto quo caro noſtra extiterat. eam mirabili celeritate reſtituet: nec aliq̄d attinebit ad eius reintegrationem: vtrum capilli ad capillos redeant ⁊ vngues ad vngues. an q̄cq̄d eorū pierat muteť ī carnē ⁊ ī ptes alias corpis reuoceť: curante artificis ꝓuidentia ne q̄d indecens fiat. Indecoꝝ q̄ppe aliq̄d ibi non erit: ſed quicq̄d futurū eſt hoc decebit. q̄a nec futuꝝ eſt ſi non decebit.

Congrua ſimilitudo p exemplum ſtatue.

Q̄ ſancti ſine omni deformitate reſurgent. c

Aug. i eodē.

Hoc autē in corpo

ribus ſanctorū intelligendū eſt. de quibus ꝯſequenter adiungit. Reſurgēt ḡ ſanctoꝝ corpora ſine vllo vitio. ſine vlla deformitate: ſicut ſine vlla corruptiōe onere difficultate. in q̄bus tāta facilitas quāta felicitas erit. ppter quod ⁊ ſpūalia dicta ſūt: cū ꝓculdubio corpora ſint futura non ſpiritus Ex his apparet q̄ vna erit etas oīm reſurgentiū. ſ. iuuenilis. ſtatura v̄o diuerſa. ſcilicet quā q̄ſq̄ habuerat in iuuenili etate vł erat habiturus ſi añ eſt defunct⁹. Nec de ſb̄a de q̄ hoīs caro creať aliq̄d pibit: ſ; oīm particularū ante diſperſarū collectione reintegrabit naturalis ſb̄a corporis. Sāctorumq̄ corpora ſine oīm vitio fulgida ſicut ſol: reſurgent. p̄ciſis cūctis deformitatib⁹ quas hic habuerunt.

Si mali tunc habeāt quas hic habuerunt deformitates. d

De reprobis autē

queri ſolet an cū deformitatib⁹ hic habitis reſurgant? Hoc aūt Aug. non aſſerit: ſ; dubium reliquit ita inq̄ens. Quicunq̄ ab illa pditiōis maſſa q̄ p adam facta eſt non liberanť p xp̄m. reſurgent quidē etiam ipſi vnuſquiſq̄ cū ſua carne: ſ; vt cū dyabolo eiuſq̄ angelis punianť. Utꝝ v̄o ipſi cū vitijs ⁊ deformitatibus ſuorū corporū reſurgant quecūq̄ in eis geſtarūt inq̄rendo laborare q̄d opus ē. Nō eñ fatigare nos dz incerta eorū habitudo vel pulchritudo q̄rum erit certa ⁊ ſempiterna damnatio. Ecce non diffinit an tunc habeant deformitates q̄s hic habuerūt reproboꝝ corpora.

Aug. in eñch.

Q̄ non cōſummunť corpora que tunc ardebunt. e

Si v̄o queritur de

corpibus malorū quō in igne ardeāt ⁊ nō ꝯſummanť. Aug. varijs exemplis aſtruit ⁊ ſempiternis ignibus ea ardere ⁊ non cōſummi illa cōbuſtione: ſicut anim⁹ cui⁹ p̄ſentia corp⁹ viuit ⁊ dolorē pati p̄t mori āt non pōt. Hoc eñ erit tūc in corpib⁹ dānādorū: q̄ nunc eſſe ſcim⁹ in animis omniū.

Si demones corporali igne cremantur. f

Queri etiam ſolet

an demones corpali igne ardeant? Ad q̄ Augu. rñdens ait. Cur non dicam⁹ q̄uis miris veris tñ modis etiam ſpūs incorporeos poſſe pena corpalis ignis affligi ſi ſpiritus hoīm etiā ipi incorpei ⁊ nūc potuerunt includi corpalibus mēbris. ⁊ tūc poterūt corpoꝝ ſuoꝝ vinculis inſolubilit̄ alligari. Gehenna illa q̄ ſtagnum ignis ⁊ ſulphuris dicta eſt. corpeus ignis erit: ⁊ cruciabit damnatorū corpa hoīm vł demonū ſ; ſolida hoīm: aerea demonū. Unus enim vtriſq̄ ignis erit. vt veritas ait. De q̄ igne ſi querit̄ qualis vel vbi ſit? Aug. ſic reſpodet. Ignis eternus cuiuſmodi ſit: ⁊ in qua mundi vel rerū pte futurus ſit. hoīem ſcire arbitror neminem niſi forte cui ſpūs diuinus oſtendit.

Augu. ſup ex Geneſim.

Qualis vel vbi ſit ille ignis.

Si aīe ſine corporibus ſentiunt ignem corporalem. g

Cum autē conſtet

animas igne materiali in corporibus cruciandas: queri ſolet an interim ante reſurrectionem corporum anime defunctorum

repꝛoboꝛuꝫ materiali igne cremenť? De h
Julianus. Julitanꝰ toletane eccleſie epiſcopus Gre-
goꝛij dicta ſecutus ita ſcripſit Si viuentis
homis incoꝛpoꝛeus ſpūs teneť in coꝛpoꝛe
cur nō poſt moꝛtem etiam coꝛpe igneo te/
neatur? Teneri aūt p ignez ſpūm dicimus
vt in toꝛmentis ignis ſit videndo atq̄ ſen/
tiendo. Ignem autem non ſolum videndo: ſ eti
am experiendo anima ignis toꝛmētum pa
tiatur. ex euangelio colligitur vbi veritatis
voce diues moꝛtuus dicitur in inferno ſe/
pultus: cuius anima q̄ in igne teneať inſi/
nuat cum Abꝛaam depcatur dicēs. Mit
te Lazarum vt intingat ex. di. ſ. in a. vt re.
lin. m. q꜡ cru. in hac flamma Dum ḡ pecca
toꝛem diuitem damnatum in ignibus veri
tas phibet. quis ſapiens repꝛoborū anias
teneri ignibus neget? Precipue cū huma/
nam animam coꝛpoꝛis ſimilitudinem hr̄e
Auguſti. ſup Geñ. doceat Augu. ita inquiens: Profiteri ani/
mam habere poſſe ſimilitudinem coꝛpoꝛis
⁊ coꝛpoꝛalium omnino membꝛoꝛū quiſq̄s
renuit: poteſt negare animam eſſe q̄ in ſom
nis videt vel ambulare ſe vel ſedere vł huc
atq̄ illuc greſſu vel etiaꝫ volatu ferri. hoc
ſine quadam ſimilitudine coꝛpoꝛis non fit
Proinde ſi hanc ſimilitudinem etiā apud
inferos gerit. non coꝛpalem: ſ coꝛpoꝛi ſimi
lem: ita etiam in locis videtur eſſe non coꝛ
poꝛalibus: ſed coꝛpoꝛalium ſimilibus ſiue
in requie ſiue in doloꝛibꝰ In Caſſiani etiā
voluminibus legitur q̄ non ſint ocioſe. ne
q̄ nihil non ſentiant. cum diues ille in in/
ferno ſe flamma cruciari clamat. Unde p/
batur animas defunctoꝛū nō ſolū ſuis ſen
ſibus non puari: ſ nec iſtis affectibus ſcili/
cet ſpe triſticia: gaudio ac metu carere ⁊ ex
his q̄ ſibi in illo generali examine reſuan/
tur eas quedam iam incipe pguſtare.

De aboꝛtiuis fetibus ⁊ mon-ſtris.

b

Illud etiaꝫ inueſti
gari opoꝛtet. ſi aboꝛtiui fetus ⁊ mōſtra re-
Aug. i ench. ſurgent ⁊ qualia. De quo Auguſti. ita ait
Occurrit de aboꝛtiuis fetibꝰ queſtio: qui
iam nati ſunt in vteris matrum. ſed non ita
vt iam poſſint renaſci. Si enim reſurrectu-
ros eos dixerimus. De his qui iam foꝛma
ti ſunt tolerari poteſt vtcunq̄ quod diciť.
Attende Infoꝛmes vo quis non pꝛolciuis perire
arbitretur. ſicut ſemina que cōcepta ſimul
non fuerunt Scrupuloſe quidem inter do
ctoꝛes queri ac diſputari poteſt. quādo in
cipit homo in vtero viuere: an ſit quedam
vita occulta que nondū motibus viuentis
appareat? Negari eñ vixiſſe puerperia: q̄
ideo membꝛatim excecanť vt eijciantur ex
vteris pregnantiū. ne matres etiam ſi moꝛ
tua ibi relinquantur occidant. ipudētia ni
mia videtur. Ex quo autem incipit hō vi-
uere ex illo vtiq̄ iaꝫ moꝛi poteſt. moꝛtuus
vo vbicunq̄ illi potuit moꝛs euenire quō
ad reſurrectionem non ptineat: repire ne-
queo. Neq̄ enim ⁊ monſtra que naſcunť De monſtris.
⁊ viuunt q̄tumlibet cito moꝛiantur aut re
ſurrectura negabuntur: aut ita reſurrectu/
ra credenda ſunt. ſed potius coꝛrecta eoꝛū
emendataq̄ natura. Abſit enim vt illum De bimēbri.
bimembꝛem quem nuper natum in oꝛiente
fratres fideliſſimi qui eum viderunt retule
runt. Et ſanctus Hiero. ſcriptum reliquit
vt vnuꝫ hominem duplicem ac nō potius
duos: quod futurum erat. ſi gemini naſce/
rentur reſurrecturos eſtimemus. Ita ⁊ ce/
tera que nimia defoꝛmitate monſtra dicun
tur ad hūane nature figurā in reſurrectio-
ne reuocabuntur.

Iſta eſt diſtictio. xliiij. huiꝰ quar

ti libri In qua mgr̄ poſtq̄ determinauit de veritate
reſurrectionis ⁊ eiꝰ condicionibus. Hic determinat
de conditione reſurgentium. Et duo facit. Primo i
ueſtigat in qua etate reſurgent. Secundo quomo
do oēs reſurgent in pfecta oīm membꝛoꝝ itegritate
Primū vſq̄ ibi. Non enim perit. Secunduꝫ vſq̄ ad
finem diſtinctionis. In ſpeciali ſententia mgr̄i ſtat i
duabus ppoſitionibus quaruꝫ pma eſt hec. Abſq̄
vlla ambiguitate omnes homines reſurgent in per
fecta etate qua xp̄s reſurrexit: ſed non in eadem ſta
tura. Hanc magiſter inſinuans dicit q̄ omnes homi
nes reſurgent in etate qua xp̄s reſurrexit. ſed nō in
ſtatura xp̄i. ſed quilibet in ſtatura ſua reſurget quā
pꝛius habuit in iuuenili etate. Uel quaꝫ ſi ante obijt
habiturus erat circa. xxx. annum. Secunda pꝛopo
ſitio eſt hec. Et ſi generaliter omnes reſurgent cum
omni membꝛoꝛū integritate. ſpecialiť tñ electi abſq̄
vllo vitio reſurgēt ⁊ defoꝛmitate. Hanc mgr̄ ponēs
dicit q̄ oēs hoīes cū mēbꝛoꝛū integritate reſurgent
In quodcūq̄ eñ elementū tranſeat materia coꝛpis
hūani. illi coꝛpoꝛi reddeť vbi pꝛius fuit aīata. Ita
tamen q̄ non tota materia reddeť illi parti. ſed tota
toti coꝛpoꝛi reddetur oꝛdinata ſine omni indecentia
Sicut eñ ſtatua alicuiꝰ ſolubilis metalli igne lique
ſceret vel ꝯtereretur in puluerem. vel ꝯfunderetur
in maſſam. ⁊ eam vellet artifex rurſum ex illius ma-
teria ⁊ quantitate reparare nihil intereſſet ad eius
integritatem que materie particula redderetur illi
vel illi membꝛo ſtatue. dum tamen totum ex quo con
ſtituta fuerat reſtituta reſumeret. ſic in reſurrectiōe
nihil intereſt que pars materie ex qua coꝛpus cōſti
terat ad particulaꝫ coꝛpoꝛis redeat. ex quo nihil de
materia peribit. ſed tota materia toti coꝛpi ſine vlla
indecentia reddetur. Ultimo gloꝛiam coꝛpoꝝ reſur-
gentium ponit di. q̄ coꝛpoꝛa ſanctoꝛū reſurgēt ſine

vlla incorruptione. qr incorruptibilia ꝛ impaſſibilia
ſine vlla oneris difficultate. qr erūt ſubtilia ꝛ agilia
Et addit mgr̄ ſine vicio ꝛ deformitate. quia erunt ſi
cut ſol fulgida ſine vlla corruptiōe ꝛc̄. Et addit ma-
giſter ꝙ damnati etiam cum membris ſuis reſurgēt
incorrupti ꝛ cum integritate membrorū Utrū autē
reſurgent cum deformitatibus quas ꝑus habuerūt
Augu. non vult determinare. nō eñ ſm ipm debet
animos fatigare incerta eorū habitudo ſeu pulchri-
tudo quorū eſt certa ꝛ eterna damnatio. Ultio que-
rit vtrum abortiui fetus ꝛ monſtra reſurgent: Et re
ſpondet dicens de abortiuis. ꝙ ſi aliqñ vixerunt re
ſurgent alioqñ non. de monſtris etiam dicit ꝙ reſur
gent: ſed non monſtra. qr monſtra fetus ꝛ abortiui
reſurgent abſqꝫ deformitate ꝛ mōſtruoſitate Et tm̄
in ſpeciali.

De diuerſis aīarum receptaculis. a

DI. XLV

Preterea ſcien

Au. ſup Jo.

q dum eſt ꝙ omnes anime (vt ait
Augu) cum de hoc ſeculo exie/
rint diuerſas habent receptiones. bone ha
bent gaudium: male ꝟo tormenta. Sꝫ cū
facta fuerit reſurrectio. ꝛ bonoꝝ gaudium
amplius erit: ꝛ malorū tormenta grauiora
quando cum corpore torquebunt̄ Ex his
oſtendit̄ ꝙ maius erit gaudium ſanctorū
in reſurrectiōe ꝛ poſt: qꝫ fuerit ante. ꝛ ꝙ di
uerſa receptacula habebunt aīe ſanctoꝝ.
De quibus idem Aug. ait. Temp9 qđ int̄

Aug. de verbis apoſtoli.

hominis mortem ꝛ vltimā reſurrectionem
interpoſitū eſt. aīas abditis receptaculis
cōtinet. ſicut vnaqueqꝫ digna eſt vel reqe
vel erumna pro eo quod ſortita eſt in carne
dum viueret.

De ſuffragijs defunctorum. b

Aug. in ench

Neqꝫ negandū eſt
vt ait Aug. defunctorū aīas pietate ſuo
rum viuētiū releuari. cū pro illis ſacrificiū
mediatori offertur vel elemoſyne fiūt in ec
cleſia. Sed hec eis tm̄ ꝓ ſunt q̄ cū viuerent
hec ſibi vt poſtea poſſent ꝓdeſſe meruerūt

Quibus proſint orones et elemoſyne et ſacrificium et hmōi.

Eſt eñ quidam viuendi modus nec tā bo
nus vt non requirat iſta poſt mortem. nec
tam malus vt ei non proſint iſta quicqꝫ.
Eſt ꝟo talis in bono vt iſta non requirat:
ꝛ eſt rurſus talis in malo. vt nec his vale-
at: cū hec vita trāſierit adiuuari. Quo cir/
ca hic omne meritum comparat̄ quo poſ/
ſit poſt hanc vitam quiſpiam grauari vel
releuari. Nemo autem ſperet quod hic ne-
glexit cum obierit apud deum promereri.
Non ergo iſta que pro defunctis commen
dandis frequentat eccleſia illi apoſtolice
ſunt aduerſa ſentētie quā dictum eſt: Om-
nes ſtabimus ante tribunal chriſti: vt refe
rat vnuſquiſqꝫ ſm ea que ꝑ corpus geſſit.
ſcilicet bona vel mala. quia etiā hoc meri-
tum ſibi quiſqꝫ cum in corpore viueret cō-
parauit: vt poſſint ei iſta prodeſſe. Nō eñ
omnibus proſunt: ꝛ quare: Non niſi pro/
pter differentiam vite quam quiſqꝫ geſſit ī
corpore. Cum ergo ſacrificia ſiue altaris ſi
ue quarūcumqꝫ aliaꝝ elemoſynaꝝ pro ba
ptizatis omnibus offerunt̄ ꝓ valde bonis
grārum actiones ſunt. pro nō valde malis
ſunt propitiatiōes. Sed pro valde malis:
ꝛ ſi nulla ſunt adiumenta mortuoꝝ. tamen
qualeſcumqꝫ viuorum conſolationes ſunt
Quibus ꝟo proſunt. vel ad hoc proſunt.
vt ſit plena remiſſio vel certe vt tolerabi/
lior ſit ipa damnatio. Orationibus q̄ ſan-
cte eccleſie ꝛ ſacrificio ſalutari et elemoſy/
nis que pro eorum ſpiritibus offeruntur.

Augu. in ſermone de verbis apoſtoli.

non eſt dubium mortuos adiuuari. vt cū
eis miſericordius agatur a domino: qꝫ eo/
rum peccata meruerunt. Hoc enim a patri
bus traditum tota obſeruat eccleſia. Ut ꝓ
eis qui in communione corporis ꝛ ſangui/
nis domini defuncti ſunt. cum ad ipſum ſa
crificium loco ſuo commemorentur oretur
ac pro illis quoqꝫ id offerri commemoret̄.
Non eſt ergo ambigendū iſta prodeſſe de/
functis. ſed talibus qui ita vixerunt ante
mortem: vt poſſint eis hec vtilia eſſe poſt
mortem. Nam qui ſine fide operante ꝑ di/
lectionem eiuſqꝫ ſacramētis de corꝑe exie-
rūt fruſtra illis a ſuis huiuſmodi pietatis
officia impenduntur. cuius dū hic eſſent
pignore caruerunt. non miſericordiam ſibi
theſaurizantes: ſed iram. Non ergo mor-
tuis noua merita comparantur cū pro eis
aliquid boni operātur ſui. ſed eorum pre-
cedentibus conſequentia iſta redduntur.
Nam iſtam quiſqꝫ finiens vitā: niſi quod
in ea meruerit: non poterit habere poſt eā
Ecce quibus ꝛ qualiter proſunt illa que ꝓ
defunctis frequentat eccleſia. mediocriter
malis ſuffragant̄ ad pene mitigationē. me
diocrit̄ bonis ad plenā abſolutionē. Qui
non habent tāte ꝑfectiōis merita vt nō in/
digeāt iuuari ꝑ pauperes quoꝝ eſt regnum
celoꝝ q̄s ſibi fecerūt amicos de māmona
iniquitatis Quoꝝ tanta eſt ꝑfectio vt his

adiutorijs nõ indigeãt: quales ſũt apoſto/
Aug. de verbis apl̃i. li ⁊ martyres. Ut eñ ait Augu. Iniuria ē
ꝓ martyre orare in eccleſia. cui⁹ nos debe/
mus orationibus cõmendari. ꝓ alijs aũt
defunctis oratur.

De officijs ſepulture. c

De pompis & ex

Augu. in ſermone de verbis apoſtoli. equiarũ idem Augu. ita dicit. Pompa fu
neris agmina exequiarũ. ſumptuoſa dili/
gentia ſepulture. viuoꝝ ſunt qualiacunqꝫ
ſolatia: nõ adiutoria mortuoꝝ. Quia ſi ali
quid ꝓdeſt impio ſepultura ꝓcioſa oberit
pio vilis vel nulla. Preclaras exequias i
conſpectu hoim purpurato illi diuiti exhi
buit turba famuloꝝ. ſ; m̃lto clariores i cõ=
ſpectu dñi vlceroſo illi pauperi miniſteriũ
exhibuit angelorũ qui eũ extulerũt non in
marmoreũ tumulũ: ſ; in Abrae gremium.
Aug. i eod. Sit tñ cura mortuos ſepeliendi ⁊ ſepulcra
conſtruendi q: hec in ſcripturis ſanctis in
ter bona opera deputata ſunt nec ſolum in
corpibus pr̃iarcharũ aliorũqꝫ ſanctorum.
ſed etiam in ipſius domini corpore q̃ iſta fe
cerunt laudati ſunt. Impleant igit̃ homi/
nes erga ſuos offitia poſtremi muneris et
ſui humani leniamenta meroris. Uerum il
la que adiuuãt ſpiritus defunctorum ſcili=
cet oblationes orationes multo obſeruan
tius ꝓcurent.

De duob⁹ eque bonis quorũ alter plura poſt mortez hꝫ auxilia. d

Solet moueri que

ſtio de duobus vno diuite altero paupere
pariter ſ; medio criter bonis q̃ ꝓdictis ſuf/
fragijs indigent ⁊ meruerunt ꝑiter p⁹ mor
tem iuuari. pro altero xo id eſt pro diuite
ſpeciales ⁊ cõmunes fiũt orationes. mul/
teqꝫ elemoſynaruꝫ largitiones. pro paupe
xo non fiunt niſi communes largitiones ⁊
orationes. Queritur ergo an tñ iuuet͂ pau
per paucioribus ſubſidijs quantũ diues
amplioribus. Si non pariter iuuatur non
ei redditur ſ̃m merita. Meruit enim pari
ter iuuari. quia pariter boni extiterunt. Si
xo tantum ſuffragij conſequit͂ quantũ di/
ues: quid contulerũt diuiti illa ſpecialiter
ꝓ eo facta? Sane dici poteſt non ei magis
Reſpõſio. valuiſſe generalia ⁊ ſpecialia q̃ pauperi ſo
la generalia ſuffragia. ⁊ tamen profuerunt
diuiti ſpecialia non quidez ad aliud v̄l ma
ius aliquid ſed ad idez ad quod generalia
vt ex pluribus ⁊ diuerſis cauſis vnum ꝑ/
ciperetur emolumẽtum. Poteſt tamen di= Secunda melius.
ci aliter illa plura ſubſidia contuliſſe diuiti
celeriorem abſolutionem: non pleniorem.

Quibus ſuffragijs iuuabunt͂ mediocriter boni qui in fine inueniẽ=tur. e

Sed iterũ querit͂

de aliquo mediocriter bono qui talibus in
digens ſuffragijs in ipſo conſummatiõs ar
ticulo c[illegible] ⁊ reliquis migrabit: ſi ſaluus fue
rit. pro eo non offertur vlterius ſacrificiuꝫ
vel oratio vel elemoſyna. nec habebat tan
te perfectionis merita. que his ſuffragijs
non egerent. Nunquid ergo ſaluabitur?
Eſtimo eum quaſi per ignem tranſeuntem
ſaluari meritis ⁊ interceſſionibus celeſtis
eccleſie. que pro fidelibus ſemper interce/
dit voto ⁊ merito donec impleat͂ xp̃s.

Quomodo ſãcti glorificati audi=unt preces ſupplicantium et quo=modo itercedũt pro nobis ad do=minum. f

Sed forte queris

nunquid preces ſupplicantiũ ſancti audiũt
⁊ vota poſtulantiũ in eorum notitiam per
ueniũt. Non eſt incredibile animas ſancto
rum que in abſcondito faciei dei veri lumi
nis illuſtratione letantur: in ipſius contem
platione ea que foris agunt͂ intelligere. Q̃=
tum vel ill͂ ad gaudiũ v̄l nobis ad auxiliũ
ꝑtinet. Sicut eni angelis ita ⁊ ſanctis qui
deo aſſiſtunt petitiones noſtre innoteſcũt
in verbo dei quod contemplantur. vnde ⁊
dicuntur angeli oratiões ⁊ vota noſtra of
ferre deo. non quia eum doceant. ſ; q: eius
voluntatem ſuꝑ eis ꝯſulũt. Unde Aug⁹. Aug. in li. de orando ad deum.
Angelis qui ſunt apud deum innoteſcunt
petitiones nr̃e vt quodammodo eas offe/
rant deo ⁊ de his cõſulant. ⁊ quod deo iu/
bente implendũ eſſe cognouerunt. hoc no
bis euidenter vel latenter reportẽt. Unde
⁊ angelus hominibus ait cuꝫ oraretis ora
tionem veſtram obtuli deo. Ad omia qui/
dem ſcienda ſufficit deo ſua perfectio habꝫ
tamen nuncios. ideſt angelos. non qui ei

Aug. in li. xv de trini.

que neſcit annűciet. (Nő enim ſunt vlla q̄ neſciat) ꝫ bonű eorű eſt de opibus ſuis ei⁹ ꝯſulere veritatem. et hoc eſt qḋ ei dicűtur nőnulla nűciare. non vt ipſe ab eis diſcat: ſʒ vt ab eo ipſi ꝑ v̄buʒ eius ſine corꝑali ſono nunciēt etiā qḋ voluerit ab eo miſſi ad q̄s voluerit. totű ab illo ꝑ illud v̄buʒ eius audientes. i. in eius veritate inueniētes. q̄d ſibi faciendű: quid q̄bus ⁊ qñ nunciandum ſit. Nam ⁊ nos orantes eű nő eű docemus q̄ʒ nouit (vt ait v̄bű eius) pater veſter q̄d vobis neceſſariű ſit priuſq̄ȝ petatis ab eo.

Aug. in li. de gra no. teſta.

Nec iſta ex pte cognouit: ſʒ futura oīa temporalia atq̄ȝ in eis etiam q̄d ⁊ qñ ab illo petituri fueramus. ⁊ quos ⁊ de q̄bus reb⁹ vł exauditur⁹ vel non exauditurus eſſet ſine initio an̄ p̄ſciuit. Nő ḡ dr̄ angelus oratőes nr̄as offerre deo: q̄ſi deus tunc nouerit q̄d velimus ⁊ quo indigeam⁹ q̄ oīa an̄q̄ȝ fiant ſicut ⁊ poſtq̄ȝ facta ſunt: nouit. ſed q̄ʒ neceſſe hʒ rationalis creatura tꝑales cauſas ad eternā veritatē referre ſiue petendo q̄d erga ſe fiat: ſiue conſulendo q̄d faciat.

Qḋ dictuʒ eſt de angelis attribuit ſanctis animabus. G

Si autem angeli a deo ꝑ v̄bum eius diſcunt petitiones nr̄as ⁊ quid de his implendum ſit ⁊ q̄d nő. Cur non credamus ⁊ animas ſanctorum dei faciem contemplantiű in eius veritate intelligere p̄ces hominű: ⁊ que implēde ſint vel non. Inde eſt ꝙ deus dicitur exaudire p̄ces quorűdam nő ſolű quādo effectui mācipat: ſed etiam qñ innoteſcit curie angelorum ⁊ ſanctarű animarű quid inde futurű ſit vel nő: ⁊ quod cognoſcunt in dei volűtate eſſe volűt ⁊ ipſi. Adeo eñ ſuꝑne volűtati addicti ſunt: vt nihil p̄ter eius volűtatem queant velle. Intercedűt ḡ ad deű ꝓ nobis ſancti. ⁊ merito dum illorum merita ſuffragantur nobis. ⁊ affecta dum vota noſtra cupiunt impleri. Quod tamen non faciunt niſi in voluntate dei implenda didicerint. Oramus ergo vt intercedant ꝓ nobis. id eſt. vt merita eorum nobis ſuffragētur. ⁊ vt ipſi velint bonum noſtrum. q̄ʒ eis volentibus deus vult ⁊ ita fiet. Ex premiſſis conſtat ꝙ cum quibuſdā miſericordius agit deus q̄ȝ eoꝝ peccata meruerint. ſ. cuʒ mediocriter malis: qui ſuffragijs eccl'ie iuuantur.

Iſta eſt diſtinctio. xlv. hui⁹ quarti libri In qua mgr̄ poſtq̄ȝ oſtēſum eſt de his q̄ ad reſurrectionē pertinent Hic determīat de his que ptinent ad reſurgentiű remunerationē ⁊ punitionē Et circa hoc tria facit. Primo eñ oſtēdit quō anīe q̄ȝ cito a corꝑibus ſepant habitacul' iuxta ſua merita vł demerita reddant. Sc̄do quō defunctis exequie viuoꝝ ꝓ eis facte ſuffragant. Tertio inquirit vtrum bt̄i in patria ꝓ nobis deſcent. Primű facit vſq̄ȝ ibi De ſuffragijs defunctoꝝ. Sc̄m vſq̄ȝ ibi. Sʒ forte q̄ris. Tertiű vſq̄ȝ ad finē diſt. In ſpēali ſnīa mgr̄i ſtat in tribus ꝓpoſitionibus quaꝝ p̄ma eſt hec. Quam cito aīe in morte a ſuis corꝑibus ſepant mox ꝓ mō ſuorű meritorű diuerſis habitaculis reddētur. Hāc mgr̄ ponens dicit ꝙ anime defunctoꝝ iuxta ſua merita diuerſis habitaculis reddentur vſq̄ȝ ad diem iudicij. Poſt iudicű v̄o earum pena vel gloria augebitur. quod autoritate beati Augu. ꝓbat. Vñ infero ꝙ ſicut facta reſurrectiōe pena maloꝝ auget. ita gl'ia ſeu beatoꝝ gaudiű plus ꝑficietur. Sc̄da ꝓpoſitio eſt hec. Illi de orationibus ⁊ elemoſynis eccleſie illic hunc ꝑfectum recipiűt: q̄ hic talia vt eis ꝓficerint meruerűt. Hanc mgr̄ inſinuans dicit mortuos viuorű ſuffragijs iuuari. ſi tñ hoc meruerűt dum viuerent Poſtea ſubdit ꝙ iſta que hic ꝓ defunctis frequētat eccleſia mediocriter malis ſuffragant ad pene mitigationem. ⁊ mediocriter bonis ad pene ſolutionem. Et facta pro valde bonis qui ſuffragijs nő indigent ſunt gr̄arum actiōes. ⁊ facta ꝓ ſumme malis qui iuuari non poſſunt. q̄uis nő ſunt eis adiumēta: ſunt tamen ad viuentiű conſolatōnem. qḋ autoritate beati Auguſtini cőfirmat. Poſtea dicit ꝙ pompe que fiunt in obſequijs ſunt ad viuorű ſolatiű: nő ad mortuoruʒ ſuffragiű. laudabile tamē ē circa mortuorum ſepulturam curam impendere. Poſtea mouet queſtionem de diuite ⁊ pauꝑe: quoꝝ vterq̄ȝ cum ſit mediocriter bonus ſuffragijs indiget ⁊ ambo pariter poſt mortem meruerűt iuuari. ⁊ ꝓ diuite fiunt multa ſuffragia generalia et ſpecialia. ꝓ pauꝑe v̄o tm̄ generalia. vtruʒ iuuetur pauper paucioribus ſuffragijs q̄ȝtum diues amplioribus. Et videtur ꝙ ſic. ꝙ vterq̄ȝ meruit iuuari ⁊ equaliter boni fuerűt. Cőtrarium aűt videtur quia al's nihil cőferrent ſpecialia ſuffragia diuiti pro eo facta. Et reſpondet magiſter ꝙ tantű valent pauperi ſola generalia ſuffragia q̄ȝtum diuiti generalia ⁊ ſpecialia ſuffragia. ⁊ tamen ꝓfuerunt ſpecialia ſuffragia diuiti non ad aliud vel maius aliquid: ſed ad idem ad quod generalia vt ex pluribus cauſis vnum ꝑciperet emolimentum. Vel poteſt dici illa plura ſuffragia diuiti cőtuliſſe celeriorem abſolutionem ⁊ non pleniorē. Poſtea querit de illo qui ſuffragijs indiget ⁊ moriat in ipſa conſummatione ſeculi quando vlterius ſuffragia impendi non poterunt vtruʒ talis ſaluabit? Et reſpondet ꝙ talis ꝑ ignem tunc futurum ⁊ ꝑ orationes celeſtis eccleſie ſaluabit. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Angeli orationes noſtras deo offerunt. ⁊ ea que hic apud nos agűtur recognoſcunt. Hanc magiſter inſinuās querit. vtrű ſancti preces noſtras ⁊ vota ſibi porrecta audiant ⁊ ſciant? Et reſpondet ꝙ angeli ⁊ ſancti diuinā facieʒ videntes ea que apud nos geruntur cognoſcunt q̄ȝtum ad eorum gaudium ꝑtinet ⁊ noſtrum auxilium vnde ⁊ angeli dicunt orationes noſtras ſemꝑ offerre deo. non tanq̄ȝ deum inſtruentes: ſed quid circa nos agendum ſit ad eius veritatem ducentes. vnde preces noſtre dicunt exaudire quādo celeſti curie earum exauditio innoteſcit: ſeu earű euentus futurus manifeſtatur. Et tm̄ in ſpeciali.

Si valde malis detur mitigatio pene. a

DI.XLVI

Ed querit hic

ſ de valde malis. vtrũ ⁊ ipſi in ali
qua penarũ mitigatione dei mi-
ſericordiã ſentiãt vt minꝰ ꝙ̃ meruerint pu-
niantur? Quidã autumant eos nullaꝫ rele
Augu. ſuper octonarium. uationẽ pene habituros. qđ ꝯfirmãt Jaco
bi autoritate dicẽtis. Judiciũ ſine miſcꝺia
fiet illi ꝗ non fecit miſcꝺiam. Aug. etiã ait.
Miſericordia hic. iudiciũ in futuro. Jdẽ
diſtinguẽs quõ oẽs vie dñi ſint miſcꝺia et
veritas ait. Erga ſanctos omẽs vie dei mi
ſericordia: erga iniquos omnes veritas qꝛ
⁊ in iudicando ſubuenit. ⁊ ita non deeſt mi
ſericordia: ⁊ in miſerando id exhibet qđ ꝓ
miſit ne deſit veritas. Erga omnes autem
quos liberat ⁊ ꝯdẽnat oẽs vie ſunt miſeri-
cordia ⁊ veritas. qꝛ vbi nõ miſeret̃: vindi-
cte veritas datur. Dicẽs vbi nõ miſeretur
dat intelligi aliꝗd a deo fieri vbi ipẽ nõ mi
ſeret̃. Sed his occurrit qđ ait Caſſio. ſup
Pſal. l. loquens de miſericordia et pietate
dei. He duo inquit res iudicio dei ſꝑ ad-
iuncte ſunt. Ergo ⁊ in punitione malorum
non eſt iuſticia ſine miſcꝺia. Jdem de iudi
cio ⁊ miſericordia ait. Hec duo mutua ſo-
cietate ſibi iunguntur. Jn his breuit̃ om-
nia opera dei includit. Aug. ꝙ̃ reſpõdens
illis qui reproboꝝ ſupplicia finem habitu-
ra contendunt. ita illorum repellit opinio-
nem aſſerens reprobos ꝑpetuo puniẽdos
vt eorum ſupplicia mitigari aliquatenꝰ nõ
Aug. Ienchi. contra illos ꝗ aſſerũt malorum cruciatꝰ terminãdos. neget. Fruſtra inquit nõnulli eternã dam-
nandorum penam et cruciatus ſine inter-
miſſione ꝑpetuos humano miſerent̃ affe-
ctu. atꝙ ita futurũ eſſe nõ credũt. Nõ qui-
dem ſcripturis aduerſando diuinis: ſed ꝓ
ſuo motu dura queꝙ molliendo ⁊ in lenio-
rem flectendo ſniam. ꝗ putant in eis terribi
lius eſſe dicta ꝙ̃ verꝰ. Non eñ (inquiũt)
obliuiſcet̃ miſereri deꝰ aut cõtinebit in ira
ſua miſericordias ſuas. Hoc ꝗdeꝫ in pſal-
mo legit̃ ſed de his itelligit̃ ꝗ ſunt vaſa mi
ſericordie: qꝛ ⁊ ipſi non ꝓ meritis ſuis: ſed
deo miſerante de miſeria liberant̃ Aut ſi h
ad omnes eſtimant ꝑtinere. non iđ neceſſe
eſt vt damnatiõem opinent̃ finiri poſſe eo-
rum: de ꝗbus dictum eſt. Jbunt hij in ſup
pliciũ eternũ. Ne hoc mõ putet̃ habitura
finem felicitas eorũ. de ꝗbus ecõtrario di-
ctum eſt. Juſti aũt in vitã eternã. Sed pe-
nas damnatorũ certis temporibꝰ eſtiment
(ſi hoc his placet) aliquatenus mitigari.
Et ſic quippe itelligi poteſt manere ira dei
in illis. i. ipa damnatio. Hec eniꝫ vocatur
ira dei non diuini animi perturbatio vt in
ira ſua. i. manente ira ſua nõ cõtineat miſe-
rationes ſuas. nõ eterno ſupplicio finẽ dan
do: ſed leuamen adhibendo vel interponẽ-
do cruciatibus. qꝛ nec pſalmus ait ad fini-
endam irã ſuam vel poſt irã ſuaꝫ. ſed in ira
ſua. Que ſi ſola eſſet: alienari a regno dei ⁊
carere magna multitudine dulcedinis dei
tam grandis tñ eſt pena. vt ei poſſint nul-
la tormenta que nouimus cõpari. ſi illa ſit
eterna: iſta aũt ſit quãlibet multis ſeculis
longa. Manebit ergo ſine fine mors ꝑpe-
tua dãnatoꝝ. ⁊ ipſa omnibꝰ erit cõmunis
ſicut manebit communiter oim via eterna
ſanctorũ. Ecce ita aſſerit hic penas repro-
borum nõ eſſe finiendas. qđ nõ improbat
ſi dicatur eoꝝ ſupplicio aliqđ leuamen ad-
hiberi. Unde nõ incongrue dici põt deum
et ſi iuſte id poſſit. non omnino tñ punire
malos in futuro quãtũ meruerunt. ſed eis
aliquid ꝙ̃tũcũꝙ mali ſint đ pena relaxare

Determinat premiſſas autoritates. b

Quod ergo dictuꝫ

eſt iudiciũ ſine miſericordia fieri illi qui nõ
fecit miſericordiã. ita intelligi põt. Et iudi-
cium damnatiõis fiet illi ꝗ nõ fecit miſeri-
cordiam. ꝓ eo ꝙ fuit ſine miſericordia. vel
fiet iudiciũ ei ſine miſcordia. liberãte ⁊ ſal
uante. qui tñ in aliꝗ pene alleuiatõe ⁊ miſe
cordiam dei ſentiet. Jta cũ dicit̃ miſericor
dia dei hic. iudiciũ in futuro nõ negat̃ ꝗn i
futuro ſit miſcꝺie effectus. ⁊ in electis ꝗ ꝑ
miſericordiã ab oi miſeria liberabunt̃. ⁊ in
reprobis qui minus ꝙ̃ meruerit cruciabũ-
tur Sed hic non ſine cauſa dicitur fieri dei
miſericordia: ⁊ iudiciuꝫ in futuro. qꝛ ⁊ hic
multis modis miſeretur deus ꝗbus nõ mi
ſerebit̃ tunc. Uocat eñ deus nunc pecca-
tores ⁊ iuſtificat: qđ tunc non faciet: ⁊ tũc
reddet ſingul' ſꝫm merita ſua. manifeſte iu-
dicabit qui nunc occulte iudicat. Cuꝰ De occulto iudicio.
occultũ iudiciũ (vt ait Aug.) intelligitur Augu. ſuper pſal. viij.
pena qua quiſꝙ vel exercet̃ ad purgatiõꝫ
vel monetur ad conuerſionem. vel ſi con-
temnit excecatur ad damnationẽ. Occul-
tum ergo iudiciũ dei pena dicitur: qua iu-
dicat purgando: conuertendo vel excecan
do Judicia quoꝙ dei interdum appellan-
tur diſpoſitiones eius de omnibus rebus

De ſententia iudicis. Un̄. Quā incōprehēſibilia ſūt iudicia eiꝰ ꝛ iudicia eius abiſſus multa. Judiciū aūt quo in futuro iudicabit: intelligitur ſententia iudicis qua vētilabitur area .i. diuidētur localit̄ boni a malis miniſterio angelorum: ꝛ iſti in vitam ducent̄: illi in ſupplicium mittentur qui nunc ſimul mixti ſunt.

De iuſticia ꝛ miſericordia dei. C

Sed quomodo iuſticiam dei ꝛ pietatem .id eſt miſericordiaȝ ſupra aoſſiodorus duas eſſe res dixit: que ſemper adiuncte ſunt iudicio dei. Juſticia em̄ dei ꝛ miſericordia non due res ſunt ſed vna res .i. vna diuina eſſentia eſt. ſicut ſupra pluribus autoritatibus oſtenſum eſt. *De opꝫibus iuſticie ꝛ miſericordie dei et bonitatis.* Quia non eſt deo aliud eſſe miſericordē ꝗ̄ miſericordiam: nec iuſtum ꝗ̄ iuſticiam ſed idem prorſus. Nec aliud eſt ei eſſe miſericordem ꝗ̄ iuſtum: vl̄ miſericordiā ꝗ̄ iuſticiam ſed omnino idem: quia nō denominatiue ſed eſſentialiter hec de deo dicuntur. Cur ergo dicit ſcriptura de operibus dei quedā eſſe miſericordie: quedam iuſticie? Si enim iuſticia dei miſericordia eſt: quecunqꝫ ſunt opera miſericordie: eſſe videntur iuſticie ꝛ ecōuerſio. *Reſpōſio.* His reſpōderi potes ſic: illis locutiōibus quibus huiuſmodi opm̄ fiunt diſtinctiones: vt alia miſericordie: alia iuſticie: alia bonitati attribuātur nō diuerſitas ſubiacētis. id eſt rei his vocabulis ſignificate exprimitur ſed varietas ſenſuum ꝛ effectuum in creaturis monſtratur. Cū em̄ dicitur deus iuſtus vel iuſticia: eſſentia diuina predicatur: ꝛ etiā ꝙ ipſe ſit diſtributor: ꝛ iudex meritoꝝ itelligi datur. Jta ꝛ cum dicit̄ miſericors: eſſentia diuina predicat̄: ꝛ inſuper ꝙ ipſe ſit miſeroꝝ liberator intelligi datur. Similit̄ cū dicitur bonus: eſſentia diuina predicatur. Et cū dicit̄ deus: ꝛ inſuper auctor oīm bonorū oſtendit̄. Jta ꝛ cum dicit̄ deus: eſſentia diuina predicat̄: ꝛ ipſe timendus oñditur. Jnde ergo quedā opa miſericordie quedam iuſticie dicunt̄: nō quin diuina eſſentia hec ꝛ illa operet̄: et quin hec ꝛ illa ſint opa diuine eſſentie que dicit̄ miſericordia ꝛ iuſticia: ſed q: quedā ſunt quibus iudex ꝛ equus diſtributor: quedā quibus oſtenditur miſerator. Miſericors em̄ dicitur in natura miſerator in exhibitione: ꝛ in ꝗbuſdam operibus dicitur effectus eſſe miſericordie in quibuſdaȝ effectus iuſticie: nō ꝙ aliud efficiat iuſticia: aliud miſꝭcordia dei ſi ad eſſentiam referas: ſed q: ex quibuſdaȝ effectibus intelligit̄ iudex: ex quibuſdam miſerator: vel vt quibuſdā placet iuſtus ꝛ miſericors. Sed ſm̄ hoc occurrit q̄ſtio. quō ex alijs oſtendat̄ iuſtus ꝛ ex alijs miſericors cū ſit idem ei eſſe iuſtū ꝛ eſſe miſericordē? Si em̄ ſm̄ eandē rationē dicit̄ iuſtus ꝛ miſericors: ex eo ope quo intelligit̄ iuſtus intelligitur miſericors ꝛ econuerſo. Sȝ dixi ſupra q: cū dr̄ deus iuſtus ꝛ miſericors ita eadē diuina eſſentia ſignificat̄. ꝛ ſm̄ eā idē p̄dicat̄ vt etiā quedā diuerſa intelligant̄. Jntelligimꝰ em̄ ꝑ hoc eū eſſe miſeratorē ꝛ iuſtum iudicē. Qd̄ euident̄ Origenes oſtendit dicēs. *Origenes.* Omnia que dei ſunt chriſtus eſt: ipſe ſapientia eius: ip̄e fortitudo .iuſticia. ſanctitas. ip̄e prudētia. Sȝ cū vnum ſit in ſubiacēti ꝑ varietate ſenſuum diuerſis nuncupat̄ vocabulis. Aliud em̄ ſignificat ſapientia: aliud iuſticia. Quādo em̄ ſapientia dr̄: diſciplinis te diuinarū humanarumqꝫ rerum inſtruere intelligitur. Quādo iuſticia: diſtributor vel iudex meritorū inſinuatur Jta ꝛ prudentia cū dicit̄ doctor ꝛ demonſtrator bonarū vel malarum rerū vel neutrarū intelligit̄.

Autoritatibus probat quedaȝ iuſticie. alia miſericordie. alia bonitati attribui. D

Q aūt quedā opera miſericordie: quedā iuſticie: quedā bonitati attribuant̄: in ſcripturis facile eſt reperire. Et de miſericordia quidē ꝛ iuſticia manifeſtum eſt: de bonitate vero ꝛ miſericordia amplius latet. Sed Augu. docet il- *Augu. ſuper pſal. cxxxv.* la opa ꝓprie ad miſericordiā ꝑtinere quibus aliqui a miſeria liberant̄. Ad bonitatē vero nō ſolū illa, ſed facturam ꝛ gubernationem naturaliū ita dicēs. Ad miſcdiam ꝑtinet ꝙ a peccatis mūdat: ꝛ de miſeria liberat. Ad bonitatē vo ꝙ celū ꝛ terram et omnia valde bona creauit vt eſſent Jdem *Jdem ſuper pſal. xxxij.* Celi non indigent miſericordia: vbi nulla eſt miſeria: in terra hominis abundat miſeria ꝛ ſuꝑabundat dei miſericordia. Miſeria ergo hominis ꝛ miſericordia dei plena eſt terra nō celi: qui non indigent miſericordia: indigent tamē regēte domio. Omnia em̄ indigent domino ꝛ miſera ꝛ felicia quia ſine illo miſer nō ſubleuat̄: felix nō regitur. Jtem alibi. Miſericordia eſt erga miſeros: bonitas erga quoſlibet. Jnterdū tamen miſericordia large accipitur vt bonitas.

Q

Quō vniuerſe vie dn̄i dicātur miſericordia ⁊ veritas. e

Poſt hec cōſideraṙi oportet: ex quo ſenſu vniuerſe vie domini dicanꝶ miſcḋia ⁊ ṽitas. Hoc multipliceē recipit expoſitōez. Uniuerſe em̄ vie dn̄i miſcḋia ⁊ ṽitas q̄bus ad nos venit: vt ait Aug. ſup pſal. intelligunꝶ duo aduentus. Prim⁹ in quo manifeſtā ⁊ multiplicē miſericordiā nobis exhibuit: ⁊ ſcḋs in q̄ requirendo merita iuſticiā exhibebit. Uniuerſe etiam vie dn̄i .i. quibus ad dn̄m aſcendimus ſunt iuſticia qua a malo declinamus ⁊ miſericordia qua bonū facimus. In his em̄ duobus omne bonū meritū includitur Sꝫ cū ſupius Caſſioḋ. dixerit in his duobus omnia opera dei includi merito queri poteſt an in omni ope domini hec duo mutuo ſibi iunganꝶ: Quibuſdā placuit nō in oī̄ ope dn̄i hec duo ꝯcurrere ſm̄ effectuꝫ dico nā ſm̄ eſſentiā n̄ diuidiꝶ miſcḋia a iuſticia: ſed vnū eſt. Ueꝝ ſm̄ effectū nō in oī ope dn̄i dicūt eſſe miſericordiā ⁊ iuſticiam ſꝫ in quibuſdā fatenꝶ tm̄ miſcḋiam ⁊ alijs iuſticiā: atqꝫ in alijs miſcḋiam ⁊ iuſticiam Fatētur tn̄ dn̄m oīa q̄ fecit miſericorditer agere ⁊ iuſte: referētes rōnem dicti ad dei voluntatē q̄ iuſticia eſt ⁊ miſericordia: nō ad effectus miſericordie ⁊ iuſticie q̄ ſunt in rebus Alijs aūt videꝶ ꝙ ſicut dr̄ deus omnia opa ſua iuſte facere ⁊ miſericordiꝶ: ita ꝯcedendū ſit in oī ope dei iuſticiā eſſe ⁊ miſericordiā .i. clementiā ſm̄ effectū vl̾ ſignū q̄ nullū opus dei eſt in quo nō ſit effectus vel ſignū equitatis ⁊ clementie ſiue occulte ſiue apte. Aliqn̄ em̄ manifeſta eſt clemētia ſiue benignitas ⁊ occulta eq̄tas: aliquādo econuerſo.

Iſta eſt diſtinctio. xlvj. h⁹ quarti libri. In qua mgr̄ poſtꝙ̄ ſupius determinauit de remuneratione ⁊ punitione aīaꝝ an̄ iudiciū ⁊ reſurrectionē. Hic determiāt de diuina iuſticia ⁊ miſcḋia q̄bus p̄dicta diſpenſanꝶ. Et ſnīa hui⁹ diſ. in ſpāli ſtat in iſta ꝓpoſitiōe. In p̄miatione damnatorū hoīm ⁊ angeloꝝ iuſticiā ⁊ miſericordiā ſeruat creator eoruꝫ Hanc mgr̄ inſinuās querit. vtrū circa damnatos ſit aliqua dei miſcḋia. Et arguit ſm̄ quaſdā ꝙ non per plures autoritates. Poſtea obijcit ꝑ quoſdā autoritates ⁊ ꝓbat penas damnatoꝝ nunꝙ̄ eſſe finiēdas Poſteā ſoluit dicens ꝙ circa dānatos eſt aliqua dei miſericordia in pene impoſitiōe ⁊ mitigatiōe nō tamen penitus in abſolutione vel occulta peccatorum reuocatione. ſicut contingit in p̄ſenti. Et ex hoc pn̄t ſolui autoritates in ꝯtrarium adducte q̄ nō omnino miſcḋiam dei a dānatis excludunt. Addit etiam q̄d ꝑ occultū dei iudiciū intelligaꝶ. qn̄qꝫ em̄ intelligiꝶ pena qua aliquis exercitaꝶ ad purgationeꝫ vel moueꝶ ad ꝯuerſionem vel ſi cōtemnit excecaꝶ ad damnationem. quādoqꝫ intelligiꝶ dei diſpoſitio d̾ omnibus rebus qn̄qꝫ vero finalis ſententia que in futuro malos a bonis ſepabit. Poſtea querit cū dei miſericordia ⁊ iuſticia idē ſint qualiter quedā opa attribuunꝶ miſericordie ⁊ alia iuſticie. Et rn̄det ꝙ hoc eſt propter diuerſitatē ꝯnotatoꝝ vel diuerſarum de deo conceptionum ꝓpter quā etiā diuerſitatem aliqua diuine bonitati attribuunꝶ aliqua miſicordie. bonitas em̄ reſpicit gratuitā dei donationeꝫ. miſericordia ṽo a malo liberationē. Poſtea querit quō intelligendum ſit ꝙ vniuerſe vie dn̄i ſunt miſericordia ⁊ veritas. Et rn̄det q̄ hoc ideo dr̄ ꝙ cum ſit duplex aduentus dei. vnus miſericordiā alius iuſticiā reſpicit. vel hoc ꝓ tanto dr̄. q̄ ad deum imus mala declinando ꝑ iuſticiā. bona opa faciēdo ꝑ miſericordiā. ⁊ ſic vniuerſe vie dn̄i miſericordia ⁊ veritas quib⁹ ad deū imus Ultimo q̄rit vtrū in oī ope dei miſcḋia ⁊ ṽitas includanꝶ. Et rn̄det ſm̄ quoſdā ꝙ nō ſm̄ effectum. ſed ꝙ in quibuſdā ſit tm̄ miſcḋia ⁊ in q̄buſdam tm̄ iuſticia in q̄buſdaꝫ miſcḋia ⁊ iuſticia ſit. Dicunt tn̄ in oī ope dei ꝯtineri ambo ſm̄ eſſentiā. q̄ vna ⁊ eadē voluntas dei eſt iuſticia ⁊ miſcḋia. Alij ṽo dicunt ꝙ etiaꝫ ſm̄ effectū vel ſignū in omni ope dei ꝯcurrunt ſimul miſcḋia ⁊ iuſticia. ita ꝙ nullū opus dei ſit in quo nō ſit effectus vel ſignum eq̄tatis ⁊ miſcḋie ſiue occulte ſiue apte. Et tm̄ in ſpeciali.

De ſententia iudicij. a

Ulet etiā queri qualiꝶ dabiꝶ iudicij ſententia Sꝫ nō eſt ꝑſpicuū id explicare Non em̄ ſcriptura apte diffinit an voce illa ꝓferāꝶ. Uenite bn̄dicti. ⁊ Ite maledicti. an virtute iudicis ita fiat ꝯſcientijs ſingulorꝫ atteſtantibus. vt mō diciꝶ futurū vt iudicis potentie effectus: ipſius dictione ſignificeꝶ. Illa etiam. Eſuriui et nō dediſtis mihi manducare ⁊ hmōi magis ꝯſcientijs exprimenda plurimi putant q̄ verbis: q̄ apl̄us in momento et in ictu oculi miſteriū ꝯſummandum tradit. Sꝫ illud ad reſurrectiōis ſtatū tm̄ referunt non ad iudiciū: qui alij iudicij ſententiā et malorum increpationes ⁊ bonoꝝ premia verbis exprimenda aſſerunt. DI. XLVII

Qō iudicabunt ſancti ⁊ quō. b

Non autem ſolus chriſtus iudicabit: ſꝫ ⁊ ſancti cū eo iudicabūt natiōes. Ipē em̄ apl̄is ait. Sedebitis ⁊ vos ſuꝑ duodeci ſedes iudicātes duodecim trib⁹ iſrl̄. Nec ē putandū ꝙ duodecim apl̄is tm̄ h̄ ꝓmiſerit xp̄us. Ubi em̄ ſedebit paul⁹ q̄ pl⁹ oībus laborauit ſi non ibi ſedebunt niſi. xij. Per duodecim ergo ſedes ꝑfectio tribunalis .i. vniuerſitas iudicantiū intelligiꝶ. ſ. oēs ꝑfecti q̄ relictis oībus ſecuti ſūt xp̄m. Per duodecim trib⁹ vniuerſitas iudicandorū. Iudicabunt vero eos

De duodecim ſedibus

sancti nõ mõ coopatione. sed etiã autoritate ⁊ potestate. Vñ Gladij ancipites in manibus eoꝝ. i. sentẽtia de bonis ⁊ de malis in potestate eoꝝ. Si vero queriť que erit eoꝝ potestas vel autoritas in iudicando? Puto nõ ante posse sciri ꝙ̃ videať: nisi diuina reuelatione quis didicerit.

De ordinibus eorum qui iudicandi erunt. c

Gregoͦ. super Job.

Erunt autẽ quatuor ordines in iudicio. Due quippe sunt partes. electoꝝ. s. ⁊ reproboꝝ. vt Greg. in moralibus ait Sȝ bini ordines eisdẽ singulis partibus continenť. Alij eñ iudicantur ⁊ ꝑeunt: alij nõ iudicanť ⁊ pereũt. Alij iudicantur ⁊ regnant: alij non iudicantur ⁊ regnant. Judicanť ⁊ ꝑeunt quibus dominica inclamatione diceť. Esuriui ⁊ non dedistis mihi man. ⁊c. Nõ iudicanť ⁊ pereunt quibus dñs ait. qui nõ credit iam iudicatus est. Eorum eñ damnatio toti ecclesie nota est ⁊ certa. ⁊ ideo dicunť tunc non iudicari: qꝛ ad ꝯspectum districti iudicis cũ aperta damnatione sue infidelitatis accedent. Qui vero ꝓfessionē fidei sine opibꝰ habent: iudicabunť ⁊ peribũt. i. redarguentur vt pereant. Qui vero nec fidei sacramenta tenuerũt: increpationem iudicis in se fieri nõ audient: qꝛ infidelitatis sue tenebris ꝑiudicati: eius quẽ despexerant inuectione redargui nõ merenť. Illi aũt saltem verba iudicis audient. qui eius fidem saltem verbo tenuerũt. Illi aũt in damnatione sua eterni iudicis nec verba ꝑcipient: ꝗ eius reuerentiam nec verbotenus seruare voluerunt ⁊ ideo illi iudicãdi: ſ isti non iudicandi dicunť. Ex electorũ vero ꝑte alij iudicanť ⁊ regnant. s. qui vite maculas lachrymis tergunt: ⁊ elemosynarũ superinductione operiunt: quibus iudex veniens in dextera cõsistẽtibus dicet. Esuriui ⁊ dedi. mihi mandu. Alij aũt nõ iudicanť ⁊ regnãt. qui etiã precepta legis ꝑfectiori virtute transcendũt: qꝛ nõ hoc solũ quod lex precipit implere contenti sunt: sed ⁊ qđ ad ꝑfectionem consuliť implere student. De quibus ꝓpheta ait. Dominus ad iudiciũ veniet cum senatoribus populi sui. Et salomon de ecclesie sponso loquens ait. Nobilis in portis vir eius qñ sederit cuȝ senatoribus terre: ⁊ Job ait. Nõ saluat impios ⁊ pauperibus iudiciũ tribuit. Hij ergo recte sub generali iudicio nõ tenenť: sed iudices venient: qꝛ ⁊ precepta generalia viuendo vicerunt: ⁊ omnibꝰ relictis xp̄m secuti sunt. Recte pauperibus iudicium tribuit: qui quãto huic mundo magna humilitate despecti sunt: tanto tunc maiori culmine potestatis excrescent. De talibus dicitur. Qui vicerit dabo ei sedere mecuȝ in throno meo sicut ⁊ ego vici ⁊ sedi cũ patre meo in throno eius. Vincẽs dñs cum patre in throno sedit: qꝛ post passionis certamen et resurrectionis palmam ꝙ patri esset equalis: omnibus claruit. Nobis vero in throno filij sedere: est ex eiusdem filij potestate iudicare. Quia eñ iudicandi principatum ex eius virtute ꝑcipimus: quasi i throno eius residemus. Ex his apparet ꝙ etiã ꝑfectiores sancti cum xp̄o iudicabunt potestate: ⁊ quare quidam dicunť iudicãdi alij non iudicandi. Apocal. iij.

De ordine iudicij et ministerio angelorum. d

Cum aũt in euãgelio legať: ꝙ dñs mittet angelos suos qui colligent de regno eius omnia scandala: et mittent iniquos in caminũ ignis. Et item Exibunt angeli et sepabunt malos de medio iustorũ ⁊ mittent eos in caminũ ignis Et itẽ. Mittet angelos suos cũ tuba ⁊ cõgregabunt electos a quatuor ventis: ⁊ ꝓpheta dicit. Congregate illi sanctos eius Ministerio angelorum illa impleri dubitandũ non est. Domino eñ veniente ad iudiciũ ꝑcedet ante eũ ignis quo combureť facies mundi huius: ⁊ ꝑibit celũ et terra. non ẜm substantiã. sed ẜm speciem que immutabitur: celũ quidẽ aereum nõ ethereũ Tm̃ enim ascendet ignis in iudicio ꝗ̃tum ascenderũt aque in diluuio. Ille aũt ignis malis ꝗ repti fuerint viui: erit ꝯsumptio: bonis vero nõ. vt ait Augꝰ. Hoc erit incẽdium mundi sanctis: qđ fuit caminus tribus pueris. In quibus si aliquid purgandum fuerit ꝑ illũ ignem purgabitur. Alijs vero nullã ingeret molestiã. Purgato xͦo ꝑ ignem mundo: ⁊ ad iudiciũ veniente domino emittetur vox illa magna qua resurgent omnes mortui: ⁊ tunc ministerio angelorũ ventilabitur area: quia boni cõgregabuntur ibi de quatuor partibus mundi angelico ministerio: quo ⁊ rapienť obuiã xp̄o in aera: reprob in terra quã dilexerũt remanẽtibus. Et tunc preconia illa bonorum: esuriui. ⁊ dedistis mihi manducare ⁊

increpatiões ille malorũ: eſuriui ⁊ non de
diſt. mihi mãdu. ⁊c. ꝓferent: vel ſono vo-
cali vel alio modo. Denique ꝓferet ſenten-
tia ſup vtroſque. Venite bñdicti: ⁊ ite male
dicti ⁊c. Et miniſterio angelorum virtute
dei coopante: mittentur mali in caminum
ignis: hoc eſt in infernum.

Si poſt iudicium demones pẽrũt hominibus ad puniendum. e

Et ſolet queri vtrũ

in inferno malis ad puniendũ pſint demo-
nes poſt iudiciũ: quos carnifices tortoreſ-
que animarũ ſcriptura appellat. Apoſtolus
dicit: ꝙ xp̄s tunc euacuabit omnem princi
patum ⁊ poteſtatẽ ⁊ virtutẽ. Dum eñ du
rat mũdus: angeli angelis: demões demo
nibus: homines hoībus pſunt. Sed om-
nibus collectis: iam omnis p̄latio ceſſabit
Huic quidã putant poſt iudiciũ demo-
nes non habere poteſtates cruciandi ho-
mines ſicut modo. Sed vt demones ꝟtu-
te dei cruciari ſine creature miniſterio aſſe
rũt ſic reprobos homies ibi non ꝑ opatio-
nem demonum: ſed virtute diuina tantum
eternis ſubijci cruciatibꝰ. Premiſſa tamẽ
autoritas non id cogit ſentire: que ⁊ ſi aſſe
rat tũc nec demones demonibꝰ: nec hoies
hominibus preeſſe: nõ diffinit tñ an demo
nes preſint hominibus ad torquendũ: vñ
quibuſdã videtur eos ſic cõſtare hoibus
tortores in pena ſicut extiterũt incentores
in culpa.

Iſta eſt diſtictio. xlvij. huiꝰ quar
ti libri. In qua magiſter poſtquã oſtẽſum eſt de remu
neratiõe ⁊ punitione p̄cedente iudiciũ generale Hic
vero determinat de ipo iudicio ⁊ ꝑtinentibus ad ip-
ſum. Et tria facit. Primo eñ agit de modo iudicij ⁊
aſſeſſoribus. Scđo de angelis iudicãdos ad iudiciũ
ꝯgregantibꝰ. Tertio de demonibus dãnatos puniẽ
tibus. Primũ vſque ibi. Nõ aũ ſolus xp̄s. Scđm vſque
ibi. Et ſolet queri. Tertiũ vero vſque ad finẽ diſtin.
In ſpeciali ſentẽtia magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitio
nibus quarum p̄ma eſt hec. In extremo iudicio vni
uerſitas ꝑfectoꝝ iudicabit collegium reproborum.
Hanc magiſter inſinuans ꝓponit primo ꝙ quidã po
nunt iudiciũ non voce vel ſcriptura ꝓferendum q̄a
apoſtolus dicit illud fieri ictu oculi. Sed diuina vir-
tute atteſtantibꝰ conſcientijs ſinguloꝝ qua pena vł
quo p̄mio digni ſunt. Alij ꝟo ꝯtrariũ ponũt ⁊ ꝟba
p̄miſſa apoſtoli reſurrectõis ſtatu ⁊ nõ de iudicio in
telligunt. Poſtea dicit ꝙ nõ ſolũ chriſtus iudicabit
ſed vniuerſitas ꝑfectoꝝ cũ eo qui ꝑ duodecim ſedes
ītelligunt. vt ꝑ duodecim tribꝰ iſrł vniuerſitas iudi
candoꝝ deſignat. Iudicabũt aũt ſcti nõ ſolũ coope
ratione ſed etiã autoritate ⁊ poteſtate. que tñ ſit il-
la eoꝝ poteſtas in iudicãdo. antequã videat ſciri non
põt. niſi quis hoc diuina reuelatione didicerit. Po
ſtea dicit ꝙ quatuor erũt ordines in iudicio. Alij ve
ro iudicantur ⁊ pereunt. Alij ꝟo nõ iudicant et pe
reunt. Alij vero iudicant ⁊ ſaluant. Alij nõ iudicã-
tur ⁊ ſaluant ſicut per exẽpla declarat. Secũda pro
poſitio eſt hec. Miniſterio angeloꝝ ꝯgregabuntur
ad iudiciũ exercitus iudicandoꝝ. Hãc magiſter po
nens oſtendit quid angeli faciant. ⁊ dicit ꝙ eorũ mi
niſterio ꝯgregabunt omnes ad iudiciũ quorum mi-
niſterio ignis ꝯflagrationis precedet quo combure
tur facies vniuerſi. ſ. huius mundi. ⁊ tantũ aſcendet
q̄tum aſcenderunt aque in diluuio. purgato autem
per ignem mũdo diuina virtute ⁊ angelorũ miniſte-
rio reſurgẽt. boni ꝟo angelorũ miniſterio rapiẽtur
obuiam xp̄o in aera. Reprobi vero in terra quã di
lexerunt remanebunt. Poſtea ſequet iudiciũ diſtri-
ctum ⁊ vltimũ. vltima ſententia iudicis ꝓferet qua
prolata iuſti ibunt ad vitã eternã Mali vero angelo
rum miniſterio virtute dei coopante mittent in infer
nũ. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Reprobi damnati ꝑ ex
tremum iudiciũ punient in inferno miniſterio demo
num. Hanc magiſter ponens querit. Utrum homi-
nes poſt iudiciũ puniant in inferno virtute demonũ
Et rñdet ẜm Iſid. ꝙ nõ. q: poſt iudiciũ ceſſabit om
nis p̄latio. Alij ꝟo dicũt ꝙ qui fuerũt incentores in
culpa erunt tortores in pena. Et tñ in ſpeciali ⁊c.

De forma iudicis. a

Ulet etiã q̄ri DI. XLVIII

a ri in qua forma chriſtus iudi
cabit. In forma vtique ſui iu
dicabit: que oībus in iudicio
apparebit vt videant mali in quẽ pupuge-
runt. Diuinitatẽ vero eius mali non vide
bunt. Unde Eſaias. Tollatur impius ne
videat gloriam dei. Humanitatẽ videbũt
vt timeant: diuinitatem vero non: ne gau-
deant. Diuinitas enim ſine gaudio videri
non poteſt.

Qđ appebit tunc in forma ſui. b

Sed cum in forma

humana conſtat eum appariturum: queri-
tur an in forma illa glorioſa appareat ſicut
vere eſt: an in forma qualis in paſſione ex
titit. Quidam putant a malis talem vide-
ri qualem crucifixerũt. id eſt infirmã. quia
dicit ſcriptura vt videant in quem pupu-
gerunt. Sed aperte Augu. dicit formã ſer Aug. ſup io
ui glorificatam a bonis ⁊ a malis tunc vi-
deri ſic. Cum in forma ſerui glorificata iu-
dicantem viderint boni ⁊ mali: tolletur im
pius vt non videat claritatem dei que de-
us eſt: quã ſoli mũdo corde videbunt. qđ
erit eis vita eterna. Forma ergo humana
in chriſto glorificata videbit a cunctis: vn
de ⁊ chriſtus dicitur iudicaturus: quia fi-
lius hominis eſt. Ita eñ legitur in euãge-

Quare xp̄us ſit iudicaturus lio Johannis: ⁊ poteſtatem dedit ei iudi/
cium facere: q̄ȝ filius hominis eſt. Non ꝙ
ipſe ex virtute hominis ſit iudicaturus vł
ꝙ ipſe ſolus ſine patre ⁊ ſpiritusancto iudi
cium ſit facturus: ſed quia ip̄e ſolus in for
ma ſerui iudicans bonis ⁊ malis videbiť.
Cum ergo pater nō iudicat quēq̄ȝ: ſed om
nem poteſtatē dedit filio: non ita eſt intelli
gendum quaſi filius ſolus iudicet ⁊ nō pa
ter: ſed quia forma filij hūana cunctis in iu
dicio apparebit: nō in forma infima ſed glo
rioſa. Judicabit autem ex virtute diuini/
tatis nō ſine patre ⁊ ſpiritusancto: ⁊ appa/
rebit terribilis impijs: ⁊ mitis iuſtis Erit
em̄ terror malis ⁊ lumen iuſtis.

Quare ſm formā ſerui diciť chri- ſtus ſuſcitaturus corpora. c

Et ſicut diciť chri-
ſtus ſm formam ſerui iudicaturus ꝑpter
cauſam p̄miſſam: ita etiam dicitur ſuſcita/
turus corpa mortuorū ſm humanitatem
cum tamē virtute diuinitatis ſit ſuſcitatu/
rus: nō humanitatis Sȝ hac rōne illud di
citur: quia in humanitate ſuſcepit quod ē
cauſa noſtre ruſurrectiōis. id eſt paſſionē
⁊ reſurrectionem. Ideo ei aſcribiť ſm ho
Au. ſup Jo. minem ſuſcitatio mortuoꝝ. Unde Aug⁹.
Per verbum filium dei fit animarū reſur-
rectio. Per verbum factum in carne filiuȝ
hominis fit corporum reſurrectio. Itē Ju
dicat ⁊ ſuſcitat corpora non pater: ſȝ filius
ſm diſpenſationē humanitatis: in qua mi
nor patre eſt chriſtus: in eo ꝙ eſt filius dei
eſt vita q̄ viuificat aīas. In eo ꝙ eſt filius
hominis: iudex. Ecce ſm formā humani/
tatis dicitur ſuſcitaturus corpora et iudi/
caturus. Judicaturus aūt quia illa forma
cunctis in iudicio apparebit: ⁊ ſuſcitatur⁹
quia in eadem forma meritum ⁊ cauſam re
ſurrectionis noſtre ſuſcepit. Et q̄ȝ ſm ean
dem formam vocem dabit qua mortui de
monumentis reſurgent ⁊ procedent ſm ꝙ
deus eſt Uiuificat animas nō pater tantū
q̄ȝ non tm̄ pater vita eſt: ſed ⁊ filius cuȝ eo
⁊ ſpiritusſanctus eadem vita eſt que per/
tinet ad animam non ad corpus. Corpus
em̄ nō ſentit vitā ſapientie: ſed anima que
illuminať a lumine eterno. Licet ergo cri-
ſtus potentia diuinitatis viuificet aīmas
⁊ ſuſcitet corpora ⁊ iudicet: non ocioſe ta/
men ⁊ preter rationem ei ſm formam dei
tribuiť viuificatio aīaꝝ et ſm formā ſerui
iudicium ⁊ reſuſcitatio corporum.

De loco iudicij. d

Putāt quidam do
minū deſcenſurū in vallem ioſaphat in iu/
dicio: eo ꝙ ipſe per Johelem prophetam
ſic loquitur. Congregabo omnes gentes.
⁊ educam eas in vallam ioſaphat: ⁊ diſce/
ptabo ibi cuȝ eis. In cuius capituli expo/
ſitiōe ita reperi. Hoc quidam puerliter in
telligunt ꝙ in valle que eſt in latere mōtis
oliueti deſcenſurus ſit dominus ad iudici
um: quod friuolum eſt: quia non in terra:
ſed in ſpacio huius aeris ſedebit contra lo
cum mōtis oliueti ex quo aſcendit: ⁊ ſicut
Johānes Chriſoſtomus dicit Angeli de/
ferent ante eum ſignum crucis: vn̄ in euan
gelio veritas dicit. Et tunc apparebit ſi/
gnum filij hominis ⁊c̄. Joſaphat auteȝ in
terpretatur iudicium domini. In vallem
ergo Joſaphat. id eſt iudicij domini con-
gregabuntur omnes impij. Juſti vero nō
deſcendent in vallem iudicij. id eſt damna
tionem: ſed in nubibus eleuabuntur obui/
am chriſto.

De qualitate luminariū ⁊ tempo- ris poſt iudicium. e

Veniente autē ad
iudicium domino in fortitudine ⁊ poteſta
te magna: ſol ⁊ luna diciť obſcurari: non
ſui luminis priuatiōe: ſȝ ſuperueniente ma
ioris luminis claritate. Uirtutes quoq̄ȝ ce
lorum. id eſt angeli dicuntur moueri: non
metu damnatōnis vel aliqua perturbatio
ne pauoris: ſed quadam ammiratione eo/
rum que viderint. Unde Job. Columne
celi pauent aduentū eius. Ante diem vero
indicij ſol ⁊ luna eclipſim patiеť: ſicut io/
hel teſtatur dicens. Sol conuertetur in te-
nebras ⁊ luna in ſanguinem anteq̄ȝ veniat
dies domini magnus ⁊ horribilis. Ma/
gnus vero dicitur propter magna que ſibi
fient. Cum autem factum fuerit celum no-
uum et terra noua: tunc erit lux lune ſicut
lux ſolis: teſtante Eſaia: ⁊ lux ſolis ſeptem
pliciter. id eſt ſicut lux ſeptem dierum: q̄a
q̄ȝtum luxit ſol in prima cōditione ſeptem
dierum ante peccatū primi hominis: tan/
tum lucebit poſt iudicium Minorata em̄
fuit lux ſolis ⁊ lune aliorumq̄ȝ ſideruȝ per
peccatum primi hominis: ſed tunc recipi-
et ſol mercedem ſui laboris: quia ſeptēpli-
citer lucebit ⁊ tunc nō erit viciſſitudo diei

⁊ noctis:ſed tm̄ dies. Vn̄ Zacharias. Et
erit dies vna que nota eſt dn̄o: nō dies ne/
q̄ nox: et in tempore veſperi erit lux: quia
tunc non erit veritas diei ⁊ noctis que mō
eſt: ſed continua dies ⁊ lux Eſaias tamen
videtur dicere q̄ tunc nō luceat ſol vel lu=
na loquens congregationi ſanctorū. Non
erit tibi inquit amplius ſol ad lucenduꝫ p
diem: nec ſplendor lune illuminabit te: ſed
erit tibi dn̄s in lucem ſempiternam. Sed
his verbis non negat ſolem ⁊ lunam tunc
lucere: ſed ſignificat his qui tunc erunt in
eterna beatitudine: nullū lucis vſum p̄ſta
re: quia vt ait Hiero. ſuper eundem locum
Celi terreq̄ ſolis atq̄ lune nob̄ ceſſabit of/
ficium ⁊ erit ipſe dominus lumen ſuis in p
petuum Poteſt etiam intelligi illud Eſaie
ea ratione dictum: quia ſol ⁊ luna tunc nō
habebunt ortum ⁊ occaſum ſicut nunc. vn̄
Iſid. illud Eſaie quaſi exponēs ait. Poſt
iudicium ſol laboris ſui mercedem ſuſcipi
et. Unde pꝓpheta. Lucebit ſeptempliciter
⁊ non veniet ad occaſum nec ſol nec luna: ſ;
in quo creati ſunt ſtabunt: ne impij in tor=
mentis ſub terra poſiti fruant̄ luce eorum
Unde Abacuc. Sol ⁊ luna ſteterunt in or
dine ſuo. Ecce apte dicit ſolem ⁊ lunā tunc
lucere: ſed ſtabiliter pmanere: vbi etiam ſi
gnificat infernū eſſe ſub terra. Si vo que/
ritur quis ſit vſus lucis ſolis ⁊ lune tunc?
Fateor me ignorare q̄ in ſcripturis nō me
mini me legiſſe.

Iſta ē diſtictio. xlviij. hui⁹ quar=
ti libri. In qua magiſter poſtq̄ oſtenſum eſt quomo
do fiet iudiciū generale q̄tū ad modū iudicij ⁊ mini
ſtros iudicis. Hic agit de eo q̄tum ad pſonā iudicis
Et tria facit. Primo em̄ oſtendit in qua forma xp̄s
ad iudicium veniens apparebit. Scd̄o ſubdit locuꝫ
vbi iudicabit. Tertio annectit quō corporibus cele=
ſtibus poſt iudiciū maiorē claritatē dabit. Primū vſ
q̄ ibi. Putant quidā. Scd̄m vſq̄ ibi. Veniente autē
ad iudiciū. Tertiuꝫ vſq̄ ad finem diſtin. In ſpeciali
ſententia magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionib⁹ quarū
prima eſt. Chriſtus apparens in forma humana iu=
dicabit viuos ⁊ mortuos virtute diuina. Hanc ma=
giſter inſinuans ꝓponit p̄mo chriſtum ſm̄ formam
hominis iudicaturum eſſe. q̄ deitas a malis videri
non poteſt Poſtea dicit q̄ iudicabit in forma homis
glorioſa in qua deus a bonis ⁊ a malis videbit̄ Ad
dit aūt q̄ iudicabit v̄tute diuinitatis. vnde quod di
citur in Johan. q̄ pater dedit poteſtatem filio iudici
um facere q̄ filius hominis eſt. nō eſt tm̄ intelligen=
dum q̄ ex virtute humanitatis ſit iudicatur⁹. vel q̄
ipſe ſolus ſine patre ⁊ ſpirituſancto iudiciū ſit factu
rus. ſed q̄ ipſe ſolus in forma ſerui iudicās a bonis
⁊ a malis videbit̄. ſm̄ quē etiā modū intelligendum
eſt q̄ pater nō iudicabit quemq̄ ſed omne iudicium
dedit filio Addit etiā q̄ xp̄s apparebit terribilis im
pijs. iuſtis aūt mitis. Erit em̄ terror malis ⁊ lumen
iuſtis. Poſtea declarat p ſimile qd̄ dixerat. ſicut em̄
ſm̄ formā ſerui xp̄s dr̄ iudicaturus ꝓpter dictā cau
ſam virtute quidē diuinitatis. ita etiā virtute diuini
tatis ⁊ nō humanitatis reſuſcitabit mortuos. tamē
ſm̄ formā humanā ſibi ſuſcitatio mortuoꝝ attribui=
tur. q̄ in ea meritū ⁊ cauſam nr̄e reſurrectionis. ſic
⁊ etiā redēptiōis accepit. ⁊ paſſionem ⁊ reſurrectio=
nem. qd̄ autoritatibus cōfirmat. Secūda ꝓpoſitio
eſt hec. Ut dicit Johel ꝓpheta vallis Joſaphat ē lo
cus extremi iudicij. Hāc mgr̄ inſinuās ponit autori
tatē Joel. ij. c. vbi iohel. dic̄. Iudicabit xp̄s ī valle
ioſaphat q̄a in ſpacio illius aeris ſedebit. vel q̄a ad
lr̄am cū multis ibi diſceptabit in iudicio. Ponit eti=
am effectum iudicis. q̄ eo viuente in fortitudine ma
gna ⁊ poteſtate ad iudiciū ſol ⁊ luna dicunt̄ obſcura
ri nō ꝓpter ſui luminis priuationem ſed ꝓpter clari
tatem iudicis ſupuenientem Dicunt̄ etiā virtutes ce
lorum. i. angelorum moueri ex ammiratione viſorū
nō metu damnationis nec pturbatiōe pauoris. Po
ſtea dicit. q̄ ante diem iudicij ad litteram ſtelle obſcu
rabuntur ⁊ eclipſim patient̄. vt oſtendit autoritate
Johelis dicentis. Sol ꝯuertet̄ in tenebras ⁊ luna in
ſanguinē anteq̄ veniet dies dn̄i magna ⁊ horribilis
Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Celi luminaria facta in mū
di innouatione erūt q̄ nūc ſunt lucidiora. Hanc inſi=
nuans dicit. q̄ poſt iudiciū facta innouatōne mundi
huius luminaria maiorē claritatē recipiēt. qd̄ auto=
ritate eſaie ꝓbat Tertio videlicet erit lux lune ſicut
lux ſolis ⁊ lux ſolis ſeptempliciter. Si em̄ omnia ꝓ
pter peccatū hominis deteriora ſunt. ita poſt repati
onem eius omnia meliorabunt̄. ⁊ ſi que autoritates
vident̄ dicere ſolē ⁊ lunā ceſſare intelligendū eſt q̄=
tum ad motū vel q̄ beati eorū lumine nō indigebūt
Quis tamen tunc futurus ſit vſus ſolis ⁊ lune dicit
ſe ignorare. pōt tm̄ dici ꝓbabiliter q̄ eſt in decorem
⁊ pfectionem vniuerſi ⁊ in manifeſtationem laudis
Et tm̄ in ſpeciali.

De differentia manſionum in ce= lo ⁊ inferno.

a

POſt reſurre= ctionē vo facto vniuerſo im/ pletoq̄ iudicō: ſuos fines ha bebūt ciuitates due: vna xp̄i alia dyaboli. Una bonoꝝ: altera maloruꝫ vtraq̄ tm̄ angeloꝝ ⁊ hominū. Iſtis volun tas: illis facultas nō poterit eſſe peccandi vel vlla cōditio moriendi. Iſtis in eterna vita feliciter viuentibus: illis infeliciter in eterna morte ſine moriendi poteſtate durā tibus: qm̄ vtriq̄ ſine fine. Sed in beatitu/ dine iſti. ali⁹ alio p̄ſtabilius: in miſeria vo illi. alius alio tolerabilius pmanebūt. Ex his apparet q̄ ſicut boni differenter glorifi cabuntur: alij magis: alij minus ita ⁊ ma/ li differenter in inferno punient̄. Sicut em̄ in domo patris. id eſt in regno celorū man ſiones multe ſunt. id eſt p̄miorum differen tie. ita ⁊ in gehenna diuerſe ſunt māſiones id eſt ſuppliciorum differentie. Omnes ta men eternam penam patientur ſicut omēs electi eundem habebunt denarium quem

Di. XLIX

Aug. in ench

Caſſiodorus

paterfamilias dedit om̄ibus qui operati
ſunt in vinea. Nomie denarij aliquid om/
nibus electis commune intelligitur. ſ. vita
eterna deus ipſe quo omnes fruentur: ſed
impariter. Nam ſicut erit differens clariſi
catio corporum: ita differẽs gloria erit ani
marum. Stella em̄ a ſtella. i. electus ab ele
cto differt in claritate mentis ⁊ corporis.
Alij em̄ alijs vicinius clariuſq; dei ſpecie;
contemplabunt̃: ⁊ ipſa contemplandi dif/
ferentia diuerſitas mãſionum vocat̃. Do/
mus ergo eſt vna. i. denarius eſt vnus ſed
diuerſitas eſt ibi manſionũ. id eſt differen/
tia claritatis. quia vnu; eſt ⁊ ſummum bo
num beatitudo ⁊ vita omniũ. id eſt deꝰ ip
ſe. Hoc bono omes electi perfruuntur. ſed
alij alijs plenius. Perfruent̃ vero videndo
p ſpeciem nõ p ſpeculum in enigmate. Ha
bere ergo vitã eſt videre vitã. i. cognoſce/
re deum in ſpecie. Unde veritas ait in euã
gelio. Hec eſt vita eterna vt cognoſcant te
quem miſiſti ieſum chriſtum eſſe vnũ ⁊ ſo/
lum verum deum hoc eſt habere vitam. id
eſt cognoſcere te: non eſt ipſa cognitio que
tu es: ſed p cognitionem habere bonu; qđ
tu es. id eſt vita.

Si omnes homines volunt eſſe beati. b

Augꝰ. in lib. xiij. de trini.

Solet etiam queri

de beatitudine vtrum eam omnes velint ⁊
ſciant que ſit vera beatitudo? De hoc Au
guſti. in. xiij. li. đ trinitate ita diſſerit. Mi
rum eſt cum capeſcende retinendeq; beati
tudinis voluntas vna ſit omnium: vñ tan
ta exiſtat de ipſa beatitudine rurſus diuer
ſitas voluntatum: nõ q eam aliquis nolit
ſed q non omnes eam norint. Si enim ea;
omnes noſcerent. nõ ab alijs putaretur eſ/
ſe in virtute animi: ab alijs in voluptate cor
poris: ab alijs atq; alijs alibi atq; alibi.
Quomodo ergo omnes amant quod non
omnes ſciũt. Quis poteſt amare qđ neſcit
ſicut ſupra diſputaui. Cur beatitudo ama
tur ab omnibus: nec tamen ſcitur ab omni
bus an forte ſciunt omnes que ipſa ſit: ſed
nõ omnes ſciunt vbi ſit: ⁊ inde cõtentio eſt
An forte falſum eſt quod p vero poſuimꝰ
beate viuere omnes homines velle. Si em̄
beate viuere eſt (verbi gr̃a) ſcḋm animi virtu/
tem viuere: quomodo beate viuere vult q
hoc non vult? Nonne verius diximus ho
mo ille nõ vult beate viuere: quia nõ vult
ſcḋm virtutem viuere: quod ſolum eſt beate
viuere. Non ergo omnes beate viuere vo
lunt: imo pauci hoc volũt: ſi non eſt beate
viuere niſi ſcḋm virtutem animi viuere qđ
multi nolunt. Ita ne falſu; erit. Unde nec
ipſe cicero dubitauit: ait enim. Beati cer/
te omnes eſſe volumus: abſit vt hoc falſũ
eſſe dicamus. Quid ergo an dicendum eſt
etiam ſi nihil aliud ſit beate viuere q̃ ſcḋm
virtutem animi viuere: tamen et qui hoc
non vult: beate viuere vult. Nimis quidẽ
hoc videtur abſurdum. Tale enim eſt ac ſi
dicamus: qui non vult viuere beate: bea-
te vult viuere. Item repugnantiam quis
audeat? quis ferat? et tamen ad hanc con-
trudit neceſſitas: ſi et omnes beate viuere
velle verum eſt: ⁊ nõ omnes volunt ſic vi/
uere: quomodo ſolum viuitur beate An il
lud ab his anguſtijs poterit nos eruere: ſi
dicamus nihil eſſe beate viuere ſcḋm dele/
ctationem ſuam: ⁊ ideo falſum non eſſe q
om̄es beate viuere velint: quia omnes ita
volunt vt quemq; delectat. Sed id quidẽ
falſum eſt. Velle enim quod non deceat: ẽ
eſſe miſerrimum. Nec tam miſerum eſt nõ
adipiſci quod velis q̃ adipiſci velle quod
non oporteat. Quis ita cecus ſit vt dicat
aliquem ideo beatũ: quia viuit vt vult: cũ
profecto ⁊ ſi miſer eſſet. Minus tamen eſ/
ſet ⁊ ſi nihil eorum que perperam voluiſſ;
habere potuiſſet. Mala enim voluntate
vel ſola miſer quiſq; efficitur: ſed miſerior
cum deſideriu; male voluntatis impletur
Quapropter quoniam verum eſt q om̄s
homines beati velint: idq; ardentiſſimo a-
more appetant: et propter hoc cetera que/
cunq; appetunt: nec quiſq̃ poteſt amare
quod omnino quid vel quale ſit neſcit: nec
poteſt neſcire quid ſit quod ſe velle ſcit: ſe
quitur vt omnes beatam vitã ſciant. Om
nes autem beati habent quod volunt: q̃-
uis non omnes qui habent quod volunt.
continuo ſint beati. Continuo autem miſe
ri ſunt qui vel non habent quod volunt.
vel id habent quod non recte volunt. Be/ Quia ſit beatus.
atus ergo non eſt niſi qui et habet omnia
que vult ⁊ nihil vult male. Ille quippe bea
te viuit qui viuit vt vult: nec male aliquid
vult. Cum ergo ex his duobus conſtet be
ata vita: licet in malis ſit aliquis bonus.
non tamen niſi finitis omnibus malis eſt
beatus. Cum ergo ex hac vita: qui in his
miſerijs fidelis ⁊ bonus eſt venerit ad bea
tam vitam: tunc erit vere quod nunc nul-
lo modo eſſe poteſt vt ſic homo viuat quo
modo vult. Non enim ibi volet male vi/

uere. aut volet aliq̄d quod deerit. aut de/
erit aliquid quod voluerit: quicquid ama
bitur aderit: nec deſiderabit quod nō ad/
erit. Et omne quod ibi erit bonum erit: et
ſummus deus ſummuꝫ bonū erit: ⁊ qđ eſt
omnino beatiſſimum: ita ſemꝑ fore certum
erit. Beatos autē eſſe ſe velle omnium ho=
minū eſt: beatos ſe eſſe velle omnes in cor/
de ſuo vident: nec tamen omnium eſt fides
qua ad beatitudinem ꝑuenitur.

Si quid de deo cognoſcit aliquis qđ ibi non intelligant omnes. c

Bolet etiam queri
vtrū aliquid de deo cognoſcat aliquis ma
gis meritꝰ vt petrus: quod non cognoſcat
aliquis minus meritus vt linus: Pluribꝰ
videtur ꝙ omnia de deo ad beatitudinem
ſpectantia omēs communiter electi cogno
ſcant: ſed differenter. Nihil enim in deo no
ſcibile maius digniuſꝗ videtur ꝗ̄ eum in
telligere trinū ⁊ vnum Hoc autem omnes
tunc per ſpeciē cognoſcēt. Unde ſequitur
vt nō ſit aliquid beatitudini ꝑtinēs in cog
nitum alicui beatoꝝ. Omnes ergo cuncta
illa videbūt quoꝝ cognitio ſeruit beatitu=
dini: ſed in modo vidēdi different. Alius
enī alio magis: alius alio minus fulgebit.

De paritate gaudij. d

Bolet etiam queri
an in gaudio diſpares ſint: ſicut in clarita/
te cognitionis differūt: De hoc Augu. ait — Aug. in li de ciuitate dei.
Multe manſiones in vno domo erunt. ſ.
varie premioꝝ dignitates: ſed vbi deꝰ erit
omnia in omnibus: erit etiaꝫ in diſpari cla
ritate par gaudium: vt quod habebūt ſin/
guli: cōmune ſit oībus: q2 etiam gloria ca/
pitis omniū erit ꝑ vinculū charitatis. Ex
his dať intelligi ꝙ par gaudiū omnes ha/
bebunt: ⁊ ſi diſparē cognitionis claritateꝫ
q2 ꝑ charitatem que in ſingulis erit ꝑfecta
tm̄ quiſꝗ gaudebit de bono alterꝰ: ꝗ̄tuꝫ
gauderet ſi in ſeipō haberet. Sꝫ ſi par erit
cunctoꝝ gaudium: videť ꝙ par ſit omniū
beatitudo: qđ cōſtat oīnno nō eſſe. Ad qđ
dici pōt ꝙ beatitudo par eēt ſi ita eſſet par
gaudiū vt etiā par eſſet cognitio. ſed quia
hoc nō erit: non faciet paritas gaudij pari
tatē beatitudīs. Pōt etiā ſic accipi ꝑ gau=
dium: vt nō referať paritas ad intentionē
affectionis gaudentium: ſed ad vniuerſita
tem rerum de quibus gaudebitur: quia de
omni re vnde gaudebit vnus: gaudebunt
omnes.

Si maior ſit beatitudo ſanctoruꝫ poſt iudicium. e

Poſt hoc queri ſo=
let ſi beatitudo ſanctorum maior ſit futura
poſt iudicium ꝗ̄ interim: Sine omni ſcru/
pulo credendum eſt eos habituros maio/
rem gloriam poſt iudiciū ꝗ̄ ante: q2 ⁊ ma=
ius erit gaudium eorum: vt ſupra teſtatus — Hiero. ſuper Oſee.
eſt Aug. ⁊ amplior erit eorū cognitio. Un
de Hierony. Peracto iudicio ampliorem
gloriam ſue claritatis deus demonſtrabit
electis. Si quem mouet quid opus ſit ſpi/
ritibus defunctorum corpora ſua in reſur
rectione recipere: ſi eis poteſt ſine corpo=
ribus ſumma beatitudo preberi. Diffici/
lis queſtio eſt: nec poteſt a nobis perfecte
diffiniri: ſed tamen dubium nō eſt ⁊ raptā
a carnis ſenſibus hominis mentem: ⁊ poſt
mortem ipſa carne depoſita non ſic videre
poſſe incommutabilem ſubſtantiam. id eſt
deum: ſicut ſancti angeli vidēt: ſiue alia la=
tentiori cauſa: ſiue ideo quia ineſt ei natu/
ralis quidam appetitus corpus ammini=
ſtrādi: quo retardatur quodāmodo ne to/
ta intentione pergant in illud ſummum ce
lum: donec ille appetitus cōquieſcat. Por
ro ſi tale ſit corpus cuius ſit difficilis ⁊ gra
uis amminiſtratio ſicut hec caro que cor/
rumpitur: multomagis auertitur mēs ab
illa viſione ſummi celi. Proinde cum hoc
corpus iam non animale ſed ſpirituale re/
ceperit equata angelis habebit perfectum
nature ſue modū obediens ⁊ imperans vi
uificata: ⁊ viuificās tam ineffabili faculta
te: vt ſit ei glorie qđ fuit ſarcine.

Iſta eſt diſtinctio. xlix. huiꝰ quar
ti libri. In qua magiſter poſtꝗ̄ oſtenſum eſt de perti
nentibus ad iudicium generale. Hic autem ꝯſequē=
ter agit de finali remuneratione bonorum. Et circa
hoc tria facit. Primo enim diſtinguit remunerando
rum. ſcilicet bonorum ⁊ malorū meritum. Secundo
quidē ſubdit quomodo omnibus in eſt beatitudinis
deſiderium. Tertio etiā conſequenter annectit non
omnes equaliter habere beatitudinis premiū. Pri=
mum vſꝗ ibi. Solet etiam queri. Secundū vſꝗ ibi
Sed ſi par erit cunctorum. Tertium vſꝗ ad finem
diſtinctionis. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat ī tri
bus propoſitionibus quarum prima eſt hec Ut ciui
tas bonorum poſt iudicium conſummanda eſt in glo
ria ita malorum in miſeria. Hanc magiſter inſinu=
ans dicit poſt iudicium ciuitatem bonorum conſum
mandam eſſe in gratia. ciuitatem malorum in pena
Que tamen pena et gloria diuerſimode a diuer=

ſis participant. Secunda ꝑpoſitio eſt hec. Conſtat omnẽ hominẽ naturalẽ petere beatitudinem. Hanc mgr̃ ponẽs q̃rit. Quõ ſit intelligẽdũ ꝙ oẽs appetũt beatitudinẽ. cũ nõ omẽs cognoſcunt beatitudinẽ mirum eſt quomodo eam appetunt. Et videt̃ reſpõdere magiſter. ꝙ omnes ſciunt que ſit beatitudinis ratio neſciunt tamen vbi talis ratio inueniatur. Subdit ꝙ nõ ſit vera beatitudinis ratio. habere qð delectat ſꝫ habere quod homo vult et nihil mali velle. quod autoꝛitatibus ꝓbat. Querit poſtea. Utrũ inter bonos vnus alio in deo plura recognoſcat. et reſpondet ꝙ nõ ſaltẽ de ꝑtinentibus ad beatitudinem ſed in modo cognoſcendi eſt differentia. Tertia propoſitio eſt hec. In regno celoꝛũ nõ eſt omnino equalis beatitudo electoꝛum. Hanc magiſter ponẽs querit. Utrum differenter deũ videntiũ equale ſit gaudium. Et reſpõdet ſ̃m quoſdã ꝙ ſic. nõ tamen erit beatitudo equalis que nõ ſolum in gaudio ſed etiaꝫ in cognitione ↄſiſtit. ſ̃m alios Ꝟo equale eſt gaudiũ quo ad omnia de quibus gaudendum eſt. nõ tamen quo ad modum gaudendi. nec quo ad intentionẽ affectionum gaudentiũ. Poſtea dicit ꝙ ſine dubio beatitudo ſanctoꝛum poſt iudicium maioꝛ erit q̃ ante. quia maius eſt gaudium ⁊ perfectioꝛ erit cognitio. Et tñ in ſpeciali ⁊c̃.

Si mali in inferno peccabunt. a

DI. L b

Icoꝛit̃ queſtio ex pꝛemiſſis ducens oꝛiginem. Supꝛa enim Aug. loquẽs de malis in inferno dãnatis: ⁊ bonis in celo gloꝛificatis. dixit: ꝙ nec bonis voluntas: nec malis facultas eſſe peccãdi poterit. Et de bonis quidem cõſtat: ſed de malis a quibus volũtatem malã non remouet queritur: quomodo ſit verum eos non poſſe peccare: imo quomodo verum ſit eos non peccare cum malam habeant voluntatem? Quidã autumant illam voluntatem nõ eſſe peccatũ: ſed ſupplicium tñ. Alij vero peccatũ eſſe fatent̃. ſed ꝑ illud eos nõ mereri aliquam penã: qꝛ nõ eſt ibi locus merendi. Illud ergo peccatũ dicunt non eſſe meritũ ſupplicij ſed ſupplicium mali meriti quod in hac vita pꝛeceſſit. De hoc autem Auguſtinus ita dicit. Tẽpus acquirendi vitam eternam in hac tñ vita deus hominibus dedit vbi voluit etiam penitentiam eſſe fructuoſam: ideo hic penitẽtia fructuoſa eſt: quia poteſt hic homo depoſita nequitia bene viuere: et mutata voluntate: merita ſimul operaq; mutare ⁊ ea gerere que deo placeant. Quod qui in hac vita non fecerit: habebit quidẽ penitentiam in futuro ſeculo de malis ſuis: ſed indulgentiam in conſpectu domini non inueniet. quia et ſi erit ſtimulus penitudinis: tamen nulla erit ibi coꝛrectio voluntatis. A talibus enĩ ita culpabitur iniquitas ſua: vt nullatenus ab eis poſſit vel diligi vel deſiderari iuſticia. Uolũtas enĩ eoꝛum talis erit vt habeat ſemꝑ in ſe malignitatis ſue ſupplicium nunq̃; tamen recipere poſſit bonitas affectum. Quia ſicut illi q̃ cum chꝛiſto regnabunt nullas in ſe male volũtatis reliquias habebũt. ita illi qui erunt in ſupplicio eterni ignis cum dyabolo ⁊ angelis eius deputati. ſicut nullã habebunt vlterius requiem ſic bonam nullatenus poterunt habere voluntatem. Et ſicut coheredibus chꝛiſti dabitur perfectio gratie ad eternam gloꝛiam. ita conſoꝛtibꝰ dyaboli cumulabit ipſa malignitas penaꝫ quando exterioꝛibus deputati tenebris: nullo illuſtrabuntur interioꝛi lumine veritatis Ex his apparet repꝛobos in inferno penitẽtiã ſic geſturos: vt per eam pꝛauam voluntatem non deſerant: et illa maligna volũtas erit eis ad cumulũ pene: per quã tamen non merebuntur quia nullus meretur niſi in hac vita.

Soluit ſcd'm diuerſos.

Aug. in li. de fide ad petrũ.

Quare dicuntur tenebre exteriores. b

Hic queri põt quare ille tenebre quibus inuoluentur mali in gehẽna dicunt̃ tenebre exterioꝛes? Quia tunc mali penitus extra lucem coꝛpoꝛalem ⁊ ſpiritualem ſcilicet domini erunt. Nunc enim ⁊ ſi patiant̃ tenebras in cecitate mentis. non tamen penitus extra lucẽ dei ſunt nec coꝛpoꝛali luce pꝛiuantur. De h̃ Augꝰ. ſic ait. Ira dei ⁊ in iudicio erit: ⁊ hic eſt in cecitate mentis cum dantur mali in repꝛobum ſenſum. Ibi exterioꝛes tenebꝛe erunt quia tunc peccatoꝛes penitus erunt extra deũ. Quid eſt enĩ penitus eſſe extra deuꝫ niſi eſſe in ſumma cecitate. Si quidem habitat deus lucem inacceſſibilem. Hee autem tenebꝛe hic iam incipiunt in peccante cum ab interioꝛi dei luce ſecluditur: ſed nõ penitus dum in hac vita eſt. Ecce quare ibi peccatoꝛ dicit̃ pati exterioꝛes tenebras ⁊ non hic. quia ibi ſecludetur penitus a luce dei: qð nõ hic. Sed quomodo intelligẽda eſt illa ſecluſio. An quia non videbunt deũ ꝑ ſpeciẽ? Sed nec aliq̃s videt h̃ deũ ꝑ ſpecieꝫ An ꝑ diſſimilitudinẽ quã facit peccatũ inter deũ ⁊ hominem. Sed ⁊ hic multi ꝑ grauia peccata elongant̃ a deo An qꝛ

Augu. ſuper pſal. vj.

deũ odiunt ita vt velint eũ nõ eſſe? Sȝ ⁊ h
multi deũ oderũt: de q̃bus ſcriptũ ẽ. Sup
bia eoꝝ q̃ te oderũt aſcẽdit ſp. Que eſt g̊ il
la elongatio? Sane exteriores tenebre in/
telligi pñt quedã malignitas odij ⁊ volun
tatis que tunc excreſcet in mentibus repro
borũ: ⁊ quedã obliuio dei: q: tormentorũ
interioꝝ ⁊ exteriorum doloribus adeo affi
cientur ⁊ turbabunt. vt ab illis ad cogitã/
dũ aliq̃d de deo vix vel raro vel nunq̃ mẽ
tem reuocent. Ut qui nimio premunt pon
dere: a deo ſtupeſcunt ⁊ turbant: vt inte/
rim in alia cogitationẽ non extendant: ſed
illuc tendit impetus cogitationis vbi ſen/
titur vis doloris. Sed in hac vita nullus
adeo malus eſt: vt penit᷒ ſecludat a cogi/
tatione dei: qui nec perdit appetitum beati
tudinis ⁊ quendã boni amorẽ quem natu
raliter habet rationis creatura. Illas autẽ
exteriores ⁊ ꝓfundiſſimas tenebras repro
bos ꝑpeſſuros poſt iudiciũ dicit Auguſt.
opponens de illo diuite q̃ in inferno poſit᷒
eleuans oculos vidit abraam ⁊ in ſinu ei᷒
lazarum: cuius comparatione coactus eſt
cõfiteri mala ſua vſq; adeo vt ⁊ fratres ro-
get ab his p̃moneri. Qđ ante iudicium fa-
ctum legit: ſed poſt iudiciũ in profundiori
bus tenebris erunt impij. vt nullã dei lucẽ
videbunt cui confiteantur.

De animabus damnatorum. ſi
quam habent noticiam eoruȝ que
hic fiunt. c

Preterea queri ſo
let ſi reproborũ aie que nũc in inferno cru-
ciant noticiã hñt eoꝝ que circa ſuos i hac
vita gerunt: ⁊ ſi aliquo mõ doleant ſuper
infortunijs ſuoꝝ caroꝝ? Hãc queſtionem
Aug᷒. commemorat ex pte eã explicãs: ex
pte ꝟo inſolutã relinquens. Ait eñ Que/
ret aliq̃s an vllus dolor tãgat mortuos de
his q̃ in ſuis poſt mortẽ ꝯtingunt vel quõ
ea que circa nos agunt nouerint ſpũs de/
functoꝝ? Cui rñdeo magnã eſſe queſtionẽ
nec in pñti differendã. Uerũtñ breuiter di
ci põt: q: eſt cura mortuis de ſuis caris: vt
de diuite legit q̃ dũ tormẽta apud inferos
pateret: leuauit oculos ad Abraã: ⁊ inter
alia dixit. Habeo eñ quinq; fratres mitte
aliquẽ ex mortuis vt teſtet illis ne ⁊ ipi ve
niant in hũc locũ tormentoꝝ. Habent eñ
mortui curã de viuis quos ſciũt viuere q
nec in locis penarũ vidẽt eos. vbi diues ſi
ne fratrib᷒ erat. nec in reğe beatoꝝ vbi la-

Augu. ſuper pſal. cviij.

zarũ ⁊ abraã q̃uis longe agnoſcebat. Nõ
tñ ideo ꝯſequens eſt eos ſcire que circa ca/
ros ſuos agunt hic vel leta vel triſtia.

Quõ accipienda ſunt que de la
zaro ⁊ diuite leguntur. d

Si quis autẽ que
rat quõ intelligat qđ de lazaro ⁊ diuite le/
gitur? Audiat auguſtini rñſum dicentis.
Si q̃s putat anias corpe exutas locis cor
poralib᷒ cõtineri cũ ſint ſine corpe nõ dee/
runt q̃ faueãt ⁊ diuitẽ ſitientẽ i loco corpa
li fuiſſe ꝯtendãt: ipamq; aiam corporeã ꝓ-
paraſſe linguã: ⁊ ſtillã de lazari digito cu
pijſſe. Sȝ melius eſt dubitare de occultis:
q̃ litigare de incertis. diuitem in ſupplicio
pauperẽ in refrigerio eſſe nõ dubito. Sed
quõ intelligat diuit᷑ lingua: digit᷒ lazari:
flamma inferni: ſinus abrae ⁊ hmõi: vix a
mãſuetis ⁊ ꝯtentioſis nunq̃ inuenitur.

Si ſe vident boni ⁊ mali. e

Queri etiam ſolet
vtꝝ viciſſim ſe videãt illi q̃ ſunt in inferno
⁊ illi q̃ ſunt in gloria? Sicut ſancti tradunt
et boni malos: et mali bonos vident vſq;
ad iudiciũ Poſt iudiciũ ꝟo boni videbũt
malos: ſed nõ mali bonos. Uñ Greg᷒. In
fideles in imo poſiti añ diez iudicij fideles
ſup ſe in requie attendunt quorum gaudia
poſt contemplari non poſſunt.

Grego. ſuper Lucam.

De chaos inter bonos
et malos. f

Sed cuȝ ſancti ma
los in tormentis videant: nõne aliq̃ cõpaſ/
ſione erga eos mouent. Nõne eos de tor
mẽtis liberari cupiũt? Recole illud euãge
licũ qđ abraã diuiti rñdit Inter nos ⁊ vos
chaos magnũ firmatum eſt vt hi q̃ volunt
hinc tranſire ad vos nõ pñt: neq; inde huc
trãſmeare. Quid ẽ illud chaos iter bonos
et malos: niſi hinc iuſticia: inde iniq̃tas q̃
nullatenus ſociari valent. Adeo eñ ſancti
dei iuſticie addicti ſunt vt nulla cõpaſſiõe
ad reprobos tranſire valeant: nulla ꝑ eis
inter ſctõs fiat interceſſio. Quõ g̊ inde vo/
lunt aliq̃ trãſire ad illos ſ3 non pñt: q: ſi dei
iuſticia admitteret: nõ fieret eis moleſtia li
beratio eoꝝ. Uel ita dicunt velle ⁊ nõ poſ
ſe: nõ q: velint ⁊ nõ poſſint: ſed q: ⁊ ſi vel/

Grego. ſuper Lucam.

lẽt nõ poſſent eos iuuare. De h ita. Greg. ait Sicut reprobi a penis ad gloriã ſanctorũ tranſire volunt ⁊ nõ poſſunt: ⁊ ita iuſti per miſericordiã mente ire volunt ad poſitos in tormentis vt eos liberent ſ; non poſſunt: q: iuſtorũ anime ⁊ ſi in nature ſue bonitate miſericordiã habent: iam tunc auctoris ſui iuſticie ꝯiuncte tanta rectitudine cõſtringuntur: vt nulla ad reprobos compaſſione moueantur.

Qđ viſa impiorum pena non minuit beatorum gloriam. g

Poſtremo querit an pena reproboꝝ viſa decoloret gloriam beatoꝝ: an eorum beatitudini ꝓficiat: De hoc ita Greg⁹. ait. Apud animũ iuſtorum non obfuſcat beatitudinẽ aſpecta pena reproboꝝ: q: iã vbi cõpaſſio miſerie nõ erit: minuere beatoꝝ leticiã nõ valebit. Et licet iuſtis ſua gaudia ſufficiant: ad maiorẽ tñ gloriã vidẽt penas maloꝝ quas ꝑ gratiã euaſerũt q: q̃ dei claritatẽ vidẽt: nil in creatura agiť qđ videre nõ poſſint. Nõ eſt autem mirandũ ſi ſancti iã immortales reprobos videant mentis intelligẽtia: cũ ꝓphe mortales adhuc videre hec oĩa meruerũt.

Grego. ſuper Lucam.

Hierony. ſuꝑ Eſaiam.

Egredienť ꝗ electi nõ loco ſed intelligẽtia vel viſione manifeſta ad videndũ impioꝝ cruciatus: quos videntes nõ dolore afficienť: ſed leticia ſaciabunť agentes gr̃as de ſua liberatione viſa impioꝝ ineffabili calamitate. Vñ Eſaias impioꝝ tormenta deſcribens: ⁊ ex eoꝝ viſione leticiã bonorum exprimens ait. Egredienť electi .ſ. ⁊ videbunt cadauera viroꝝ q̃ ꝑuaricati ſunt in me: vermis eoꝝ nõ morieť: ⁊ ignis non extingueť: ⁊ erunt vſq; ad ſacietatẽ viſionis omni carni .i. electis Letabiť eñi iuſtus cũ viderit vindictam.

Hec de pedib⁹ ſedentis ſuꝑ ſoliũ excelſum quos ſeraphin duabus alis velabant ſcriptori ⁊ ſi nõ auditori cõmemoraſſe ſufficiat: qui a facie exorſus ſedẽtis: ꝑ media ad pedes vſq; via duce peruenit.

Iſta ẽ diſtinctio .l. et vltima hui⁹ quarti libri. In q̃ mgr̃ poſtq̃ determinauit de gl̃ia beatoꝝ. Hic ꝯñr declarat de pena malorũ. Et circa hoc in hac vltima diſt. tria facit. Primo cuz inquirit an damnati habeãt facultatẽ peccãdi Scđo an ſciãt ea que agunť in hoc mundo Tertio an ſancti in celo videãt dãnatoꝝ penã in inferno. Primũ facit a principio diſtin. vſq; ibi. Preterea queri ſolet. Scđm ab inde vſq; ibi. Poſtremo queriť. Tertio vſq; ad finẽ diſtin. Et tñ in generali. In ſpeciali ſententia mgr̃i ſtat in tribus ꝓpoſitiõib⁹ quaꝝ p̃ma eſt hec. Mala volũtas damnatoꝝ ꝓut exiſtit extra merendi ſtatũ eſt pena ⁊ nõ culpa nec peccatũ. Hanc magiſter inſinuans querit primo vtrũ verũ ſit qđ dicit Augu. q; in malis ⁊ damnatis nõ eſt facultas peccandi. cũ tñ cõtinue habeant malam voluntatẽ. Et reſpõdet ſ̃m quoſdã q; illa mala voluntas non eſt pctm̃ ſed pena ſ̃m alios vero eſt culpa ſed per eam nihil demerenť quia non ſunt in ſtatu demerendi. Magiſter aũt primam opinionẽ approbat .ſ. q; talis voluntas ſit pena. q: ſicut cedit bonis ad gloriã q; non pñt hr̃e malam volũtatẽ ita malis in penã q; nõ pñt habere bonam volũtatẽ. Poſtea querit cur mali dicunť eſſe in tenebris exteriorib⁹. Et rñdet q; hoc iõ dr̃. q: penit⁹ erunt a viſione excluſi. tũ ꝓpter maliciã voluntatis tũ ꝓpter obliuionẽ quã in eis cauſabit grauitas tormentoꝝ. Añ iudiciũ tamen nõ tam ꝓfundas penas patienť ſicut poſt iudiciũ. Secunda ꝓpoſitio ẽ hec. Damnati q̃ in inferno tormẽta patiunť nõ recognoſcunt ea que in mundo agunť. Hãc magiſter ponẽs querit. Vtrũ damnati cognoſcant ea que in mundo agunť. Et rñdet q; non. habent tñ curam aliquã de ſuis notis qñ nõ vidẽt eos ſecum in tormẽtis nec in gloria cũ beatis. Ubi etiã ſubdit q; anime a corporibus ſeꝑate in locis corporalibus pñt detineri ad penã. ⁊ ponit exemplũ de diuite damnato. Qualiť autem ſint intelligenda de diuite ⁊ lazaro dicit eſſe dubium ⁊ incertũ. Tertia ꝓpoſitio eſt hec ante extremũ iudiciũ beati in celo abſq; cõpaſſione vidẽt damnatos ⁊ eoꝝ tormenta in inferno. Hanc magiſter inſinuans querit. An illi qui ſunt in inferno ⁊ q̃ ſunt in gloria ſe viciſſim ⁊ mutuo videãt. Et rñdet q; añ iudiciũ boni malos ⁊ mali bonos vident. poſt iudicium vero tñ boni malos videbunt ⁊ non econuerſo. Poſtea querit quõ poſſunt videre dãnatos abſq; cõpaſſione. Et rñdet q; hoc ideo eſt. q: voluntas eorũ perfecta eſt ⁊ conformis diuine voluntati ⁊ iuſticie. Poſtea querit vtrum ex hoc q; ſancti vident penas damnatoꝝ eorum gloria minuať vel gaudiũ augeať Et rñdet q; ex hoc eorũ gloria ⁊ gaudiũ augebitur qđ plurib⁹ autoritatib⁹ ꝓbat. Ultimo magiſter epilogat finẽ opi imponẽs ⁊ tangit Eſaie viſionem .vj. ca. qui dicit. Uidi dñm ſedentẽ ſuꝑ ſolium excelſum ⁊ eleuatũ ⁊ plena erat omnis terra .i. domus a maieſtate eius ⁊ ea que ſub ipſo erant replebãt tẽplũ. ſeraphin ſtabãt ſuper illud. ſex ale vni ⁊ ſex ale alteri. duab⁹ velabant faciẽ ei⁹ ⁊ duab⁹ velabãt pedes ei⁹ ⁊ duab⁹ volabãt ⁊ clamabãt alť ad alteꝝ ⁊ dicebãt Sanctus ſanctus ſanctus dñs deus exercituum plena eſt omnis terra gloria eius q̃ quidem viſio a dyoniſio ſic exponiť. ꝑ ſedentẽ in ſolio dicit deſignari ipſum deũ. ꝑ ſoliũ excelſum ipſam eminẽtiã diuine nature. ꝑ domũ ſuꝑiorẽ ſignificãť excelſiores nature do magis ꝓpinq̃ q̃ ei⁹ maieſtatẽ pleni⁹ repñſentãt. ꝑ templũ ꝟo iferiores creature .ſ. corꝑales q̃ inferiori mõ diuinã ꝑticipãt bonitatẽ. Hui⁹ aũt ſedẽtis ſuꝑ thronũ facies ipam diuinã eſſentiã ſignificat. ⁊ ea q̃ in ei⁹ eternitate fuerũt ante ꝯſtitutionẽ mũdi. Per pedes ꝟo ſignificanť ea q̃ poſt finẽ mũdi erũt in gl̃ia btõꝝ ⁊ i penis dãnatoꝝ ꝑ media ꝟo ea q̃ curſu medij tꝑiſ agunť. Seraphin aũt faciẽ ſedentis ſupra thronũ ⁊ pedes eius velare dicũť. q: miſteriũ eťne diuinitatis ⁊ future btitudinis ⁊ miſerie ad plenũ nõ reuelant. ſ; duab⁹ alis velabũt q: de his q̃ medio tꝑe agunť nos q̃tũ op⁹ eſt miſterio ãgeloꝝ inſtruimur. inť quos ſeraphin p̃matũ tenet. Eorũq; volat⁹ ꝑ ꝓceſſũ reuelatiõis eoꝝ in nos demonſtrãt. Sic igiť mgr̃ breuiť et ſubtiliť epilogat ſpãlr̃ q̃tũ ad vltimã ꝑtẽ h⁹ q̃rti libri dicẽs ſibi ſufficere ꝯmemoraſſe ꝑdicta đ pedib⁹ ſedẽtis manẽtꝫ i maieſtate tri. ſuꝑ ſoliũ excelſũ .i. đ his q̃

ſtunt in tempore iudicij quos pedes ſeraphin duabꝰ
alis velabant ⁊ eorum miniſterio non ſunt ad plenū
reuelata. Secundo epilogat generaliter ꝓtū ad to-
tius libri proceſſum dicens qꝛ ipſe exorſus eſt incipi-
ens a facie ſedentis ſuper ſolium excelſum. id eſt ab
ipſa deitate trinitatis de qua in primo lib. egit proce
dit per media que de duratōne mundi aguntur que
ſunt creature ⁊ peccata de quibus egit in ſecundo.
Reparatio ⁊ virtutes de quibus egit in tertio libro
Et eccleſiaſtica ſacr̄a de q̄bus egit in p̄ma p̄te huius
quarti libri. duce xp̄o q̄ ē vita puenīēdi vſqꝫ ad pe-
des .i. vſqꝫ ad ea que in fine mundi ⁊ etiā q̄ poſt mun
dum agunt̄. ſicut reſurrectio corpoꝝ. punitio dāna-
toꝝ ⁊ gloria bonoꝝ q̄ in delectatione ⁊ cognitione
dei cōſiſtit. vt ſic a deo incipiēs eius doctrina termi-
netur in deo q̄ eſt cauſa a qua omnia ⁊ finis ad quē
omnia ordinantur. Cui honor ⁊ gloria decus ⁊ im-
perium in ſecula ſeculorum.

Liber Sententiarum magiſtri Petri Lombardi: cum concluſionibus
magiſtri Henrici Gorichem: ſacrarū litterarū interpretis explicit. Im-
penſis atqꝫ ſingulari opera Nicolai Keſlers ciuis Baſilieeñ. ad honorē
ſancte ⁊ indiuidue trinitatis ac fidei catholice augmentū et tuitionem
q̄ diligētiſſime impreſſus. Anno incarnationis dn̄i poſt mileſimū qua-
ter qꝫ centeſimū nonageſimoſecundo. Duodecimo vero kalñ. Martij.

Tabula

Incipit regiſtrum bꝛeue et vtile omnes fere ſententias. queſtiones ⁊ concluſiones in quatuoꝛ ſententiarū libꝛis tactas cōtinens. ſm oꝛdinem alphabeti inferius annotatū.

Abrae caſtitati

an ſit virginitas Johannis pꝛeferenda. li. 4. di. 33. b.
Abꝛae in lumbis quō xp̄s fuerit. li. 3. di. 3. c.
Aboꝛtum pꝛocurantes quando ſunt homicide lib. 4. di. 31. e.
Aboꝛtiuoꝝ coꝛpa an cum ſuis defoꝛmitatibus reſurgent. li. 4 di. 4. 4. b.
Abſolutōis poteſtas qualiter data eſt ſacerdotibus. li. 4. di. 14. ⁊ di. 18. per totū.
Abſoluit̃ peccatoꝛ dupliciter. li. 4. di. 18. d.
Abſoluendi poteſtatē vtrum oēs habeant ſacerdotes. li. 4. di. 19. b.
Accidens nullū cadit in deū. li. 1. di. 26. c.
Accidētia quō ſunt ⁊ vbi manēt in tranſubſtātiatiōe panis ⁊ vini in coꝛpus ⁊ ſanguinē xp̄i li. 4. di. 11. a. b. ⁊ di. 12. a.
Actiōes penitētie ſunt tres. li. 4. di. 16. c.
Accolitatus oꝛdo quis ſit. ⁊ quod eius officiū li. 4. di. 24. f.
Actuale peccatū quid ſit. li. 2. di. 35. a.
Actus qualeſcunq; vtrū inq̄tū ſunt. boni ſunt ⁊ a deo ſunt. li. 2. di. 35. b. ⁊ per totū.
Actus malus inq̄tum peccatū eſt an ſit pꝛiuatio boni. li. 2. di. 32. K.
Actus mali vtꝝ ex deo ſint. li. 2. di. 27. p totū
Actus voluntatis quare eſt peccatū ⁊ nō aliaꝝ potentiaꝝ. li. 2. di. 39. b.
Actus mali vtꝝ ſunt ex deo. li. 2. di. 37. p totū
Actus voluntatis intelligētie ⁊ memoꝛie quō differunt. li. 2. di. 39 b.
Actus qui ſimpliciter boni ſunt. ⁊ qui mali. li. 2. di. 40. a.
Actus ſunt in triplici dr̄ia. li. 2. di. 40. b. c.
Actus hominis iudicant̃ ſm intentionē ⁊ cauſam. li. 2. di. 40. c.
Actus hois ſine fide ſunt mali. li. 2. di 21. a.
Actus ⁊ volūtas mala in eodē hoie an ſit vnū peccatū vel plura. li. 2. di. 42. a.
Ade ſtatus ante peccatū qualis fuerit. lib. 2. diſtin. 19. a.
Adam ⁊ eua vtrum coierunt in paradiſo. lib. 2. di. 20. per totū.
Adam vtrum ſine alimonia in paradiſo viuere potuit. li. 2. di. 20. g.
Adam tribus modis eſt temptatus. lib. 2. di. 21. per totum.
Adam in quo deceptus eſt ⁊ in quo non. libꝛo 2. di. 22. c.
Adam vtrum magis vel minus peccauerit q̄ eua. li. 2. di. 22. e. f.
Adam habuit triplicem ſcientiam ante peccatum. li. 2. di. 23. c.
Adam vtrū pꝛeſciuit ſuū caſum. li. 2. di. 23. f.
Adam quam gratiam habuerit ante peccatuz. li. 2 di. 24. a.
Adam vtrum ante lapſum virtutes habuerit. li. 2. di. 29. b.
Adam ⁊ eua de ligno vite comedētes quare n̄ ſunt facti imoꝛtales. li. 2. di. 29. g.
Ade peccatum quomodo tranſiuit in oēs homines. li. 2. di. 30. a.
Ade peccatum an fuerit oꝛiginale an actuale: li. 2. di. 30. b.
Ade peccatū actuale an grauius fuit peccatis alioꝝ hominū. li. 2. di. 33. f.
Adā ⁊ eua vtꝝ meruerūt pnīam. li. 2. di. 33. h.
Ade et eue peccati que fuit cauſa pꝛincipalis. li. 2. di. 34. per totū.
Ade matrimoniū quomodo oꝛdinatum fuit a pꝛincipio. li. 4. di. 33. per totū.
Adoꝛare quomodo debemus humanitatē xp̄i libꝛo. 3. di. 9. a.
Adoptiui filij vtrū naturalibus copulari poſſunt. li. 4. di. 42. d.
Adult̃ adulterā vtꝝ dimittere p̄t. li. 4. di. 35. b
Adulteriū quid ſit. li. 4. di. 41 d.
Affectus voluntatis in chꝛiſto fuit duplex. li. 3. di. 17. a. b.
Affectus eſt duplex in homine. ibidē.
Affines in quo gradu matrimoniū contrahere poſſunt. li. 4 di. 40. ⁊ di. 41. per totū.
Affinitas q̄d ſit ⁊ vbi ſit. li. 4. di. 42 p totū.
Agit deus miſ̄icoꝛdius cū quibuſdam q̄ eoꝝ peccata merent̃. li. 4. di. 45. c. ⁊ di. 46. a.
Amicos ⁊ inimicos diligere quod maioꝛis ſit pꝛemij. li. 3. di. 30. a.
Amoꝛ mens ⁊ noticia in anima imaginem gerunt trinitatis. li. 1. di. 3. s.
Amoꝛ. charitas. dilectio patris ⁊ filij eſt ſpiritus ſanctus. li. 1. di. 10. a. ⁊ di. 17. b.
Angeli quare creati ſunt. li. 2. di 1. d. e.
Angeli qn̄ ⁊ vbi creati ſunt. li. 2. di. 2. per totū.
Angelis quattuoꝛ data ſunt in initio ſue conditionis. li. 2. di. 3. a.
Angeli an ſunt equales in ſapientia. in eſſentia ⁊ in libertate arbitrij. li. 2. di. 3. b.
Angeli vtꝝ habeāt aliq̄ cōmunia. li. 2. di. 3. c.
Angeli an boni vł mali creati fuer̃t. li. 2. di. 3. d
Angeli an ſtatim ceciderunt poſt creationem. li. 2. di. 3. d. e. f.
Angeli triplicem cognitionez habuerunt ante caſum. li. 2. di. 3. i.
Angeli an aliquā habebant dilectionē ſuſtinuiſcem ante caſum. li. 2. di. 3. K
Angeli an beati ⁊ perfecti. an miſeri creati fuerunt. li. 2. di. 4. a.
Angeli mali vtꝝ ſuū caſum pꝛeſciuerūt. ⁊ boni

ſuam beatitudinem.li.2.di.4.a.b.
Angeli poſt creationē quidā deo adheſerūt.⁊ quidā a deo receſſerunt.li.2.di.5.a.
Angeli vtrū ante lapſum habebant liberū arbitrium.li.2.di.5.b.
Angelis bonis qualis gratia fuit data in ꝯuerſione.li.2.di.4.c.
Angeli an de omī gradu ceciderūt.li.2.di.6.a
Angeli vn̄ ⁊ quo ceciderūt.li.2.di.6.b.
Angeli mali vtrum habeant ꝑlationes inter ſe li.2.di.6.d.
Angeli boni quare nō poſſunt peccare.⁊ mali bonum velle cū vtriqꝫ liberum habeant arbitrium.li.2.di.7.a.b.
Angeli mali quō poſſunt aliquid facere ⁊ quomodo non.li.2.di.7.l.
Angeli an habeāt corpora eis naturaliter vnita ⁊ quomodo hominibus appareāt.li.2.di.8.a.⁊ per totum.
Angelorum ordines qui ⁊ quot ſunt:⁊ vn̄ ordinum noīa aſſumpta ſunt ⁊ quō diſtinguūt li.2.di.9.per totum.
Angeli eiuſdem ordinis an ſunt equales.li.2.diſtin.9.f.
Angelus ⁊ ſi non peccaſſet:vtiqꝫ tamen hō ſaluaretur.li.2.di.9.g.
Angeli quot ꝑmanſerūt:an tot homines ſaluabunt.li.2.di.9.h.i.
Angeli an omnes ad nunciandum mittātur.libro.2.di.10.a.
Angelum bonū habet quilibet homo ad cuſtodiam ⁊ malū ad exercitaū.li.2.di.11.a.
Angeli vtrū ſinguli hominibus ſingulis deputati ſunt.an vnus pluribꝰ.li.2.di.2.et.11.b.
Angeli an ꝓficiāt in merito vel in premio vſqꝫ ad diem iudicij.li.2.di.11.d.
Angeli quomodo oratiōes hoim deo offerūt.li.4.di.43.g.h.
Angeli quale miniſteriū habebunt in die iudicij.li.4.di.47.d.
Anima quō eſt imago trinitatis.li.1.di.3.g.
Anima dicitur ſimplex reſpectu corpis.lib.1.diſtin.8.e.
Anime an de celo poſſunt reduci ad corpa ꝓpt aliqua merita.li.1.di.41.d.
Anima quare ſit ꝯiuncta corpi.li.2.di.1.k.
Animalia venenoſa vtrū ſint facta ad puniendum hoiem.li.2.di.15.c.
Animalia minuta vtrū in ꝑmis ꝯditionibꝰ creata ſunt.li.2.di.15.d.
Anima de quo quando ⁊ quomodo creata ſit li.2.di.17.a.
Anima quare creatur:cum in peccato concipitur.li.2.di.32.g.
Anima an talis ſit an̄ baptiſmum qualis a deo creata eſt.li.2.di.32.h.
Anime vtrum ex creatione ſint equales et quomodo vna nobilior eſt alia.li.2.di.32.i.
Animam ⁊ carnem quare aſſumpſit xp̄s.libro 3.diſtin.1.a.
Anima chriſti quomodo eſt vnita carni.libro 3.diſtin.2.b.
Animam ⁊ carnem aliā ꝙ̄ ab adam an potuit aſſumere deus.li.3.di.12.a.
Anima chriſti an habuerit ſapientiā equalē cū deo:⁊ an oia ſcit que deus.li.3.di.14.a.
Anima ⁊ caro xp̄i vtrum in morte fuit ſepata a verbo.li.3.di.21.ꝑ totum.
Animalia bruta non ſumunt corpus xp̄i lꝫ accipiant hoſtiā.li.4.di.13.in fine.
Anime in inferno duplici igne puniūtur.libro 4.di.44.f.g.
Anime abortiuorū ⁊ monſtrorū quō reſurgēt in iudicio.li.4.di.44.h.
Anime exeuntes de hoc ſeculo diuerſa habent receptacula.li.4.di.45.a.
Anime quō iuuant elemoſynis:orationibꝰ ⁊ ſacrificio altaris.li.4.di.45.b.
Animabꝰ nō ꝓdeſt pompa ⁊ ſumptuoſitas in exequijs.li.4.di.45.d.
Anime iuſtorū an obfuſcātur penis reproborū li.4 di.50.g.
Antiqui plures habentes vxores vtrū peccauerunt.li.4.di.33.a.
Antiquis quid ſufficiebat credere de chriſto.libro.3.di.25.c.
Aptitudinem moriendi an habuit hō in ſtatu innocentie.li.2.di.19.c.
Item ꝙ eſt tranſitus de cōtradictorio in cōtra/dictoriū ſine mutatione reali cuiuſcunq̄ʒ intrin/ſeci: iſtum articulum reputo falſum.

Itē ꝙ q̄cūq̄ʒ diſtinguunt̄ ſūme diſtinguūt̄ ⁊ eq̄liter diſtinguunt̄: iſtū articulū reputo falſum

Item ꝙ deus pōt ꝑcipe creature irrationabilit̄ vt habeat ipm odio ⁊ ipa obediens plus meret̄ q̄ʒ ſi ipm diligeret ex precepto: qm̄ hoc faceret cū maiori conatu ⁊ magis contra propriaꝫ incli/nationem: iſtū articulū aſſero falſum

Itē ſi aliq̄s velit cōformare voluntatē ſuaꝫ vo/luntati diuine: ſequit̄ nccārio altera pars illius diſiunctiue vel ꝙ deus eum inſtrueret de omni bus neceſſariis ⁊ concernentibus ſalutem ſuaꝫ ita ꝙ errare non poſſet: vel ꝙ nō erraret: ⁊ ſi er/raret in quocunq̄ʒ actu ſuo ille error nō eſſet ſibi imputād⁹ nec peccaret: imo mereret̄ ī omī actu ꝯſequēte talē errorē: imo plus vel tantū q̄ʒtum eliciēdo actū oppoſitū equādo iudiciū rationis iſtū articulū aſſero falſuꝫ ⁊ reputo erroneū ꝓut iacet. Itē ꝙ in ꝑncipio ꝑmo ſuo tenuiſſe dicit̄ ꝙ quilibet tenet̄ pl⁹ diligere meliorē ꝓximuꝫ ſe q̄ʒ ſeipm: iſtū articulū reputo falſum

Itē ꝙ eccl'ia ſancti ſepulchri Pariſi⁹ ꝑdicaſſe di cit̄: ꝙ quilibet tenet plus diligere ꝓximū melio rem ſe: iſtū articulum reputo falſum.

Itē ꝙ mḡr Nicolaus de vltricuria ꝑdictus di/cere debeat alte ⁊ intelligibilit̄ ꝙ ꝑter iſtos arti culos ⁊ ꝓpoſitiōes ꝑ eū reuocatas: ac multos alios articulos falſos ⁊ hereticos hui⁹ epl'e ⁊ li/belli cōbuſti fuerūt in ſcriptis reuocare debeat publice ſolēniter expreſſe ꝓpoſitiōes ꝑ eū corā nobis reuocatas: alios articulos ꝑdictis aſſerē/do aliquos falſos: aliq̄s ꝑſumptuoſos etiā ⁊ ꝙ debeat iurare in ꝑn̄tia noſtra ad ſctā dei euāge/lia ꝙ nunq̄ʒ tenebit aut docebit etiam clam vel palam, ⁊ repſentauit ſe cancellario Pariſienſi ⁊ vniuerſitati mḡroꝝ ⁊ ſcolariū Pariſi⁹ ſtuden/tium ⁊ etiam regentium. Caplm. xxvii.

Iſti articuli q̄ ſequū=

tur ſunt cōdemnati ab epo Pariſienſi ⁊ mḡris theologie regentibus Pariſi⁹. Anno dn̄i. M. ccc. xl. in octa. Epiphanie dn̄i

Item ꝙ diuina eſſentia in ſe nec ab hoīe nec ab angelo videbit̄

Itē ꝙ diuina eſſentia licꝫ ſit eadē in p̄re ⁊ filio ⁊ ſpūſctō vt ē eſſentia tn̄ vt ē forma ſiue in rōe for=me eſt vna in p̄re ⁊ filio: ⁊ nō vna in ſpūſancto.

Item ſpūſanct⁹ ꝓut eſt amor vel nexus nō ꝓ/cedit a p̄re ⁊ filio ſed tm̄ a p̄re

Item ꝙ multe fuerūt veritates ab eterno q̄ non erant deus

Itē ꝙ corpa gl'ificata nō erūt ī celo empireo cū angel': ſʒ in celo criſtallino vel aliquo qd̄ ē ſupra firmamētū qd̄ ꝑſumebāt dicere de beata ꝟgine

Item ꝙ primum nunc ⁊ creatura non eſt crea/tor nec creatura.

Item ꝙ angelus in ꝑmo inſtanti ſue creationis fuit malus ⁊ nunq̄ʒ bonus

Item ꝙ angelus in eodem inſtanti poteſt eē in diuerſis locis.

Itē ꝙ qui habebit meliora naturalia habebit d̄ neceſſitate maioreꝫ grām ⁊ gloriam.

Itē ꝙ diabolus nunq̄ʒ habuit vnde ſtare poſſꝫ

Item nec Adam in ſtatu innocentie

Capitulum. xxviii.

Copia cedule reuo=

cationis quorundaꝫ articuloꝝ fratris Dionisii ſoulechat ordinis fratrū minoꝝ facte ꝑ eundeꝫ Pariſi⁹ ⁊ in curia romana. Reuerēdi mḡri mei ⁊ dn̄i dixi aliqua in ꝑncipio meo ſniaꝝ q̄ in non nulloꝝ aurib⁹ male ſonuerunt ⁊ ex cauſa. Ego veritate coactus: ⁊ ex ordinatione reuerēdi pa/tris dn̄i Cancellarii Pariſieñ. ac facultate theo logie mḡroꝝ tanq̄ʒ eccl'ie ⁊ dicte facultatis theo logie hūilis fili⁹ ipa dicta in ꝑfato ꝑncipio meo male poſita corrigo ſub hac forma. Quia tertia concluſio articuli quarti fuit hec: ꝙ hec benedi/cta: imo ſuꝑbenedicta lex ⁊ dulciſſima: vicꝫ lex amoris de qua loquebar oēm aufert ꝓprietateꝫ dominiū: ꝓbaui q2 nō q̄rit vindictā q2 patiēs ē. j. Chorin. xiii. nō groſſitiē cordis: q2 patiens eſt doloris ꝓximi. Item nō eſt ambitioſa q̄ʒtuꝫ ad honores. Non querit que ſua ſunt quantum ad temꝑalia: vn̄ gloſa nō emulat̄. i. non inuidet q2 nō eam aliena contriſtat facilitas: ſed alteri⁹ bo

nū diligit vt ſuū. Pꝛedictā cōcluſionē reuoco tā
q̄ falſam erroneā ⁊ hereticā: qꝛ xp̄s ⁊ aplīi illā le
gem ꝑfectiſſime tenuerunt ⁊ adhuc multi tenēt
et ꝑ dei grām tenebunt qui ꝓꝓꝛietatem ⁊ domi
niū habebūt: dico etiā ꝙ autoꝛitas aplī ⁊ gloſa
ꝑ quas ꝓbabā nō ꝓbant dictam cōcluſionem:
nec ſunt ad ꝓpoſitū vt apparet intuenti textum
et gloſas autenticas ſuꝑ illo. Ex illa cōcluſione
intuli coꝛrelariū p̄mū ꝙ hec lex diſpenſat duo ꝓ
nomia poſſeſſiua ſcʒ meū ⁊ tuum: ꝓbaui: qꝛ iſta
duo vnum faciūt: imo etiā omnia in vnum con/
gregūt: ſic Dionyſius dicit de celeſti hierarchia
c. j. in p̄ncipio. Omne datū bonu ⁊ omne donū
ꝑfectum de ſurſum eſt deſcendens a patre lumi/
nū. Sed ⁊ cunct⁹ a patre luminis moti appari/
tionis ꝓceſſus ad nos bonitatis dono veniens
rurſus ſicut vnū faciens virtus ſuſcitatiōe nos
adimplet ⁊ conuertit ad cōgregantis patris vni
tatem ⁊ deificā ſimplicitatē amoꝛ eñ oia vnū ⁊
vnius facit ſcʒ dei: quia non querit que ſua ſunt
ſed que ieſu chꝛiſti
Itē intuli ſecundū coꝛrelariū ꝙ non min⁹ facit
omnia cōmunia charitas quā extrema neceſſi/
tas: ꝓbaui: qꝛ ⁊ vnū fit ex amoꝛe dei: ⁊ alterum
ex amoꝛe ſui: ſed affectio iuſti eſt intēſioꝛ ⁊ eligi/
bilioꝛ quā cōmodo ꝑ baccalaureo de ſctō bern/
ardo in ſecūdario coꝛrelario q̄rte ꝯcluſionis arti
culi: igit̄ ꝯfirmaui ꝑ Auguſtinū in ꝓlogo cō/
tra q̄nq̄ hereſes dicētē ꝙ iſta duo coꝛrelaria vt
ſequunt̄ ex ꝯcluſione p̄dicta ſunt falſa: ⁊ dico ꝙ
autoꝛitates ille q̄s adduxi nō faciūt ad ꝓpoſitū
Itē ex p̄dicta cōcluſione intuli aliud coꝛrelariū
qḋ fuit quartū: ꝙ legem hāc dedit xp̄s diſcipul̄
ſuis p̄ncipalit̄ ⁊ actualit̄ exequendū nō ſolū ha/
bitualit̄ ꝓbaui: qꝛ dixit. Hec mādo vob̄ vt dili/
gatis inuicē ſicut ⁊ dilexi vos Io. xv. Per iſtud
coꝛrelariū intelligendo hāc legē amoꝛis auferen
tē omnē ꝓꝓꝛietatē ⁊ dominiū ꝓut cōcluſio dicit
ſi intellectū reputo falſum erroneū hereticū ⁊ cō
tra determinationē eccleſie dico etiā ꝙ autoꝛitaſ
quam allegaui nō eſt ad ꝓpoſitum
Itē cōcluſio quarta ⁊ finalis mea fuit ꝙ actual̄
abdicatio coꝛdialis voluntatis ⁊ tp̄alis poteſta
tis dominij ſeu autoꝛitatis ſtatū ꝑfectiſſimū oñ/
dit ⁊ efficit: ꝓbaui: qꝛ hoc ꝓ regula perfectionis
datū eſt. Math. xix. Si vis ꝑfectus eſſe: vade
et vende omia q̄ habes ⁊ da pauperib⁹. Idem
Lu. xix. Idē Mat. x. vnde nō dixit: pone in ar
ca aut in ſcrinio: ſed ſi videas pauꝑes da: qꝛ vt
dixit xp̄s Mat. xxvj. Pauꝑes ſemꝑ habebitiſ
vobiſcū: me aūt non ſemꝑ habebitis: ⁊ dicebā
ꝙ ideo nō dicat hō hanc regulā a deo eſſe datā:
ſed animi p̄parationē ſcʒ ſi opus ſit qꝛ vbi ſemꝑ
opus eſt ſemꝑ debet fieri. Sed quia reuera par
uus coloꝛ ſufficit ad excuſationē agere volenti.
Iſti volunt dare intelligere ꝙ auricalcū ē aurū
et fel mel: ſed ſi ex ignoꝛātia crederent: tñ eſt qui
querat ⁊ iudicet: qḋ ꝓbationes dicunt hanc cō
cluſionē eſſe poſitā vniuerſaliter: ideo ipſam vni/
uerſaliter intellectā dico falſam erroneā ⁊ here/
ticā: quia nec xp̄s nec aplī ſtatū ꝑfectiſſimū ha/
buiſſent ⁊ autoꝛitates ad eam ꝓbandā adducte
non ſunt ad ꝓpoſitū vt ptʒ ꝑ gloſas oꝛdinarias
et doctoꝛes in hoc ſtudio et alibi appꝛobatos.
Alias ꝓbationes vt ꝓbant iſtam cōcluſionem
reputo falſas ⁊ erroneas. Et vltimā dici falſam
iniurioſam ⁊ ſcādaloſam. Ex p̄dicta cōcluſio
ne quarta inferebā p̄mū coꝛrelariū ꝙ xp̄m non
abdicaſſe hmōi poſſeſſionē ⁊ ius in tempalibus
non habet̄ ex noua lege imo poti⁹ oppoſitū: qꝛ
Mat. viij. Fili⁹ hois nō hʒ vbi caput reclinet.
Itē ſecundū coꝛrelariū eſt illud ꝙ hāc legem ꝓ
regula ꝑfectionis xp̄s docuit ⁊ exēplo cōfirma/
uit: ꝓbaui ꝑ regulā nunc dictā. Vade ⁊ vende
oia que habes ⁊c̄. Etiā qꝛ vocati oia dimiſerint
Mathe⁹ theloneū. Petr⁹ ⁊ alij retia. Math.
xix. Ecce nos relinquimus oia. Iſta duo coꝛre/
laria reuoco tanq̄ falſa erronea ⁊ heretica ⁊ cō
tra determinationē decretal̄ dñi Iohānis pape
q̄ incipit. Quia quoꝛundā inter cetera dicentis
q̄ ois vir in cuiuſcūq̄ ꝓꝓ̄etate ⁊ in eius vſu. Que
quidē aſſertio ꝯtinet multa falſa: cū nec etiā im/
poſſibile aplīs: nec ſub voto ab eis fuiſſe aſſūp/
tū euāgelica ſeu aplīca doceat hiſtoꝛia: ſꝫ ꝯ̄rium
euidenti⁹ manifeſtat hec decretalis. Dico etiam
autoꝛitates non ſunt ad ꝓpoſitū vt liquide ap
paret intuēti textū ⁊ gloſas oꝛdinarias ⁊ appꝛo
batas. Preterea fuit coꝛrelariū quartū qḋ in
tuli ꝙ abdicatio rex tempaliū ſꝫm animi p̄para
tionem nullā aut valde imꝑfectā ⁊ fragilē oſten
dit ⁊ efficit ꝑfectionē: ꝓbaui p̄mo: qꝛ ſꝑ habent
pauperes: ſecundo quia nō valet niſi rōe actus
igit̄ actualis eſt perfectioꝛ. Iſtum articulū reuo
co tanq̄ falſum ⁊ ſcādaloſum: nec ꝓbatiōes ſūt
ad ꝓpoſitum
Item reſpondēdo ad quendā baccalariū de do
mo beati Bernardi: cum ille dixiſſet ꝙ xp̄s talia
non abdicauit: illud negaui ⁊ dixi ꝙ xp̄s nihil ſi
bi retinuit. Iſta duo dicta reuoco tanq̄ falſa et
heretica: qꝛ xp̄s loculos habuit ꝓpter infirmoſ
a fidelibus oblata cōſeruās: que ⁊ ſuoꝛum neceſ
ſitatib⁹ ⁊ alijs indigentib⁹ tribuebat: vt ⁊ chꝛi/
ſti euangeliū ⁊ beat⁹ Auguſtinus ac etiā deter
minatio romani pontificis teſtant̄
Vltimū coꝛrelarium ꝙ poſui fuit ꝙ non pluſ
curauit chꝛiſtus de tempalibus q̄ faciunt diui/
tes de pauperib⁹: ꝓbaui quia ſitiuit ⁊ nō habu/
it potū: ⁊ ꝓ nobis nudus in cruce pependit: nūc
dico ꝙ xp̄s de tempalibus curauit: quia nō om
nia abdicauit vt ſuperius dictū eſt ꝙ autē innui
de diuitibus ꝙ nō curāt de pauperibus: hoc re
tracto tanq̄ iniurioſum ill's diuitib⁹ per quoꝛū

elemoſynas pauperes ſuſtentantur. Hec igitur
omia male ſonantia ſic prius expreſſa in meo di
cto ſententiarum principio male poſita reuoco
et retracto vt dictum eſt ꝓmittendo bona fide:
ꝙ illa de cetero non tenebo nec dogmatizabo et
ita iuro: veniā humiliter implorans de cōmiſſis
Hec omia predicta dict⁹ frater dionyſius iterū
omino in preſentia magiſtri Guillermi romani
lectoris ſacri palatij aplici ⁊ alioꝝ nouem magi
ſtroꝝ in theologia pariſius reuocauit: ⁊ ad ſan/
cta dei euangelia iurauit ſe appellationeʒ quaʒ
interpoſuerat nō ꝓſecuturum ac cōcluſiōes pre
dictas ⁊ correlaria tanq̄ falſa erronea ⁊ hereti/
ca abiurauit ſm tenorē reuocatiōis alias ꝑ eum
facte Pariſius modo ⁊ forma ſuperius annota
tis. Hec aūt reuocatio facta eſt auinione ī domo
prefati magiſtri Guillermi romani. Anno. M.
ccc.lxv. die vltimo menſis Januarij inditōe ter
tia: pontificat⁹ ſanctiſſimi in xp̄o patris ⁊ domi/
ni noſtri domini Urbani diuina ꝓuidentia pa/
pe ſexti anno tertio

Reuocatio articuloꝝ p̄dictoꝝ facta ꝑ eundem
fratrē Dionyſiū in diſputationib⁹ ſolennib⁹ pu
blice facta in eccleſia p̄dicatorū Pariſius. An/
no dn̄i. M.ccc.lxix. die iouis. poſt Quaſi mō.
de mandato reuerendiſſimi in xp̄o prīs ⁊ domi
dn̄i cardinalis beluacē͂ cōmiſſarij ad hoc per ſe
dem apoſtolicam deputati

Item cū debui exponere dicta mea in curia ro/
mana corā reuerendiſſimis prībus dominis car
dinalibus nemanſenſi ⁊ vabrenſi addidi ꝓpoſi
tiones que ſequunt̄ videlʒ ꝙ xp̄s in morte om/
nia ſimpliciter abdicauit. Iſtā reputo tanq̄ fal
ſam erroneam ⁊ hereticam

Itē dixi ꝙ qn̄ corpus in ſepulchro māſit: ibi ca/
ritas abſtulit ab eo omnē ꝓprietatē ⁊ dominiū
iſtā reuoco tanq̄ falſam erroneaʒ ⁊ hereticā.

Iteʒ dixi ꝙ tunc vacauit ſedes generalis domi
ni vſq̄ ad diē iſtā vt ſequit̄ ex p̄dictis ſeu ad ſen
ſum predictarum: reuocaui ⁊ reuoco tanq̄ falſā
et erroneam.

Itē q2 aliqui dicunt ꝙ dixi in p̄dicta declaratio
ne: primo ꝙ lex amoris. i. caritas que ſtatū ꝑfe/
ctum facit eſt inſeꝑabilis a n bois: ⁊ ꝙ loquebar
de caritate ſiue de lege amoris ex cuius obſerua
tione ſeu obſeruantia vniuſcuiuſq̄ ſtatus perfe
ctio menſuratur loquendo de meritoria ꝑfectōe
in homie vſum rationis habēte: ſecūdo q2 cuili/
bet creature rōnali hec lex naturaliter ē indita:
et tertio ꝙ de⁹ ſm hāc legē viuit. Iſtas ꝓpoſi/
tiones nō credo me dixiſſe neq̄ dixi: q2 iſtas re/
puto falſas erroneas ⁊ hereticas: p̄dictas auteʒ
ꝓpōnes per me reuocatas iuro ⁊ ꝓmitto eas d
cetero nec tenere nec dogmatizare publice vl oc
culte ⁊ veniam petiui ⁊ peto humiliter de com/
miſſis.

Capitulum. xxix
Reuocatio mgr̄i Johānis de ca/
lore. Anno dn̄i. M.ccclxiij

Antequā deſcendaʒ
ad cōcluſiones habeo aliq̄ dicere: q2 in p̄mo ar/
ticulo meaꝝ veſperiaꝝ poſui duas ꝓpoſitiōes
vnā. ſ. ꝙ ſumm⁹ legiſlator de⁹ ipe dign⁹ eſt infi/
nitis ꝑfectionib⁹ quas nec habuit nec habʒ nec
habere pōt. Nunc dico ꝙ iſta ꝓpoſitio male ſo/
nat: imo reputo eaʒ in ſenſu cathegorico falſam
quē ſenſum facit: nec in illo ſenſu intellexi eā: ſed
in ſenſu hypotetico. ſ. ꝙ ſi eſſent infinite ꝑfectio/
nes imaginabiles q̄s de⁹ nō hʒ adhuc eſſet dig/
nus illis ꝑfectionib⁹. Eodē mō de ſecūda ꝓpo/
ſitione. ſ. ꝙ infinite ꝑfectiones ſiml'i legiſlatoris
eſſentia ſunt dignitas ad infinitas alijs.

Item ꝙ ex p̄dicta intuli vnū correlariū. ſ. ꝙ di/
ctus legiſlator dignificauit ſe in carne ad ſuā aſ/
ſumptionē hypoſtaticā: intellexi dignificauit. i.
manifeſtauit.

Iſtud aūt qd̄ vltra addidi. ſ. ꝙ ſi alias nō fuiſſet
aſſumpt⁹ ſm hoieʒ dign⁹ eēt q2 frueret̄: ⁊ iſtud
pluries reiteraui dico ꝙ intellexi ⁊ ꝓtuli tanq̄
diſputabile: nūc dico ꝙ n̄ ē diſputabile ⁊ quod
eſt falſum.

Itē q2 ꝓpoſui in mea cōcluſiōe tertij articuli ꝙ
ſubducta p̄rogatiua diſparis acceptōis ꝟitatis
ſub falſitate ſtaret vt verus cultor nō ampliuſq̄
falſus meret̄ ⁊ iſtā pluries reiteraui: dico ꝙ ma/
le ſonat: q2 ꝓcedit ex vna ſuppoſitiōe impoſſibi
li aliquib⁹ tn̄ nō poſſet apparere poſſibilis

Fuerunt pariſi⁹ qui=
dā diſcipuli cuiuſdā almarici noie ſtudētes pīſi
us qui dixerunt mortuo eo: ꝙ illud ꝙ c'ls ē pec=
catū mortale vt ſtuprū factuʒ in charitate non ē
pctm̄: impunitatem pctōꝝ ꝓmittentes deū bo/
num ⁊ nō iuſtū dicentes: q2 ab eccleſia ꝓpt̄ hu/
iuſmodi condemnati a rege frācie extra portas
ſunt cōbuſti. Hereſiarcha vero eoꝝ almaricus
a generali concilio rome cōdemnatus eſt ⁊ excō
municatus ⁊ ex ciuitate exhumat⁹: ⁊ cinis ⁊ oſ/
ſa ꝑ ſterquilinum ſunt diſꝑſa ⁊ merito.

Capitulum. xxx
Articuli Ludouici reuocati
Anno domini. M.ccclxij

Primo probādo pri
mā ꝑtem p̄me ſuppoſitionis arguit̄ ſic. Ad quo
libet nomen velle vel nolle reſpectu cuiuſlibʒ ꝓ
ducibilis a dextra ſequit̄ neceſſario mutatio in
volūtate ꝑfecta. Deinde arguit̄ hypotetice ſic
Si deus de nouo aliquid vellet vel nollet ad ex
tra ſen ſi in deo eſſet nouuʒ velle vel nolle ad ex
tra ipſe intrinſece mutaret̄: igit̄ velle ⁊ nolle di=

cũt denominationē intrinſecam : ⁊ hec fuit mẽs
mea ꝑ hoc ꝙ dixi in ſecũda ꝓbatõe huiꝰ ꝙ tam
velle vel nolle ad extra eſt actus vitalis ꝑfecte
volũtatis ipam immutans vitaliter nõ intellexi
ꝙ ꝑ velle ⁊ nolle deꝰ mutaretur intrinſece ſ3 ꝙ
ſunt opera vitalia. S3 qꝛ apud multos iſte mo/
dus loquendi velle diuinum immutat volũtatẽ
diuinam : ſignificat eñ ꝙ ipe intellectus mutaꝛ
et placet domino cancellario ⁊ facultati ꝙ de ce
tero in diuinis tali modo quis vtaꝛ : dixi in ſecũ
do correlario ꝑme ſuppoſitõis ꝙ licet ꝑfecte vo
lũtatis ſeu diuine eſſentie qꝺlibet intrinſecu3 ſit
abſolute neceſſariũ ſm ſuũ eſſe reale : tñ ẽ aliqꝺ
intrinſecꝰ ꝯtingens ⁊ nõ eſt neceſſariũ ſm ſuum
eſſe formale pat3 de nolle ⁊ velle ductis ad extra
Iſtud ſicut explano ⁊ dico ꝙ nihil intrinſecum
deo eſt cõtingẽs ſm intellectũ quem facit tanꝗ
catholice fidei diſſonũ. Similiter illud qꝺ dixi i
tertio correlario ꝙ ſtat deũ eſſe intrinſece aliqua
lem ⁊ ipm poſſe non eſſe talem : ⁊ tñ ipm eſſe ta/
lem immutabiliter debet ſic intelligi .i. ſtat deu3
aliquid velle ad extra ⁊ ipm poſſe hoc nũꝗ vel
le ⁊ tñ immutabiliter. Qꝺ dixi in ꝓbatione huiꝰ
ꝙ nõ eſt incõueniẽs ꝙ aliquid ſit deꝰ ſm ſuũ eſſe
reale : ⁊ tñ nõ ſit deus ſm ſuũ eſſe formale debet
ſic intelligi .i. ꝙ aliquid ſit deus realiter : ⁊ tñ ali/
qua formali denominatione denominaꝛ que ſi/
bi nõ cõpetit ꝑciſe qꝛ deus : ſed ratiõe alicuiꝰ effe
ctus vnde ſupradicti dãnant hãc ꝓpoſitionem
tãꝗ fidei diſſonã ſm intellectũ quẽ facit ſ. ꝙ aliꝺ
eſt deꝰ ſm ſuũ eſſe reale ⁊ tñ ipm non deꝰ ſm ſu
um eſſe formale

Itẽ dixi in nono correlario ꝙ nõ ſtat intellectũ
ꝑfectũ cognoſcere vera ꝯtingẽtia ⁊ illoꝝ ad ex/
tra non eſſe ꝓductiuam voluntatem

Item dixi in decimo ꝙ ꝑfectus intellectꝰ ad eſſe
peccati vt pctm̃ eſt nõ põt immediate applicari
cognoſcitiuo ⁊ ꝙ ex iſto ſequiꝛ finaliter pctm̃ eẽ
vel deformitatẽ aĩe nõ eſt ꝓprie aliqua verita
te verũ : pmũ eſt maledictũ ⁊ falſu3 : qꝛ ad hoc ſe
quiꝛ ꝙ deus nõ cognoſceret pctã aut volunta/
tẽ diuinã hoꝝ eſſe ꝓductiuã : quoꝝ vtrũꝗ ẽ fal/
ſum ⁊ ſecundũ fuit alꝰs ꝯdẽnatũ. Et alia correla/
ria ꝓ eo ꝙ pmo cõueniũt falſa ſũt ⁊ male ſonãt.

In ſecũdo correlario ſecunde ꝓpoſitiõis dixi ꝙ
ſtat aliquid eſſe actu miraculoſum ⁊ tñ in illo ꝙ
ſic actuat nullã ponere ꝑfectionem ſimpliciter :
mgr̃i noſtri iſtum modũ loquendi nõ approbãt
ſc3 ꝙ deus actueꝛ ſic nec illũ ꝙ deꝰ imuteꝛ.

Item in quarto ⁊ quinto correlarijs ſecũde ſup
poſitionis dixi ꝙ ꝑfecta voluntas non intenſiuſ
diligit ꝑdeſtinatum ꝗ diligat ꝑſcitum : ⁊ ꝙ non
plus intenſiue diligit ſe ꝗ diligat diabolũ in eſſe
naturali : nõ debui iſta dicere qꝛ in aurибꝰ audiẽ
tiũ male ſonant ⁊ falſa ſunt : cũ ſm Aug. aliquid
diligere ſit ei velle bonum : ⁊ ideo intenſius dili
gere eſt ei magis bonum velle : ⁊ ita cõmuniter
intelligunt homines

Correlariũ octauũ fuit tale ꝙ quelibet volitio ꝗ
deꝰ vult a eſſe nõ minꝰ diſtinguiꝛ formalr̃ a voli
tiõe ꝗ vult b eſſe ꝗ deꝰ diſtinguiꝛ a materia pri/
ma realiter : ꝓbaui ꝑ hoc qꝛ ꝗlibet volitio ꝗ deꝰ
vult a eſſe immenſe formaliter diſtinguiꝛ a voli/
tione qua vult b eſſe. Correlariũ hoc eſt falſ3 ꝓ/
batio erronea qꝛ non eſt admittendũ qualitercũ
ꝗ ꝙ in deo ſint plura immenſa aut plura immen
ſa eſſe diſtincta

Correlariũ nonũ fuit : nullũ velle imenſum per/
fecte voluntatis ꝯtinet aliquid ad extra produ/
cibile : hoc eſt falſu3 : qꝛ velle dei eſt cauſa rerum
In ꝓbatiõe autem correlarie ſcpſi ꝙ ſi potentie
volitiue angeli : volitio dñi que eſt immẽſa eſſet
actualis volitio : qꝺ nõ reputo impoſſibile ⁊ ta/
men ꝑ hmõi volitionem ⁊c. Predictũ correlari
um nunꝗ putabã poſſibile nec credo dixiſſe eſſe
poſſibile : ⁊ eſt erroneũ : qꝛ alꝰs fuit reprobatũ : ac
etiã quicquid ex eo ſequitur inꝗtum ex hoc ſe/
quitur eſt poſſibile

In tertio correlario tertie ſuppoſitionis dixi ꝙ
peccatũ eſſe ꝑfecta voluntas deus nõ poteſt im
mediate nolle intus ⁊ in alio ꝙ pctm̃ nõ eſt ime/
diate odibile a ꝑfecta volũtate. Iſta male ſonãt
et diſcordãt ſcripture ⁊ dictis ſanctoꝝ : hoc autẽ
intuli ex duobus correlarijs : quoꝝ vnũ fuit ꝙ ꝑ
fecta voluntas quicquid extrinſecus põt imme
diate velle preter immediate nolle ⁊ econuerſo.
Aliud eſt quicquid immediate ipa põt nolle po
teſt efficere : que applicata ad pctm̃ formaliꝛ ſum
ptum falſa ſunt ⁊ male ſonant.

Itẽ ſextũ correlariũ fuit quolibet extrinſecu3 ꝑ
fecta libertati ſeu voluntati eque ab ipa eſt odi/
bile ſicut diligibile ⁊ econtra : hec ꝓpoſitio ẽ er/
ronea : repugnare videꝛ voluntati diuine

Secũda cõcluſio mea fuit. Euidentie ad cõtra
dictoria in intellecto diuino formaliter immenſe
formaliter repugnat : dixi in ꝓbatione ꝙ queli/
bet earũ immenſa : nunc dico ꝙ illa ꝯcluſio cum
ſuis correlarijs ⁊ ſua ꝓbatione male ſonat ꝗtũ
ad hoc ꝙ deſignanꝛ in deo eſſe plura ⁊ immen/
ſa diſtincta : quod iam fuit hic ⁊ ſuperius repro/
batum. Quantũ etiã ad hoc qꝺ dicitur ⁊ immẽ/
ſe repugnant male ſonant : quia ad h̾ daꝛ intelli
gi qꝛ repugnãtia ſit intrinſece in deo.

Capitulum. xxxj.

Forma et modus re-
uocationis facta Pariſius ꝑ fratrem Guidonẽ
ordinis heremitarũ ſancti Auguſtini actu legẽ/
tis Pariſius ſentẽtias in ſcholis dicti ordinis.
Anno dñi. M. ccc. liiij. xvj. die menſis Maij.
Et hoc anno legendo ⁊ reſpondẽdo ambulaui
in magnis ⁊ mirabilibꝰ ſuꝑ me : verbũ veritatis

non recte tractando: ſed verbis contendēdo ꝓphanis ⁊ vaniloquiis q̄ ad impietatem ꝓuocāt et audientiū ſubuerſionem: ex quibus fact⁹ ſum occaſio ſcādali in ſanctiſſima facultate ⁊ ordine meo quod mihi diſplicꝫ bono corde: idcirco iuxta piā ⁊ ſanctā ordinationē dn̄i Cancellarij Pariſien̄ ac ceterorꝫ mgr̄orꝫ reuerendorꝫ theologice facultatis: quorū correctioni ⁊ ordinatōni me ſubmiſi ⁊ ſubmitto dicta mea ſcripta volo reuocare ⁊ intentionē meā oſtendere bonam: non obſtantibus dictis ⁊ ſcriptis in forma que ſequit̄. Et licet dn̄i ⁊ mgr̄i reuerēdi iſtas ꝯcluſiones poſuerim non eſt intentionis mee nec vnq̄ꝫ fuit per dei grām eas ſuſtinere ptinaciter

Reuocatio facta Pariſius
Anno dn̄i .M.cccluij.

Primo dixi iſtam cō

cluſionem charitas: ⁊ iam ꝓbaui ꝯtra baccalareū beate marie de monte carmelo: hāc reuoco tanq̄ꝫ falſam ⁊ hereticam: ⁊ etiā que eneruat effectum ſacramentorū ſcꝫ baptiſmi ⁊ penitentie et etiā cōtra decretum eccleſie in .c. fideli. ex. de ſū. tri. ⁊ fide. ca. in cle. etiam tanq̄ꝫ ſeipam interimētem: quod enī nullo modo vere eſt deſeri nō poteſt: vt ait Gratianus: ⁊ p̄ſumptuoſe poſitū eſſe quia eam dixi valde probabilem et tamen eſt cōtra ꝯcluſionē ⁊ doctorum opinionem ſcilicꝫ magiſtri ſententiarum Gratiani ⁊ plurimi aliorum Si que v̄o autoritates Auguſtini vel aliorū videant̄ ad oppoſitum intelligende ſunt de charitate finali que manet in patria: de qua loquitur apl̄s .j. ad Corin. xiij. Charitas nunq̄ꝫ excidit Uel intelligendum de charitate ſm̄ efficaciā vt mgr̄ me videtur gloſare.

Secundo ex hoc intuli ꝙ p̄ſcitus exiſtēs in charitate nō poteſt mereri vł elicere actū meritoriū vite iuxta ſcalam vite noſtre: reputo falſuꝫ ⁊ cōtumelioſum .

Tertio dixi ꝯtra baccalariū p̄dicatorū ꝯferēdo cum ipſo ꝙ hō meret̄ vitam eternā de condigno id eſt: ꝙ ſi nō daret̄ ei fieret ſibi iniuria ⁊ ſcripſi ꝙ deus faceret ſibi iniuriā ⁊ hāc ꝓbaui. Jaꝫ reuoco tanq̄ꝫ falſā hereticā ⁊ blaſphemā ⁊ mihi cōtradicentē ꝯcluſione infra recitāda que dicit totum eſt a deo ita ꝙ nihil a voluntate.

Quarto dixi in diſputatione reſpōdendo ꝯ q̄libet ꝙ ſi nullum eſſet liberū arbitriū adhuc eſſet peccatum quod ſcripſi in hac forma: pono vnuꝫ ꝓbabile. ſ. ꝙ nullū eēt intentū vel volitū adhuc eſſet pcm̄ tanti mali vł meriti: ꝓbatio fuit quia imaginato ꝙ nullū eſſet arbitriū adhuc eſſet in dei ꝯtuitu malum: hanc reuoco tanq̄ꝫ falſā manifeſte erroneam ⁊ hereticam ſcandoloſaꝫ ⁊ blaſphemam

Quinto dixi ꝙ bonum meritū eſt a deo ita ꝙ nihil eſt a voluntate: quā in hac forma ſcripſi tanti meriti ē ex q̄to beneplaciti intēti ⁊ voliti non ex q̄to hanc reuoco tanq̄ꝫ falſā ſcādaloſam ⁊ in fide ſuſpectam ⁊ mihi contradicentē in tertia ꝓpoſitione ſuperius reuocata.

Sexto dixi ꝙ de⁹ pōt aliquē neceſſitare p̄uenīēdo voluntatē ad bonuꝫ actū: quē errorē ſcripſi in hac forma: deus qn̄q̄ꝫ p̄uenit ita voluntatem puri viatoris ꝙ nunq̄ꝫ pōt in nō actū meritoriū ꝓbaui ſic: alit̄ ſequeret̄ ꝙ hō poſſet mutare diuinum ꝓpoſitū. Scd̄o ꝙ hō poſſet facere hoīeꝫ mendacē alia ſententia ꝓbabilis eſt iſta ꝙ deus poſſet neceſſitare aliquē ad bonū actū p̄ueniendo: hec ſuſtineri pōt. Pꝛ̄ꝓbationē tm̄ adduxi ad hanc ſcandaloſam ⁊ in fide ſuſpectam.

Septimo dixi ꝙ eſt dare plures vnitates: q̄ nō faciūt numerū: quod reuoco tanq̄ꝫ falſum ſcandaloſum ⁊ in fide ſuſpectum q̄tum ad trinitatē in diuinis

Octauo dixi ⁊ ſcripſi ꝙ nulla creatura rōnalis ſpecialiter eſt in ſe niſi q: deus eſt ſibi eſſe ⁊ ex h̄ intuli in eodē ſcripto ꝙ in oī eo qđ non eſt deus eſſentialibus eſt nō eſſe q̄ꝫ eē ipm̄: has reuoco falſas falſe poſitas ⁊ erroneas

Nono dixi ⁊ ſcripſi ꝙ aliquid poteſt eē ſine tpe ī merito ⁊ pctō: ⁊ ꝓbaui q: poſſibile fuit vł ē aīā qđ eſſe inſtāti eternitatis ī merito: ⁊ ꝯſequenter in inſtanti eternitatis in merito: hāc reuoco cum ſua ꝓbatione tanq̄ꝫ falſam fatue poſitā et intelligibilem

Caplm̄. xxxij.

Reuocaito facta. Anno dn̄i .M.ccc.lj.

Quia ego ſimon ī re-

ſpondendo in veſperijs exponendo vel declarādo termīos q̄ſtionis ꝙ hoc nomen Jeſus dictū eſt de deo accidentaliter: ⁊ ex pte ſignificat filiū dei qui aſſumpſit naturā humanam. Ponendo ꝯcluſiones poſui ꝓ p̄ma concluſione ꝙ h̄ ꝓpoſitio eſt poſſibilis Jeſus non ē deus: ꝓbaui ex h̄ ꝙ humanitate aſſumpta: per poſſibile depoſita Jeſus non eſt deus: ⁊ intuli ꝙ hec eſt poſſibilis Jeſus poteſt non eſſe deus

Scd̄o ꝙ Jeſus pōt eſſe ⁊ nō eē Jeſus expoſitionem ⁊ ſignificationē hui⁹ noīs Jeſus reputo inſufficientē falſificantē concluſionem ⁊ correlarium poſito nāq̄ꝫ ꝙ hoc nomē Jeſus ſignificat illud ꝙ ſignificat hec oratio filius dei qui aſſumpſit naturam humanam: hec: Jeſus nō eſt deus non eſt poſſibilis ſicut nec iſta filius dei qui aſſūpſit naturā humanā non eſt deus

Item poſito eodē hec: Jeſus pōt eē ⁊ nō eē de⁹ eſt falſa: ſicut illa filius dei qui aſſumpſit naturā humanā pōt eē ⁊ non eē filius dei q̄ aſſūpſit naturam humanā: hanc ꝯcluſionem reputo ſicut hereticā ſtante dicta poſitione.

Itē poſt ſecundā ꝯcluſionē intuli p̄mū correla/

rium ꝙ ieſus nō pōt eſſe deꝰ ſm ꝙ ieſus nō po/
teſt deſinere eē deꝰ correlaria nō fuerunt ponen/
da ſine diſtinctionibꝰ: itaqꝫ expono ea ⁊ dico ꝙ
ſi terminus ſubiectus Jeſus ſtat ꝓ ſimplici ꝑſo
na q̄ dē: Jeſus correlaria ſunt catholice tenēda
Si vero idem terminus Jeſus ꝓ vno xp̄o ex ꝑ
ſona vbi ⁊ hūanitate cōſtituto vicꝫ ꝓ implicito
qđ ſignificat ⁊ ꝓ quo ſtat i dicto p̄me cōcluſiōis
et in dicto primi correlarij ex cōcluſione p̄ma il/
lati: ipſa correlaria non ſunt catholica ſed falſa:
nec etiā ſtāt cū cōcluſione p̄ma nec cū correlario
p̄mo ex concluſione illato
Itē poſui cōcluſionē ſecundā ꝙ nulla res que ē
deus pōt nō eſſe deus: ⁊ intuli correlariū tertiuꝫ
ꝙ nulla res eſt aut pōt eſſe: que mō non ſit deus
et aliqn̄ poſſet eſſe deus. Correlariū quoqꝫ q̄rtū
ꝙ nulla res eſt aut eſſe pōt q̄ poſſit incipere eſſe
deus: cōcluſionē ſic vniuerſaliter intellectam ꝙ
terminus ſubiectus diſtribuatur ꝓ re q̄ per con
municationem ideomatum eſt vel poteſt eē deꝰ
reuoco tanq̄ falſam ⁊ hereticā: correlaria etiaꝫ
tali vniuerſalitati intellecta reputo ſicut falſa er
ronea ⁊ heretica.
Item poſui cōcluſionē tertiā ꝙ deus pōt aliq̄lit̄
ſe habere qualiter ſe nō habet ac etiā eē aliqual̄
qualis nō eſt Et ad ꝓbandū hoc induxi ꝑ ex
emplo ꝙ deus pr̄ pōt eē hō et nō eſſe hō: conclu
ſio vt poſita fuit nō bene ſonat in eo: ꝙ rōne re/
latiui reciproci ſonat ꝙ ſbſtātie dei de nouo poſ
ſit aduenire habitudo aut qualitas real̄: ⁊ iō in/
tellectus quē habui potiꝰ fuit exp̄mēdus in his
verbis aliqua creatura ſe pōt habere aliqualit̄
ad deū qualiter nō ſe hꝫ. Exemplū etiā ad cōclu
ſionē non cōuenit: qm̄ adhuc poſito ꝙ deus pa
ter pōt eſſe hō ⁊ nō eſſe hō ꝓp̄e ſequit̄ qđ deus
pōt eſſe aliquid qđ nō ē ſicut ex decretali argui/
tur extra de here. cū xp̄s: ⁊ non ſequit̄ ꝓpt̄ ꝙ
deus pater poſſit eē aliqual̄ qualis nō ē aut aliq̄
liter ſe habere q̄liter nō ſe habet. Ex cōcluſione
tertia intuli tertiū correlarium ꝙ q̄uis ieſus fue
rit ab eterno ſemꝑ patri coequalis tamē aliquā/
do fuit deus qn̄ nō fuit Jeſus. Iſtud correlariū
aliquādo Jeſus erat deus qn̄ non erat deus ma
le ſonat ⁊ erronee
Item ex concluſione quarta intuli q̄rtum corre
lariū ꝙ filius dei qn̄ incipiebat eſſe filiꝰ virgĩs
non incipiebat eſſe aliquid. Iſtud correlariuꝫ ꝓ
ut in diſtinctiōe poſitū fuit reuoco ſicut erroneū
et hereticum: quoniaꝫ filiꝰ dei qn̄ incipiebat eſſe
filius v̄ginis incipiebat eſſe aliquid ſm ꝙ homo
et incipiebat eē aliquid qđ prius nō erat
Itē ex cōcluſione quarta intuli vltimū correla/
rium ꝙ nunq̄ hic hō demōſtrato qui eſt xp̄s fie
bat xp̄s: ⁊ ꝓbaui ex eo ꝙ nec purꝰ homo fiebat
xp̄s: nec homo xp̄s fiebat xp̄s: correlariū iſtud
ꝓut indiſtincte fuit poſitum: reuoco ſicut falſuꝫ
et erroneuꝫ quādo in ſenſu quo hō demonſtra/
tus ſtaret ꝓ filio dei cōcedendum eſſet: ꝙ aliqn̄
hic hō fiebat xp̄s qm̄ filius dei viui nunc eſt hō
aliqn̄ fiebat hō dicente euangelio. Verbum ca/
ro factum eſt

Capitulum.xxxiij.

Iſti ſunt articuli i q̄bus mgr̄ ſententiarꝫ nō tenet̄ cōiter ab omnibus
et p̄mo p̄mi libri. Primo ꝙ charitas q̄ diligimꝰ
deum ⁊ ꝓximum eſt ſpūſſctūs. diſ. xvij. c. ij. vel
ꝙ charitas que eſt amor dei ⁊ ꝓximi non eſt ali
quid creatum
Secūdo ꝙ nomia numeralia dicta de deo dicū/
tur ſolum relatiue. di. xxiiij. c. Et ſi diligenter vt̄
hec nomia numeralia: trinus ⁊ trinitas non di/
cunt poſitionē ſed priuationē tm̄.
Tertio ꝙ ſimile ⁊ equale ſilr̄ dicunt̄ de deo pri/
uatiue. di. xxj. c. Et hoc idem
Quarto ꝙ deus ſemꝑ pōt q̄cquid aliqn̄ potuit.
et vult quicquid voluit: ⁊ ſcit q̄cquid ſciuit. diſ.
xliij. c. Preterea queri ſolet

In ſecundo libro

Primo ꝙ angeli meruerūt beatitudinem ꝑ gra
tiā ſibi datam: ſed ꝙ premium preceſſit, merituꝫ
ſed poſtea meruerūt ꝑ obſequia fidelibus exhi
bita. di. v. c. Hic queri ſolet: vel ꝙ angelis p̄mi/
um preceſſit ⁊ meritum reſpectu primi ſubſtātia
lis habet ſubſequi.
Secūdo ꝙ angeli in merito reſpectu eſſentialis
p̄mij ⁊ in ipſo p̄mio ꝓficiūt vſqꝫ ad iudiciū. diſ.
xj. c. Preterea illud
Tertio ꝙ charitas eſt ſpūſſctūs. ſ. illa q̄ anīe q̄li
tates informat atqꝫ ſanctificat. di. xxvij. c. Cum
igitur.
Quarto ꝙ in veritate humane nature nihil trā
ſit extrinſecū: ſed ꝙ ab Adā deſcendit per propa
gationem auctū ⁊ multiplicatum reſurget in iu/
ditio. di. xxx. ca. penul. Quibus reſpondet̄. vel
ꝙ nihil de cibis trāſit in veritatem humane na/
ture nec ꝑ generationē nec ꝑ nutritionem.

In tertio libro

Primo ꝙ anīa a corꝑe exuta ſit ꝑſona. di. ij. ca.
Hic apponitur a quibuſdam.
Secundo ꝙ chriſtus ↄueniēter mortuus ⁊ nō
mortuus dicitur paſſus ⁊ non paſſus. di. xxj. ca.
vltimo.
Tertio ꝙ chriſtus i triduo mortuus fuit homo.
di. xxij. ca. j.

In quarto libro.

Primo ꝙ ſacramenta legalia non iuſtificabant
etiā ſi cū fide ⁊ deuotione fierent. diſtinct. j. cap.
Non igitur.
Secūdo ꝙ homo ſine medio videbat deuꝫ ante
pctm̄ eadē di. c. Triplici.
Quarto ꝙ ꝑuuli an̄ octauū dieꝫ morientes incir

cũciſi ꝓibant ⁊ ꝙ cã neceſſitatis poterãt añ circũ cidi: eadẽ diſ. c. Si vero:

Quinto ꝙ quedã ſacramẽta noue legis inſtituta ſunt in remediũ tm̃: vt mr̃imonium. diſ. ij. c. j. Jam ad ſacramẽta.

Sexto ꝙ baptizati baptiſmo Johĩs non ponentes ſpem in illo: nõ erant baptizandi baptiſmo xp̃i. di. ij. c. vlti. Hic conſiderandũ: vł aliter baptiſmus Johĩs cũ impoſitõe manuũ equipollebat baptiſmo xp̃i: ita ꝙ baptizat⁹ baptiſmo Johannis non erat baptizãdus.

Septimo ꝙ deus potuit dare potẽtiã creature creandi ⁊ interius abluendi. i. pctã dimittendi. di. v. c. vl. Hic q̃rit̃ q̃ ſit Vel ſic ꝙ deus poterat dare ptãtẽ alijs baptizãdi interius: ⁊ ꝙ creatura potuerit ſuſcipe ⁊ ſiłr ꝙ ei⁹ põt ptãtem creandi creature cõicare ⁊ creare ꝑ creaturaꝫ tanq̃ꝫ ꝑ miniſterium. di. v.

Octauo ꝙ ſciſmatici deg̃dati: p̃ciſi ab eccłia heretici: excõicati nõ hñt ptãtem ꝯſecrandi corpuſ xp̃i. diſt. xiij. c. Jlli vero.

Nono ꝙ brutũ nõ ſumit verũ corpus xp̃i ⁊ ſi videatur. di. xiij. c. Jllud etiã ſane

Decimo ꝙ ſcia diſcernendi vt notat habitũ ſcie ſit clauis. diſ. xix. c. j.

Undecimo ꝙ ep̃i ſimoniaci degradati non pñt cõferre ordines. diſ. xxv. c. de ſimoniacis.

Duodecimo ꝙ ſecundus maritus alicui⁹ mulieris incognite carnaliter a p̊mo ſit bigamus ꝑ cognitionem illius: ⁊ ꝓhibetur ab ordinibus. diſ. xxvij. ca. vltimo

Decimo tertio ꝙ cognoſcens ſororẽ vxoris ſue nõ tenet̃ vxori petenti debitum reddere. diſtin. xxiiij. c. de his.

Decimoq̃rto ꝙ ille qui vxore viuente duxit aliam i aliena pr̃ia qui rediẽs ad ꝯſciam vult eã dimittere ⁊ non poteſt: ſi cogitur ab eccłia remanere ⁊ debitũ reddere q: ſibi non credit̃ dicit mgr̃ ꝙ incipit excuſari ꝑ obedientiã ⁊ timorẽ: ⁊ tenet̃ reddere debitũ ſi petatur. di. xxxviij. c. vl.

Decimoquinto ꝙ pctã deleta nõ pateſiãt alijs i iudicio. di. xliij. c. Hic queritur vtrũ electis.

Determinatio Pariſius facta ꝑ almã facultatẽ theologicam. Anno dñi. M. ccc. xviij. ſuꝑ quibuſdam ſuperſtitionibus nouiter exortis.

Prefatio

Niuerſis ortho

doxe fidei zelatoribus Cancellari⁹ eccleſie Pariſienſis ⁊ facultas theologie in alma vniuerſitate Pariſieñ. matre noſtra cum integro diuini cultus honore ſpem habere in dño: ac in vanitates ⁊ inſanias falſas nõ reſpicere. Ex antiquis latebris emergens nouiter errorũ feda colluuio recogitare cõmonuit: ꝙ plerũq̃ꝫ veritas catholica apud ſtudioſos in ſacris lr̃is apertiſſima eſt: q̃ ceteros latet: nimirum cuꝫ hoc ꝓprium habeat oĩs ars manifeſtã eſſe exercitatis i ea: ſic vt ex eis ꝯſurgat illa maxĩa. Cuilibet in ſua arte perito credendũ eſt Hinc ẽ orationum illud qδ Hiero. ad paulinũ ſcribens aſſumit· Qδ medicoꝝ eſt promittunt medici: tractant fabrilia fabri: accedit ad hec in ſacris litteriſ aliud ſpeciale qδ nec exꝑientia ⁊ ſenſu ꝯſtant vt alie artes nec poſſunt ab oculis circũuolutis nube vitiorum facile deꝑhendi. Excecauit eñ eos malitia eorum. At ſiquideꝫ apoſtolus ꝙ ꝓpter auariciã multi errauerunt a fide: ꝓpterea non irrationabiliter idolorum ſeruitus ab eodẽ nominat̃: alij ꝓpter ingratitudinẽ qui cum cognouiſſent deum: nõ ſicut deum glorificauerũt: in oẽm idolatrie impietatẽ (ſicut ić ẽ cõmemorat) corruerunt. Porro Salomonem ad idola Sydoneꝫ ad magicas artes pertraxit dira cupido.

Aliorũ poſtremo miſera timiditas tota ex craſtino pendens in obſeruationes ſupſtitioſiſſimas i piaſq̃ꝫ depulit: quemadmodũ apud Lucanum de filio pompei magni: ⁊ apud ſtoicos de plurimis notatum eſt. Jta fit vt recedens peccator a deo: declinet in vanitates ⁊ inſanias falſas ⁊ ad eum qui pater eſt mendacij tandem impudẽter palamq̃ꝫ apoſtaſiãdo ſe ꝯuertat. Sic Saul a dñio derelict⁹ phitoniſſaꝫ cui ꝑ̊us aduerſabatur ꝯſuluit: ſic Ochozias deo iſrł ſpreto miſit ad cõſulendum deum acharon. Sic deniq̃ꝫ eos omnes qui fide vel ope abſq̃ꝫ deo vero ſunt vt a deo falſo ludificentur neceſſe ẽ. Hãc igit̃ nephariam peſtiferã mortiferamq̃ꝫ inſaniaꝝ falſarum cũ ſuis hereſibus abominationẽ plus ſolito nr̃a etate cernentes inualuiſſe: ne forſan chriſtianiſſimũ regnum qδ olim monſtro caruit ⁊ deo ꝓtegente carebit inficere valeat tam horrende impietatis et pernitioſiſſime ꝯtagiõis monſtrum. Cupientes totis cõatibus obuiare. Memores inſuper noſtre ꝓfeſſionis: proq̃ꝫ legis zelo ſucceñſi paucos ad hanc rẽ articulos: damnationis cauterio (ne deinceps fallãt incogniti) notare decreuim⁹ rememorãtes inter cetera innumera dictum illδ ſapientiſſimi doctoris Auguſtini de ſuperſtitioſis obſeruationibus. Qui talibus credunt aut ad eorum domum euntes aut ſuis domib⁹ introducunt: aut interrogant: ſciãt ſe fidem xp̃ianam et baptiſmũ ꝑuaricaſſe: ⁊ paganũ ⁊ apoſtatã. id eſt retro abeuntẽ ⁊ dei inimicũ: ⁊ irã dei grauit̃ incurriſſe niſi eccłiaſtica pnĩa emẽdat⁹ deo recõciliet̃. hec ille. Neq̃ꝫ tamẽ intentio nr̃a eſt in aliq̃ derogare quibuſcũq̃ꝫ licitis ⁊ veris traditionibus ſcientijs ⁊ artibus: ſed inſanos errores atq̃ꝫ ſacrilegos: inſipientium ⁊ ferales ritus ꝑ quãto fidem orthodoxã ⁊ religionem xp̃ianã ledũt: cõtaminãt: inficiũt radicitus q̃tum ꝓbas nobis ẽ

ex̄ſtirpare latagimus: ⁊ honorem ſuū ſincerum
relinquere veritati

Eſt autem prim⁹ arti

culus q̄ p artes magicas ⁊ maleficia ⁊ inuoca
tiones nepharias q̄rere familiaritates ⁊ amici/
tias ⁊ auxilia demonū non ſit idolatria. Error.
Q̄m demon aduerſarius ptinax ⁊ implicabilis
dei ⁊ hoīs iudicat̄: nec eſt honoris vel dominij
cuiuſcūq̄ diuini vere ſeu participatiue vel apti
tudinalit̄ ſuſceptiu⁹ vt alie creature rōnales nō
damnate nec in ſigno ad placitū inſtituto vt ſūt
imagines ⁊ templa: deus in ip̄is adoratur
Scd̄s articulus q̄ dare vel offerre vel pmitte/
re demonibus qualēcūq̄ rem vt adimpleant de
ſideriū hoīs: aut in honorem eoꝝ aliq̄d oſculari
vel portare non ſit idolatria. Error
Tertius q̄ inire pactū cū demonibus tacitū vl̄
exp̄ſſum non ſit idolatria vel ſpēs idolatrie vel
apoſtaſie. Error. Et intendimus eſſe pactum im
plicitum in omni obſeruatione ſupſtitioſa: cui⁹
effectus non debet a deo vel natura rationabili/
ter expectari
Quartus q̄ conari p artes magicas demōes in
lapidibus: annulis: ſpeculis aut imaginibus no
mie eoꝝ ꝯſecratis vel poti⁹ execratis includere
cogere ⁊ artare vel eas velle viuificare: non ſit
idolatria. Error.
Quīnt⁹ q̄ licitū ē vti magicis artib⁹ vel alijs q̄/
buſcūq̄ ſupſtitionib⁹ a deo ⁊ eccl̄ia phibitis p
quocūq̄ bono fine. Error. quia ſm̄ apl̄m nō ſūt
facienda mala vt bona eueniant
Sextū q̄ licitū ſit aut etiā pmittenda maleficia
maleficiis repellere. Error.
Septim⁹ q̄ aliq̄s cū aliquo poſſit diſpenſare in
quocūq̄ caſu: vt talib⁹ licite vtat̄. Error
Octauus q̄ artes magice ⁊ ſilēs ſupſtitiones ⁊
earū obſeruationes ſint ab eccl̄ia irrationabilit̄
phibite. Error
Nonus q̄ deus p artes magicas ⁊ maleficia in/
ducat̄ cōpellere demones ſuis inuocationibus
obedire. Error.
Decimus q̄ turificationes ⁊ ſuffumigationes q̄
fiunt in talium artium ⁊ maleficiorum exercitio
ſint ad honorem dei ⁊ ei placeant. Error ⁊ blaſ/
phemia: q̄m deus alr̄s nō puniret vel phiberet.
Undecim⁹ q̄ talib⁹ ⁊ talit̄ vti non ē ſacrificare
ſeu immolare demonibus ⁊ ex ꝯſequenti dam/
nabiliter idolatrare. Error.
Duodecim⁹ q̄ v̄ba ſancta ⁊ orationes q̄daꝫ de/
uote ⁊ ieiunia ⁊ balneationes ⁊ ꝯtinentia corpa
lis in puris ⁊ alijs: ⁊ miſſarum celebratio: ⁊ alia
opa d̄ genere bonoꝝ q̄ fiūt p exercēdo hmōi ar
tes excuſent eas a malo ⁊ nō poti⁹ accuſent. Er
ror. nā p talia ſacre res imo ip̄e deus in euchari
ſtia demonib⁹ temptat̄ imolari: ⁊ h̄ pcurat de

mon: vel q̄r in h̄ honorari ſimilit̄ altiſſimo: vel ad
fraudes ſuas occultandas: vel vt ſimplices illa
queet facilius ⁊ damnabilius perdat
Tredecimus q̄ ſancti pphete ⁊ alij ſancti p ta/
les artes habuerūt ſuas pphetias ⁊ miracula
fecerūt aut demones expulerunt. Error ⁊ blaſ/
phemia.
Decimuſquart⁹ q̄ de⁹ p ſe immediate vel p bo
nos angelos talia maleficia ſanctis hoīb⁹ reue/
lauerit. Error ⁊ blaſphemia
Quindecimus q̄ poſſibile eſt p tales artes co/
gere liberū hoīs arbitriū ad voluntatē ſeu deſi/
deriū alterius. Error: ⁊ hoc conari facere eſt im
perium ⁊ nepharium
Sedecim⁹ q̄ ideo artes p̄fate bone ſunt ⁊ a deo
et q̄ eas licet obſeruare: quia per eas quādoq̄
vel ſepe euenit: ſicut vtentes eis querūt: vel p̄/
dicunt: vel quia bonum quādoq̄ puenit ex eis
Error.
Decimuſſeptim⁹ q̄ p tales artes demones v̄a/
citer coguntur ⁊ cōpellunt̄: ⁊ nō poti⁹ ita ſe cogi
fingunt ad ſeducendos hoīes. Error
Decimuſoctau⁹ q̄ p tales artes ⁊ rit⁹ impios:
p ſortilegia: p carminatiōes ⁊ inuocatiōes demo
nū: p quaſdā inſultuatiōes ⁊ alia maleficia nul/
lus vnq̄ effectus miniſterio demonū ſubſequa/
tur. Error. Nā talia q̄nq̄ pmittit deus ꝯtinge/
re: vt patuit in magis pharaonis ⁊ alibi pluries
vel q̄r vtentes ſeu ꝯſulentes ppter malā fidem
et alia peccata nephāda dati ſunt in reprobū ſen
ſum: et demerentur ſic illudi
Decimuſnonus q̄ boni angeli includant̄ in la/
pidibus ⁊ cōſecrent imagines vel veſtimēta aut
alia faciant que in iſtis artib⁹ ꝯtinent̄. Error et
blaſphemia.
Uiceſim⁹ q̄ ſanguis vpupe vel edi vel alteriuſ
aīalis: vel pgamenū v̄gineū vel coriū leonis et
ſilia habeāt efficatiaꝫ ad cogendos vel repellen
dos demōes miſterio hmōi artiū. Error:
Uiceſimuſprimus q̄ imagines de ere plūbo vel
auro vel de cera alba vel rubea vl̄ alia materia
baptiſate exorciſate ⁊ conſecrate ſeu potius exe/
cratis ſm̄ p̄dictas artes ⁊ ſub certis dieb⁹ habe
ant virtutes mirabiles: q̄ in libris taliuꝫ artium
recitant̄. Error in fide ⁊ phia naturali ⁊ aſtrono
mia vera
Uiceſimuſſecundus q̄ vti talib⁹ ⁊ fidē dare nō
ſit idolatria ⁊ infidelitas. Error.
Uiceſimuſtertius q̄ aliqui demones boni ſint
alij benigni: alij oīa ſciētes: alij nec ſaluati nec dā
nati. Error.
Uiceſimuſquartus q̄ ſuffumigatiōes q̄ fiunt in
hmōi opationib⁹ cōuertunt̄ in ſpūs: aut q̄ ſint
debite eis. Error
Uiceſimuſquintus q̄ vnus demon ſit rex oriē/
tis ⁊ p̄ſertim ſuo merito: ⁊ alius occidētis: alius

ſeptētrionis:alius meridiei. Error.

Uiceſimusſext⁹ q̧ intelligētia motrix celi influit in aiam rōnalem ſicut corpus celi influit in corpus humanum. Error

Uiceſimuſſeptim⁹ q̧ cognatiões nr̄e intellectuales ⁊ volitiones nr̄e interiores immediate cauſent a celo: ⁊ q̧ ꝑ aliquā traditionem magicā tales poſſint ſciri: ⁊ q̧ ꝑ illam de eis certitudinalit̄ iudicare ſit licitum. Error

Uiceſimuſoctauus articul⁹ q̧ ꝑ q̄ſcunq̧ artes magicas poſſimus deuenire ad viſionez diuine eſſentie vel ſanctoꝝ ſpirituū. Error.

Acta ſunt hec ⁊ poſt maturā celebrāq̧ inter nos ⁊ deputatos noſtros examinationē: cōcluſa in noſtra congregatiōe generali pariſi⁹ apud ſanctū Mathurinuz de mane ſup hoc ſpecialit̄ celebrata. Anno dn̄i. M.ccc.xcviij. Die.xix. menſis ſeptembris. In cuius rei teſtimonium ſigillum dicte facultatis preſentibus litteris duximus apponendum.

Originale huius determīationis eſt ſigillatuz magno ſigillo facultatis theologice Pariſius.

Sequuntur excerpta p̄ncipalium articuloꝝ tractatus cuiuſdam contra errores fratris Johannis de monteſono ordinis p̄dicatoꝝ Pariſius condemnatos.

Prefatio

Poſtolicis verbis

edocti: parati ſemꝑ ad ſatiſfactionem omni poſcenti nos rationem de ea que in nobis eſt fide ad tuitionem eius quā ꝓfitemur orthodoxe: ⁊ vt rationabilis quorūdaz errorum condemnatio Pariſius nuper facta ac iuſtificatio erorte ſup hoc cauſe ⁊ aduerſantiuz omniū quecūq̧ iniuſta rationabiliſq̧ cōqueſtio oblocutio atq̧ vexatio ſingulis innoteſcat: preſentē tractatum ſub apoſtolice Petri ſedis et ſedentis in ea ſūmi pontificis correctione duxim⁹ compilandū. In quo vniuerſis xp̄ifidelibus q̄ ip̄m lecturi vel audituri ſunt ſupplicam⁹ affectu vt equo animo puraq̧ mentis acie proſpiciant vniuſa nobiſcū ⁊c̄. Ad honorem ſancte ⁊ indiuidue trinitatis cuius fidei cām agim⁹ p̄ntem tractatū adūſus errores fratris Johis de monteſono ordinis fratrū p̄dicatorū nuꝑ in piſienſi ſtudio cōdēnatos ex deliberatiōe vniuerſitatis ſtudij piſien. ⁊ ſpecialit̄ doctorū baccalaureorum facultatis theologice compoſitū in tria capitula diſtinguemus. In primo ad fundandum proceſſum fratrū ꝫ dictū fratrē ꝑ dictā facultatē theologie: ac etiā ꝓceſſum inde ſecutū coram domino epo pariſien. ad inſtantiā vniuerſitatis predicte declarabitur qualiter ad dictos ep̄m ⁊ facultatē theologie ꝑtinet aſſertiones hereticas vel in fide erroneas ⁊ ꝫ aſſerentes eas Pariſius cōdemnare. In ſcd̄o declarabit̄ ⁊ tam rōib⁹ q̧ autoritatibus ſctoꝝ ⁊ doctoꝝ ꝓbabit̄ q̧ aſſertiones dicti fratris ꝑ cedulā dicte facultatis dicto dn̄o epo tradite: fuerūt rōnabiliter cōdēnate

In tertio q᷑ mgr̄ ac ꝓcurator generalis ⁊ nōnulli dicti ordinis fratres ꝯtra p̄dictū ep̄m ⁊ ſibi adherentes ad ſedez ap̄licam appellauerūt: int̄ memoratas dicti fratris aſſertiones: vt p̄ſertur dampnatas: aliq̧s ad ſancti thome de acq̄no ꝑtinere doctrinā quā aſſerūt ꝑ eccl̄iam approbatā ideo declarabitur doctrināā hmōi ſancti thome non ſic approbatā ee: q̧ ꝓpter eam oporteat an̄ dictam cōdemnationē aut dicti epi ꝓceſſum aliqualiter impedire

Capitulum.j.

Circa primuz principale

eſt hec diuiſio p̄mittenda. Diffinitio circa ea que ſunt fidei.i. approbatio v̄itatis alicu⁹ tanq̄ȝ catholice: vel reprobatio aut cōdemnatio oppoſite falſitatis tanq̄ȝ heretice aut i fide erronee pōt eſſe dupliciť. Uno mō ſcholaſtice ⁊ doctrinalit̄. Alio mō autoritatiue ⁊ iudicialiter.

Et hic ſcd̄s modus eſt duplex ſm̄ q̧ hec autoritas iuditiaria eſt triptita. Una ē ſimpliciť ſuprema: alia eſt inferior ⁊ ſubordinata. Juxta hanc trimembrē diuiſionē q̄ clara ē ſunt tres cōcluſiones p̄ncipales declarāde ⁊ deinde ex eis quedā alie ſubinferende. Nam erit de diffinitiōe iudiciali ⁊ autoritatiua ſup̄ma. Scd̄a de inferiori et ſubordinata. Tertia de doctrinali et ſcholaſtica. Et ipſaꝝ ꝓbatio p̄ncipaliter fundabit̄ in iure diuino.

Primū igit̄ ꝯcluſio eſt. Ad ſanctā ſedē ap̄licaz ꝑtinet autoritate iudiciali ſup̄ma circa ea q̄ ſunt fidei iudicialiter diffinire. Et hec ꝓbat̄: q᷑ ad illi⁹ tanq̄ȝ ad ſup̄mi iudicis autoritatē ꝑtinet iſta de iudicialit̄ diffinire cui⁹ fides nūq̄ȝ deficit Sed ſancte apoſtolice ſedis fides nunq̄ȝ deficit: igit̄. ⁊c̄. maior eſt nota: ſed minor ꝓbatur. Quia de hac ſancta ſede in ꝑſona petri ap̄li i ea p̄ſidentis dictū eſt. Petre rogaui ꝓ te vt nō deficiat fides tua Luc̄. xxij. Propter qđ dicit Ciprian⁹. xciij. diſtin. Qui ⁊c̄.

Scd̄a coucluſio eſt q̧ ad ep̄os catholicos pertinet autoritate inferiori ⁊ ſubordinata circa ea q̄ ſunt fidei iudicialiter diffinire. Et hoc probatur Quia ad eos ꝑtinet iudiciali autoritate inferiori ⁊ ſubordiata in fide diffinire ad q̄s ꝑtinet conſilr̄ eccl̄iam regere. Sed ad ep̄os catholicos ꝑtinet ſecundū: igit̄ ⁊ p̄mū. Maior pꝫ: q᷑ eccleſie

regimē maxīe ɔcernit fidē ⁊ ideo cui iure diuino
cōmittit eccliam regere: ei eodē iure cōmittit de
fide cognoſcere ⁊ iudicare. Sʒ minoꝛ ꝓbat auto
ritate Paul. act. xx. vbi dicit. Attēdite vobis ⁊
vniuerſo gregi in q̄ vos ſpūſſctūs poſuit epos
eccliam regere dei. Unde pʒ ꝙ iure diuino ⁊ au
toꝛitate ſpūſſancti epī poſiti ſunt ad regimen ec/
cleſie dei. Regimē aūt impoꝛtat iudicialē autoꝛi
tatē ḡ ſequit ꝙ ad eos ptinet autoꝛitate iudicia/
li inferioꝛi ⁊ ſuboꝛdinata ⁊ ſupme autoꝛitati ſub
iecta eccliam regere ⁊ p cōſequens de fide cog/
noſcere ⁊ in ea diffinire. Unde pʒ de tali regimi
ne ad fidē ptinere loquat aplus ⁊c̄.

Tertia ɔcluſio eſt ꝙ ad doctoꝛes theologos p/
tinet determinare doctrinali ⁊ ſcolaſtica circa ea
que ſunt fidei doctrinaliter diffinire ad quos p/
tinet ſacrā ſcripturā docere ⁊ ex ea hereticas aſ/
ſertiones ⁊ in fide erroneas repꝛobare ac verita
tes catholicas appꝛobare. Sʒ ad doctoꝛes theo
logos ptinet ſcōm: igit ⁊ pmū. Pꝛobatiōes mi/
noꝛis ⁊ maioꝛis vide ſi vis in dicto tractatu.

Ex p̄dictis ɔcluſionibus pʒ rñſio ad pncipa
lem articulū. ſ. ad epm pariſieñ. ⁊ ad theologie
facultatē ptinet aſſertōes hereticas aut in fide er
roneas ⁊ ɔ̄ eas aſſerētes piſi⁹ ɔdemnare. Quia
per ſecundam ɔcluſionē pʒ ꝙ h̄ ad epm ptinet
diffiniendo iudicialit. Et p tertiam ɔcluſionem
pʒ ꝙ ad facultatē theologicam ptinet diffinien
do doctrinalit. Sed adhuc ad magis fundādū
ꝓpoſitum tres alie cōcluſiones ex pmiſſis ſunt
ſubinferende.

Quarta igit ɔcluſio ē ꝙ ad dictos epm ⁊ facul/
tatem theologie ptinet nō ſolū ɔiunctim ſ; ⁊ di/
uiſim modis p̄dictis aſſertiōes hereticas aut er/
roneas cōdemnare. Licet qñqȝ rōnabilit ɔſue/
uerint in hmōi ɔdemnatiōe cōiunctim ꝓcedere
Pꝛobationes dimittunt h̄ cā bꝛeuitatis.

Quinta cōcluſio ad dictā facultatē theologie ɔ̄
certas pſonas. ſ. ɔ̄ ſingulares mgr̄os ⁊ baccala
rios eidem facultati iuratos ptinet qñqȝ non ſo/
luʒ doctrinaliter ſ; etiā iudicialiter aliquo modo
aſſertiones hereticas: aut erroneas cōdemnare

Et hec cōcluſio ꝓbat ex triplici radice. Pꝛia
ꝓbatio fundat ex cōceſſa eis ptāte ⁊c̄. Scd̄a ꝓ/
batio fundatur in obſeruata cōſuetudie ⁊c̄. Ter
tia eiuſdem cōcluſionis ꝓbatio fundat in publi
ca vtilitate. ⁊c̄.

Sexta ɔcluſio eſt ꝙ ad ſupioꝛeʒ iudicem ptinet
ꝓceſſum p dictos epm ⁊ facultateʒ theologie fa
ctū nec ſine magna ⁊ notabili cā fauoꝛabilit im/
pedire: nec appꝛobationi ɔ̄ eos in cā fidei interie
cte ſine matura deliberatōe ⁊ puia infoꝛmatione
deferre. Et hec ꝓbat. q꞉ ⁊c̄.

Ex dictis ɔcluſionibus ad ꝓpoſituʒ applicatis
pʒ luce clarius iuſtificatio ꝓceſſus facti ɔ̄ dictū
fratrem Johem ſicut pʒ in ſingulis articulis

Prim⁹ igit articul⁹ ē ꝙ dictus frater infraſcri/
ptos erroꝛes Pariſi⁹ in ſchol publice dogmati
ʒauerit: ⁊ corā facultate theologie euocatus per
decenum eiuſdē facultatis monitus charitatiue
ipos coꝛrigere r̄cuſauerit ꝓteſtans eos vſqȝ ad
moꝛtē velle defēdere dicta facultas erroꝛes hui⁹
potuit ⁊ merito debuit doctrinaliter cōdemnare
Pꝛima ps. ſ. ꝙ h̄ potuit: pʒ ⁊c̄.

Scd̄s articulus eſt: ꝙ dicta facultas theologie
coaſſumptis ſibi mgr̄is aliarū trium facultatum
vniuſitatis Pariſieñ. dictores pus p eos exami
natos ⁊ doctrinaliter cōdēnatos merito debuit
dño epo pariſieñ. tanqȝ iudici oꝛdinario iudicia
liter denūciare Et h̄ clare pʒ ex ſcd̄a cōcluſione
et eius ꝓbatione: ſed adhuc ⁊c̄.

Quāobꝛē pnominate facultatis theologice ma/
giſtri tribus alijs facultatibus ſibi coaſſumptis
et coadiunctis nunciauerūt eccleſie. Ex quibus
pʒ triplex ratō denunciatōis p̄dicte: quā ſecre/
ta ⁊ charitatiua monitio p̄ceſſit licet tñ hoc non
eſſet neceſſe ſicut pʒ ex doctrina ſancti Thome.
